

ANDREAE ALCAZARIS MEDICI, AC CHIRVRGI GVADALAXARENSIS IN amplissima Salmanticensi Academia Chirurgæ facultatis primi Professoris Chirurgiæ Libri Sex.

IN QVIBVS MVLTA ANTIQVORVM, ET RECENtiorum subobscura loca hactenus non declarata interpretantur.



SALMANTICAE,
In ædibus Dominici à Portonariis, S. C. M. Typographi.
MDLXXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.
Esta tassado en tres marauedis el pliego.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Andres de Alcaçar, Medico y cirujano Cathedratico en la Vniuersidad de Salamanca, en la Cathedra de cirurgia, nos fue fecha relacion diziẽdo que vos auiades compuesto vn libro de cirurgia que tenia seys tratados, vno de heridas de cabeça, y otro de heridas de neruios, y otro de heridas penetrantes a lo hueco del pecho, y otro de heridas del vientre, y otro de las apostemas venenosas que vienen en tiempo de pestilencia, y otro del mal de bubas, en los quales tractados allende de la theorica sciencia y explicacion de muchos textos de authores graues antiguos y modernos se conteniã en ellos muchas cosas en pratica y experiencia muy necessarias, el qual era muy vtil y prouechoso para la republica y nos suplicastes os mandassemos dar licencia e facultad para le hazer imprimir y priuilegio por el tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la Prematica por nos agora nueuamente sobre ello fecha dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, e nos touimos lo por bien, y por la presente vos damos licencia y facultad, para que vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion en estos nuestros Reynos por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes que corren y se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, so pena que qualquiera persona que sin tener para ello vuestro poder le imprimiere y vendiere, o hiziere imprimir, o vender pierda toda la impresion que hiziere, o vendiere con los moldes y aparejos della, e mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren, la mitad de la qual dicha pena sea para la nuestra camara y fisco, e la otra mitad para vos el dicho Licenciado Andres de Alcaçar, y todas las vezes que se ouiere de imprimir el dicho libro, durante el tiempo de los dichos diez años le trayays al nuestro consejo juntamente con el original, que en el fue visto que va rubricada cada plana e firmada al fin del de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de camara, e vno de los que en el nuestro consejo residen, para que se vea si la dicha impression esta conforme al original, e se os de licencia para lo poder vender, y se tasse el precio a que ouieredes de vender cada volumen, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica, y leyes de nuestros Reynos, e mandamos a los del nuestro consejo e otras qualesquier justicias de nuestros Reynos, que guarden e cumplan y executen e hagan guardar, cumplir y executar esta nuestra cedula e todo lo en ella contenido. Dada en Madrid a veynte y nueue dias del mes de Agosto de mil y quinientos y setenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.


Approbatio.

VSSV Regij Senatus ſupremi, præclarum hoc & egregium chirurgiæ opus, vidi & attentè perlegi, in quo Præſtantiſsimus vir Andræas Alcaçar, non ſolum ſelecta atque præclara ab antiquis authoribus deſumpta complexus eſt, verum etiam multa quidem addidit cognitiõe dignisſima. Quare ita cenſeo, hos ſex chirurgiæ libros, in quibus nihil reperitur quod non ſit vtile & ad curãdos hominum morbos egregiè accommodatum, typis poſſe, & debere committi, vt eorum vtilitas, quæ profecto maxima eſt, ad omnes redundet, Datis Madriti die. 27. Menſis Iulij. Anno à Natiuitate Domini. 1574.

Doctor Petrus de Torres.

INDEX LIBRORVM qui in hoc opere continentur.

ANTONIVS CACERES PATIECVS, CANDIDO LECTORI. S.



VLTVM DEBETVR CANdide Lector nostri temporis hominibus ijs, qui in restituendis bonis artibus egregiam operam nauarunt. Nam siue perturbationes rerum, & communium temporum casus, siue hominum inertia, & libido ità bonas artes labefactauerant, vt earum aliquod in nostra Europa vix vestigium appareret: Mathematicæ disciplinæ, quæ explicatissimam continere veritatem dicuntur, ità in alta obscuritatis caligine latebant, vt nisi Georgius Purbachius, & Ioannes de Monte Regio instaurandis illis, auctores extitissent, vix aliquod earum nunc lumen eluceret. Ars medica ità erat Arabum, & eorum, qui Græca in latinum inquinatè transferebant, intoleranda barbarie oppressa, & aflicta, vt quæ malis hominum curandis erat destinata, ipsa multis vulneribus confossa, & deformata videretur. Habuit & hac nostra ætate suos propugnatores, & Camillos, qui nobis eam magna ex parte sartam, tectam, restituerent. Eloquentia verò, quæ ipsa cæteris artibus lumen adhibet, adeò multis barbariæ tenebris sepulta erat, vt nisi viri aliquot in ea instauranda, subtilissimi, & eruditissimi vehementer elaborassent, cum suo illa Cicerone in fouea obliuionis, verborum monstris velut fluctibus obruta, mansisset. De chirurgia quid dicam? quæ cum valde vtilis, & necessaria sit, vulneribus hominum curandis, præter vnum Guidonem, alterum, qui eam bene explicauerit, neminem habeamus. Qui Guido, tametsi eruditè satis, & rectè eam partem medicinæ tractauit, multa tamen breuiter inclusit, nonnulla oblitus est, non pauca neglexit. Noster nunc Alcazar chirurgiam ipsam plenam nobis, &

 absolutam

absolutam dedit: non tam sponte sua, quàm amicorum rogatu, vt id faceret impulsus. Sex ille libris tantam rem, & vsque adeò necessariam complexus est: De quibus sigillatim dicere quî conuenit, cùm illi sex omni parte indicent? De quinto libro tantum id affirmare pro certo ausim, si cætera defuissent omnia, hunc magnæ nobis vtilitati, & authori ipsi magno honori, & emolumento futurum. Agit enim de curando eo morbo, qui homines libidinosos grauissimis articulorum doloribus discruciat, obscœnis pustulis extrinsecus fœdè, misereque confectos, cuius mali contagio, cùm ita latè pateat, vt iam, vel ab Indis vel, â Gallis, vel ab Hispanis nomen inuenerit: & ita sit pestilens, vt hominis artus, neruos, ossa peruadat, & corrumpat: tamen nullam satis adhuc commodam inuenire potuit medicinam: atque inde factum est, vt multi medicaminibus exhausti, & confecti, cæteros admoneant sedulò de non admittenda curatione. Hic verò noster AEsculapius, & huius pestis pertentauit venas, & indagauit naturam, & medicamina excogitauit: quibus perfectè, citò, & absque magno ægri tædio huic morbo mederetur, nouaque, ac forsan hactenus non visa ferramenta fabricatus est, affabrè facta, ad curandos omnes humani corporis pœnè morbos. De hoc igitur verè dicam (noui enim eum à multis hinc annis per familiariter) hominem esse, tam alto, & acri ingenio præditum, vt sine magno studio posset difficillima quæque in literis adipisci: Tanto autem studio in bonis artibus elaborasse, vt sine magno ingenio quiduis facilè consequi potuisset. Cum vtroque igitur telo sit strenuè præliatus, quos barbaros hostes? quę valla? quas fossas? quę non ille tormenta superauerit? Quod ipsum facilè cùm cernerent multi magnates, & viri principes, quanti eum facerent, manifestissimis indicijs iudicauerunt: Alteri enim huic magna stipendia, vt apud illos esset, suppeditauere: Alteri magna amicitia, & fauore sunt eum vbique prosequuti. Quare valde spero Almæ Academiæ, atque adeò eruditis omnibus has nostri

Alcazaris

Alcazaris elucubrationes, vt iam tandem in lucem prodirent, visum iri, non indignas. Ego verò, quod ad me attinet, hominem, & officio amicum, & ętate grauem, & eruditione perfectum, ad cætera publicanda, & iure amicitiæ, & mortis recordatione, & admirandæ doctrinæ commemoratione cohortabor, & calcaribus adhibitis impellam. Vale. Augustobrigæ. 12. Calend. Augusti. Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimoprimo.

TORIBII DE PARAMO
AD LECTOREM.

Dulcia lector amas: sunt hæc dulcissima lectu.
Vtile si mauis, vtile cernis opus.
Quod si vtrunq; voles: opus hoc vtróq; refertum est:
Quo pasces animum: quóque disertus eris.
ALCAZAR noster sic miscuit vtile dulci:
Temporis vt nostri iure vocetur honos.

EIVSDEM IN INVIDVM.

Nil ego te metuo, quanuis mihi multa mineris.
Inuide: Quid frustra fortia verba iacis?
Sæpe in neglectis reperitur gemma lapillis.
Sæpe cadus vilis nobile nectar habet.
Nil dignum inuidia meditor, sed fama susurrat
Nescio quid de me, quod facit inuideas?
Aut hoc dissimula: aut famam argue, quæ mihi tantum
arrogat: & de te nil ve, parum ve refert.

ALIVD.

Non legis, & carpis: qui non capis, inuide carpis.
Inuide quid carpis? fac meliora, legam.

AMPLISSIMO AD MODVMQVE ILLVSTRI SALMANTICENSIS ACADEmiæ Senatui. Andræas Alcazar Medicus, Chirurgæ facultatis primus in eadem Academia professor. S. D.



EX QVO SVM ACADEMIAM VEſtram omnium excellentiſsimam, atque honeſtiſsimam ingreſſus. (Senatus ampliſsime) nulla maior vrere me cœpit cura, nulla ſolicitudo, quàm vt me, non ingratum, ſed maximi erga me veſtri beneficij memorem publico aliquo teſtimonio oſtenderem. Nam cùm inſigni Chirurgiæ cathedra, Hiſpaniarum prima, tanto honore, tantóque applauſu pro veſtra humanitate, me decoraueritis nihil in me certè eſt, quod vobis iure optimo non debeatur. At cùm vires meæ imbecilles, par referre nequeant, animum hunc meum (quo neque paratior, neque propenſior, vllus in vos eſt) libentiſsimè offerre decreui. Cuius certiſsimum argumentum eſt, libellus iſte noſter, vobis ſacratus: qui ex laborum noſtrorum officina non immatura, neque tumultuaria elucubratione, ſed veluti elephantis partus (vt eſt in verbo) moroſus prodit. Multi enim conſumpti à me anni ſunt: multi labores exanthlati, tum in perſcrutandis veterum, & recentiorum ſcriptis: tum in nouis, & rationibus morborum, & curandi methodis excogitandis, præter innumera experimenta, quæ temporum ſeries ſuppeditauit: ex quibus bonam partem proximo hoc quadriennio, ſtudioſam iuuentutem, qua potui diligentia, edocui: quam noſtra induſtria non pœnitendos progreſſus in Chirurga hac facultate facturam ſpero. Factum hinc eſt, vt aliquantulum iam reſpiret Chirurgia noſtra, quæ vbiq; penè ſepulta iacet. Nam (vt liberè loqui liceat) ſi quoſdam, inſignes quidem Chirurgos excipiamus magis Chirurgiæ dehoneſtatores, quàm cultores reliqui dicendi ſunt: qui perfricta fronte per vrbes, veluti graſſatores Chirurgum nomen præripientes, vix primis literis deguſtatis, omnibus temerè ſalutem pollicentur: omnibus medentur: neque adeò deſperatus eſt morbus, cui ſe præſentaneum remedium non fingant inueniſſe, quò à miſera plebe pecunias extorqueant. Atque eò dementiæ deuentum eſt, vt quæ clariſsima ab illuſtribuſque viris ſumma diligentia exculta, ſemper extitit Chirurgia, tandem in mechanicorum, & muliercularum manus (proh dolor) inciderit, à quibus miſerrimè dilaniatur. Cui malo præclarè à vobis P. Ampliſsimi ſuccurſum eſt: qui Chirurgiæ dignitatem reſtituentes, in propriam ſedem ipſam collocauiſtis, vbi profuga ars, patriáque pulſa, iam reuocata tranquillam vitam ageret, ac perinde reipublicæ tot malis ſcaturienti ſubueniret, ad quod munus, me, licet indignum, & tanto oneri imparem, deſtinauiſtis. Ego quidem pro

viribus operam dabo ne deinceps infœlices fructus Chirurgia nostra ferat, nec me coopiasse, vos pœniteat. Quod ad libellum nostrum spectat, vt eruditis multò acceptiores nostræ elucubrationes essent, & à Zoilorum lingua feruenti tincta veneno, veluti tutissimo clypeo protegerentur, sicque securé emergerent, patrocinio vestro communiui: Quorum sacratam aulam, ac illustrem cœtum, ob heroicas immortalesque dotes prudentiæ, incomparabilis sapientiæ, multiiugæque doctrinæ cumulum, illustriáque alia ornamenta, summa cum pietate, coniuncta, mundus hodie suspicit, & admiratur. Accipe igitur læta fronte, Senatus per illustris, hosce, quantuloscunque, labores nostros, sub tutela tua prodeuntes: quibus si gratas aures præbueris, ad alia, fortasse non inutilia, animos extolles.

ANDREAS ALCAZAR
AD LECTOREM IN CHIRVRGIAE COMMENDATIONEM.



ETVS, ET CELEBRATVM EST Laconis cuiusdam apophthegma, qui oratori cuidam, Herculis laudem longa oratione exornanti, dixisse fertur. Quis Herculem vituperat? quasi inanem operam, & superuacuam orationem, & laudem significans. Ad eundem modum obijcere mihi aliquis posset Chirurgicam disciplinam commendatione non indigere, illiúsque defensionem à me frustra fuisse susceptam. Sed quoniam nonnullorum prauitas, & omnia contemnendi impudentia, aliter quàm sapientes, sæpè sentit, & iudicat, quasi recens nata, aut obscura Chirurgia esset: statui paulò altiùs originem huius artis repetere, atque dignitatem ostendere. Perutilis est Chirurga facultas, clara, illustris, imò quid illa vtilius? quid clarius? quid illustrius? Etsi originem, atque antiquitatem quæras, quid antiquius? quando priores illi viri Homerico carmine laudati Podalyrius, & Machaon AEsculapij filij, Agamemnonis castra secuti, solis vulneribus medebantur. Chiron etiam Centaurus longè anteà Chirurgiam illustrauit: cuius etiam Homerus, & Ouidius meminere, ab eóque Chirurgiæ nomen subortum esse, quidam referũt. Optimus etiam Chirurgiæ dignitatis, testis est, summus ille Cous Hippocrates *Medicorum splendor. Cui si Epidemiorum. 5. multisque alijs eiusdem libris fidem habemus, huic arti propriam admouisse manum, nec Chirurgi nomen dedignatum reperiemus. Ibi enim inter multa, infixum sagittæ ferrum à vulnerato quodam extraxisse refert: tum iuuenem capite vulneratum curasse. Scripsit librum etiam maxima elegantia, de capitis vulneribus: alium de vlceribus: alium de officina Chirurgiæ: alios de ossium fracturis, ac luxationibus, siue de articulis: in quibus, administrationibus Chirurgicis, atque etiam inuentione instrumentorum, quæ ad vsum artis necessaria sunt, maximè pollere, demonstrat. Nec prospero semper vsum fuisse successu, prodidit: imò interdum aberrasse, in capitis præsertim suturis. Cuius ingenuam, apertamq; confessionem mirè laudauit Celsus Cornelius libr. 8. capit. 4. dum inquit, A suturis se deceptum Hippocrates memoriæ prodidit, more, scilicet, magnorum virorum, & magnarum rerum fiduciam habentium. Quantæ præterea laudis, quantæq; antiquitatis Chirurgia sit, Medicinæ decus ostendit Galenus præsertim, super librum Hippocratis, de victus ratione in morbis acutis Commento. 1. §. 6. Vbi non tertium instrumentum (vt Auicenna voluit) sed secundum Chirurgiam nuncupauit. Tertio præterea de compositione medicamentorum per genera, non parui fecit gladiatorum curam sibi vigesimumnonum annum agenti à Pontifice Romæ iniunctum fuisse: nullumq; ex illorum numero interemptum, vt tanquàm miraculum haberetur, quòd reliquis antiquioribus medicis secùs contigisset: atque inde factum, vt posteà Pontifices omnes, gladiatores sibi committerent curandos. Ipse quoque Galenus illos Hippocratis Chirurgiæ libros, quorum superiùs memini, interpretatus est: aliaq; multa Chirurga opera ille monumentis suis posteritati reliquit. Quid clarissimum illum referam Cornelium principio septimi libri Medicinæ hoc instrumentum tantoperè commendantem, ac subinde inter reliqua extollentem: qui & vetustissimum, & potissimum, & ab ipso parente Hippo-*

crate

crate excultum, eiusque effectum inter omnes Medicinæ partes euidentißimum esse asseuerat. Hinc meritò insignis ille Andræas Vesalius in proœmio sui operis Chirurgiam sacratißimam nuncupauit: intelligens nimirum, quantum ex illa vtilitatis: quantum beneficij humanæ naturæ comparatum sit: sine qua, Medicus nulla ratione perfectus dici potest, cùm (vt satis probatum est) Medicinæ potißimum sit instrumentum. Sed non amplius in nostræ mirabilis, innumeræq; laudis, Chirurgiæ commendatione immoremur (latißimus enim diuagandi campus est) inopemq; me copia fecit, vt cum ingenioso poeta loquar. Vnum tandem tibi, Lector optime, persuasum vellem, hanc esse artem, quæ præter ingenij, & iudicij vires, quibus non paucis opus est, maximum etiam studium, atque indefessos labores expostulet, vt in ea quis, vel mediocriter proficiat: nec triuiali Chirurgorum nomine, quorum vbique magna turba errat, censeatur. Hac via ab Hippocrate, hac a Galeno cæterisq; illustribus Chirurgiæ cultoribus ad ipsius culmina peruentum est: neque ignauis, & desidibus iter patet. Egregiam ergo operam (Candide Lector) in Chirurgia naua, ad eamq; animum sedulò, ac totis viribus intende. Quod si præstiteris, & vberrimos illius fructus percipies, & quanti illa facienda sit, manifestè cognosces.

¶Errata ſic emendare oportet, primus numerus paginam, ſecundus columnam, tertius lineam indicat.

14.2.25.leniſsimis.
15.1.23.perpetuum.
17.1.20.conceptas.
17.2.19.eſt frigidum.
18.1.22.ad,ab.
18.2.36.diſcrimina.
19.1.14.rhogmæ,rhogme.
19.1.35.vaſculis.
19.2.9.cap.5.dic.4.
26.2.39.eſt, &.
27.2.antepenult.ſcotone,cotone.
28.1.23.pro,præ.
29.1.18.notu,motu.
29.1.27.eandem,eadem.
30.1.penultim.rigore,rigores.
33.2.13.paſmus,ſpaſmus.
33.2.18.iuſininiſtra, inſiniſtra.
34.1.28.noluit,voluit.
34.2.34.limmēto ſuper oſsis, linimento ſuper duram membranā infuſo, vel ex ſanguine ſuper.
36.1.13.timoris,tumoris.
36.2.23.fractum,fractura.
37.2.2.ſecundum,ſecundam.
37.2.5.oblitur,oblitus.
38.1.final.Tertio.Tertium.
41.1.18.paſca,poſca.
41.1.24.rebelatur.reuellatur.
41.1.27.copiam,quopiam.
42.2.28.compos eſt,compotis.
45.1.30.vſu,vſus.
46.2.19.ecnæmon,œnœmon.
47.1.11.quam,qua.
47.2.17.tractat.30.tractat.3.
47.2.21.carnanitionis,carnationis.
49.2.41.afligitur,affligitur.
51.2.vltim.penetrans debeat,penetrās fractura debeat.
52.1.11.quia,ratio quare.
54.1.1.tollantur,at tollantur.
54.2.28.eſt apho.eſt.2.apho.
55.2.4.medico cōmendant, medicum commendat.
55.2.5.prædictionem,prædictio.
56.2.37.apiſcit,aſpicit.
58.2.37.vt,ne.
58.2.39.vt ne.
59.1.3.nō vniuerſim,nō vt vniuerſim.
59.1.4.fore,foret.
59.1.27.durat cerebri,dura cerebri.
65.2.40.de atque,abundat.
67.2.20.curare,abundat.
69.1.4.apparuerunt in, apparuerint (& in.
69.2.2.cauſiſq;,clauſiſque.
69.2.41.aque,atq;.
70.1.6.immitenti,innitenti.
70.2.18.repleantur,repleatur.
73.1.38.ſiue,ſiccæ.
73.2.14.ſolidum,ſtolidum.
73.2.41.in alijs,ſiue in alijs.
75.2.2.cum,ſine.
75.2.22.contuſa,contuſo.
76.2.5.deligatum,deligatura.
76.2.34.Requa.Reliqua.
76.2.35.reliuulſionem,reuulſionem.
76.2.vltim.cuminū.cumini.
77.1.26.immaturarum,abundat.
77.2.5.ſiue,ſine.
78.1.32.eſt os inflari,eos inflari.
78.1.33.caligine,caliginem.
78.1.final.oculorum nuncu,oculorum caliginem nuncu.
78.2.29.grumi,grumis.
79.1.4.ſeruis,ſerius.
79.2.13.ſimilis.ſimile.
79.2.22.emiſſaria,emiſſarium.
80.2.19.ſoluto,ſoluta.
80.2.28.Oſſa.Oſſe.
80.2.28.abſterſa,abſterſo.
81.2.7.fermentum,cœrotum.
81.2.31.ſuæ,fuit.
82.1.8.ſuppoſitis,ſupra poſitis.
82.1.12.dictæ,dicta.
82.2.15.alchrelmes,alchermes.
82.2.23.citra,abundat.
82.2.40.fumiculis,funiculis.
84.1.12.diximus temperatu,diximus prauis temperaturis.
95.1.6.debet,dicendum.
86.2.penultim. gummi, gummi enhemi.
87.2.22.oleo,alea.
87.2.25.oſsiculam commotam, oſsicula commota.
87.2.37.quam,atq;.
87.2.penult.comperto,cooperto.
88.1.3.maximi,marini.
88.1.23.remittetur,remutetur.
88.2.25.ſeq.ſequenti.
88.2.antepenult.etenim,etiam.
89.2.17.quida,quidam.
89.2.antepenul.nerui copulatiores cum, neruis corpuientiores.
89.2.penult.vt, vnde
90.1.22.quod,quo ad.
91.2.26.Ferantur,abundat.
92.1.9.erunt,iuerunt.
92.1.15.eſſe,abundat.
96.1.31.text.tract.
99.1.13.an,à.
102.2.16.nec,abundat.
102.2.18.confuēre,conficere.
103.1.21.panni,panis.
105.1.13.illa,ille.
105.1.20.caput.4.cap.1.
106.1.5.hac,hæc.
106.1.28.habent,prohibent.
111.1.penult.qua, abundat.
111.1.final.maneret,manere.
112.2.32.nedonem,nerui.
117.2.33.primo vulneratū,principio vulnerum.
118.1.3.diſsidentes vulneris ore, diſsidētibus vulneris oris.
119.1.27.ſint,abundat.
119.1.36.apta,aptè.
119.1.antepenult.auxilijs,auxilium.
119.2.11.phalitum, per halitum.
121.2.23.pagato,pagatus.
125.2.21.infamo,in infirmo.
125.2.30.ſiue,ſiccæ.
126.2.32.membrum,membri.
129.2.35.vnc.drag.
131.2.36.mellis,mellitis.
132.2.15.cenſueri,cenſuerit.
137.2.18.inanibus,manibus.
138.1.14.extertio,externo.
140.2.19.comprimenta,comprimente.
140.2.21.cum,ſcium.
143.1.26.eſt,&.
143.1.30.diuretiarum.diureticarum.
143.2.5.vnc.drag.
147.2.13.conſubunt,conſuluit.
147.2.36.rediuntur,redditur.
148.2.20.diamentro,diametro.
148.2.21.expurtitione,expuitione.
149.2.23.continentur,continetur.
149.2.13.lateris,latere.
151.1.1.peritanei,peritonei.
151.1.19.aperindi,aperiendi.
152.1.37.linamentum,linamento.
157.1.35.longam,longaon.
158.2.26.artium,artuum.
159.1.28.vulnerum,vulnus.
159.1.33.pectoris abundat.
159.1.35.curantur,curentur.
161.1.21.decoctis,decoctus.
162.1.34.98.58.
162.2.35.vre,vrere.
163.2.40.fædem,fæde.
166.1.12.prima,vnam.
166.2.12.cærotante,ægrotante.
166.2.34.diſparaueris,deſperaueris.
167.1.15.qui,quod.
168.1.22.inſigniti,inſigniter.
168.1.penult.redactore,redactorum.
169.1.12.inculto me audacia, incultus me audaciorem.
170.1.30.prius,primus.
170.2.36.cenſueuerint,cenſuerint.
171.2.4.fruſtra,fruſta.
172.1.31.maleuolus aſpectus, maleuolo aſpectu.
173.2.33.appoſita,oppoſita.
176.1.21.obſeruare,obſeruari.
176.1.32.ſermenti,fermenti.
177.113.dolentim,dolentium.
177.2.40.remedijs,remedia.
179.1.27.abſolitam,ad ſolitam.
180.1.6.vitare,victrice.
183.1.34.igitur,agitur.
183.1.40.capite,capi.
184.2.3.conctat,conſtat.
184.2.9.id quo,in quo.
189.2.38.geminata,vis geminata.
189.2.final.inter ſe,inter ſe ſe.
192.2.15.quadam,quadam ſententia.
193.1.16.inaſionem,inciſionem.
194.2.antepenult.nunc ſibi,non ſibi.
195.1.37.illitis,illitarum.
196.1.41.vis,bis.
198.2.31.de fluxum,de fluxus.
201.2.33.vitam,vittam.
203.1.21.ferina hęc lues,ferinæ huic lui.
204.1.1.cantexi,catexi.
205.2.19.forcipedo,forcipe vero.
205.2.32.drag.vnc.
207.1.32.cithonicorum,cidoniorum.
209.1.3.curbita,cucurbita.
209.1.17.chiſmiſtarum,alchimiſtarum.
209.2.7.ſuum reduci, ſuū locum reduci.
209.2.final.mundicato,mundificato.
211.1.30.elenationem,eleuatione.
216.2.16.tibus,tis.
217.2.20.ta in,to in.
219.2.6.drag.cæræ,drag.iij.cæræ.
219.2.12.Galenum,Galenus.
220.1.1.in furmo, in furno.
222.2.23.nigrities,nigritie.
223.1.vltim.ſeruatur,ſeruetur.
225.1.15.diſertituri,diſerturi.
226.2.10.turbidine,turbine.
226.2.13.etenim,etiam.
226.2.17.men tolle.
226.2.32.committantur,comitantur.
227.2.4.rubrum,vrbium.
228.1.39.eſme.ſma.
228.2.penult.reddat,redeat.
229.1.14.reddi,redi.
229.1.28.profrigatis,profugatis.
231.1.40.3.part dict.2.7. 3.1.d.27.
231.2.8.offertur,effertur.
231.2.34.part.primi.
234.2.11.aſtuctiores,aſtrictiores.
236.1.13.beratio,berare.
239.1.12.diſſentes,diſſentientes.
239.1.23.additum,addictionem.
239.2.16.ſtatum,ætatum.
240.1.26.eum,cum.
241.1.9.philobalſami,xilobalſami.
241.2.4.innictum,innitum.
241.2.38.roſararum,roſarum.
242.1.29.cias,ciam.
142.1.30.drag.vnc.
242.2.25.vera,quinta.
243.2.2.emunctoriarum, emunctoriorū.
246.1.23.bubone,buboni.
246.1.34.part.primi.
246.1.38.part. primi.
246.2.8.tar,tur. canterium,cauterium.
246.2.10.tho.5.tho.c.5.
249.2.9.memento,mento.
249.2.28.uis,nis.

Finis.

ANDREAE ALCAZARIS MEDICI, DE VVLNERIBVS CAPITIS LIBER VNVS.

Caput Primum. De capitis anatome.

Triplex venter.



ANATOMICAS administrationes per tractantibus, peculiare est, triplicem ventrem, superiorem, medium, & inferiorē describere. De vltimis duobus suo loco disseremus. Nunc (quando de capitis vulneribus sermonem instituimus) superioris ventris, nempe capitis, anatomē præmittamus: quod ritè quidem explebimus, si ipsius capitis definitionē, seu descriptionē priùs proposuerimus. Est ergo caput Philosopho teste, capillata pars, qua animata regalia, vel sacra mēbra continentur: ob eamq; rem Hippocrates de morbo sacro, comitialē morbum cerebro insidentem, sacrum nuncupauit. Est enim caput secundum Timæum, reliquis corporis partibus insignius: cui cætera membra obsequuntur, & veluti regi parent: ac proinde, sensuum domicilium à quibusdam nuncupatur, atque omnia membra præeminet, quod, oculorum causa à natura non sine magno consilio factum est, vt, scilicet, altiori parte constituti, commodius quàm alibi cuncta contemplarentur, munúsque suum obirent, vt eleganter tradit Galenus libr. 8. De vsu partium. cap. 5. Qua ratione, vnus homo, inter cætera animantia, os erectum habet. Vnde Ouidius. 1. Metamorphoseos.

Capitis descriptio.

lib. 1. de Histor. anim. c. 7.

Caput oculorum causa, altiori loco positum.

Pronaq; cùm spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit, cælumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Licet Gal. 3. De vsu partiū. c. 3. huic sententiæ aduersetur, inquit enim, q hoc credere hominum est, qui nunquam viderunt piscem qui cœli speculator dicitur. Estque caput instar sphæræ conditum, q nulla alia capacior figura sit. Sed propē tpa vtrinq; parùm compressum, ac deflexū, vt capitis vētriculi aptius distinguerētur. Capacior autē quærenda figura fuit, & quò plus cerebri (quod hoīs capiti vberius q̄ reliquorū animantiū proportione magnitudinis contigit) ea contineretur. Et quia talis figura tutior multò, innoxiórq; cæteris est casibus, & quæ hoīs vitæ frequētiùs insidiātur, periculis, vt Gal. 4. De vsu partiū. ca. 7. & Auerr. 2. colliget cap. de iuuamētis instrumentorū sensus, apertè docuēre. Sed nec hoc quidem perpetuū est: nonnullis enim non rotunda, sed oblonga capita sunt: quod præter experimentū, tradūt Hipp. lib. De vulneribus capitis, & de aere, aqua, & locis. & Arist. lib. 1. de Histo. animal. c. 16. Idq; vel obstetricis incuriæ, vel seminali materiæ nimis excrescēti, tribuūt. Quare Chirurgos in capitis Vulneribus cum cranei fractura, sedulò hoc rimari oportet: nam rotundo capiti, oblongum vulnus non nisi altum contingit, q sphærica figura nisi in pūcto tangi non possit. Vt ergo extrema mediū exæquent, penetrasse necessū est: cōtrà in longa. Licet enim in craneo longā rimā telū fecerit, non ob id statim profunde intromissum necessariò fatendū erit. Quod & mihi ad magni vulneris in oblongo capite curationē, valde profuit cōsiderasse. Est autē caput frigidæ tēperaturæ,

Caput sphæricæ figuræ, vtrinq; compressum, & ratio.

lib. 2. [illegible] colliget c. [illegible]

Caput quibusdam oblongum.

Rotundo capiti oblongum vulnus non nisi altum contingit, cōtra oblōgo capiti.

Caput frigidæ temperaturæ est.

Nunq Gal. tale asserit. (Parcat doctissimus Valcaçar) sed quod illa in [illegible] in quit Gal. est, q homo non est erectus ana[illegible] creatus, vt aspiceret coelum, quia coelum aspicere non valet, nisi collum reflectatur, quod idem facere possunt alia animalia. q si aliqui intrepide [illegible] asseruerunt velut Olympus, signum est se nunq uranoscopon piscem .i. coeli speculatorem vidisse, qui oculos in medio capitis habet, & sic semper vel invictus coelum aspicit, nec [illegible], vt sensit Doctissimus Valcaçar, est dicendus ex erecta figura talis piscis, quia pronus est velut alii pisces, solum [illegible] habet, q oculos in [illegible] superiori capitis sitos habet, unde illi coelum non aspicere est impossibile, [illegible] oculos claudat, quare coeli speculator optime dictus est, vt docet Plinius lib. 32. c. 7. & Ælianus de histor. anim. lib. 11 c. 49 & Rondelet. de Piscib. [illegible] c.

peraturæ, ob frigidã partiũ ex quibus cõstat, osſium nimirũ, mẽbranarũ, medullaris, q́ ſubſtãtiæ naturam. Ergo ad Anato-

Capitis anatome. Caput duodecim cõſtat partib⁹. Continẽtes partes.

men accedentes, duodecim particulæ caput conſtituũt, ex Auic. 1. tertij tract. 1. c. 1. ex his, quinq; continentes, ſeptẽ contẽtæ dicũtur: continentes, capilli, cutis, muſculoſa caro, [redacted] pericraneũ, mẽbrana, ſcilicet, caluariã totã exteriùs veſtiens, & os.

Contentæ partes.

Contentæ ſunt, cerebri prima mẽbrana, quam quidã duram matrẽ appellauêre: ſecũda cerebri membrana, priori multò tenuior, ob quod piæ matris nomen ipſi indiderũt. Medullaris ipſius cerebri ſubſtantia, in loculos quoſdã quodãmodo diuiſa. Et ipſa prima, & ſecunda cerebri mẽbrana, quæ ſub contentis partibus, cũ ad cerebri profundũ deuentũ eſt, iterũ à Doctoribus connumerãtur: Rete mirabile, ob eius admirandã, vixq; perceptibilem contexturã ſic nuncupatũ, eſt quædã venarũ (quas Græci choroides vocant) connexio. Hoc quidẽ rete in Anatomicis adminiſtrationibus inuẽtu perdifficile eſt. Vltimò baſilare os, q́ veluti cerebri baſis, & fundamentum ſit, ſic dictũ.

Capillorũ natura.

Has oẽs partes ſigillatim proſequamur. Capilli, ex vaporoſis totius corporis exhalationibus naſcũtur, variaſq; ob cauſas à natura dati ſunt: tum, quò ipſum caput calfacerent, atq; venuſtiorem redderent: tum, vt à cœli iniuria, frigore, pluuia, cæteriſq; exterioribus noxijs tuerentur.

Cutis natura.

Cutis in capite ſolidior eſt, q̃ in cæteris corporis partibus, vt capilli ipſi hęrẽtes, ſtabiliores eſſent, vtq; craneum, & cerebrũ,

Pericraneũ.

mẽbrana iſta carnoſa, clypei inſtar defenderet. Pericraneũ, ſeu perioſtium neruoſa, ſcilicet, mẽbrana, cranei totũ os exteriùs tegit, atq; ex dura cerebri mẽbrana per oſsium ſuturas, neruorũ quibuſdã filamentis mediãtibus, exoritur.

Pericranei vtilitas.

Membrana hæc ad duo perutilis eſt. Primùm, ne duo extrema, mollis nimirum caro, & os, ſine medio copularentur: voco mediũ ipſum pericraneũ. Secũdò, quò neruoſa ſua ſubſtãtia, particulis illis ſenſum deferat. Hinc aliqua maximi momẽti conſequũtur: primũ, pericranei vulnera quantumuis exigua, non contemnẽda, quinimo maximi pendẽda eſſe, cùm à cerebri mẽbrana dura, vt dictũ eſt, originẽ ſuam ducat.

Pericranei vulnera periculoſa etſi exigua ſint.

Tertiò, Emollientia medicamẽta, aut nullo modo, aut parciſsimè prædictis vulneribus admouenda: ne caliditate, & humiditate ſua, neruorum illis filamentis, de quibus modò memini, putrefactionem inducant. Cui Hipp. lib. De vulneribus capitis, & recentiores omnes, præter ipſum experimẽtum, concinũt.

Emollientia medicamenta rariſsimè admouenda pericranei vulneribus.

Quartò, radendum minimè eſſe os in huiuſmodi vulneratis ſuturis, ne raſione contritis neruulis, ac diſruptis, mẽbrana, quæ ab illis pendebat, ſuper cerebrum decidat.

In ſuturis os minimè radendum, & ratio.

Os caluariæ, cerebri cuſtos, ſua ipſum cauitate veſtit. Vnde iſtud caluariæ os, cranium Grecè, quaſi continens, dicitur, Cuius craſsities, ex duabus tenuiſsimis, ac vtraque ex parte tenuiſsimis tabellis conſtat.

Os caluariæ duabus tabellis conſtans.

Sed in earum interna compagine, ſpongiformis quædam raritas, nonnullas venulas in ſe amplectens, reperitur. Ex quibus, dum os raditur, ſanguis effluit. Vnde occaſio oboriri ſolet, vt in hac arte parùm exercitati Chirurgi, penetraſſe vulnus, atque interiùs ſanguinem cecidiſſe (qui tunc foras, data per raſionem via, prodeat) falſò arbitrentur. Sed de hoc ſuo loco latiùs.

Deceptio chirurgorũ quorundã.

Nec deſunt ſpongiformi illi raritati commoda: nanq; illa mediante, cerebrum minùs comprimitur: per illam, & corporis, & cerebri exhalationes faciliùs prodeunt: Sanguis ille venulis contentus, ipſis oſsibus inter ſe medulla carentibus, alimento eſt: & denique nudato oſſe ad cerebri vſq; membranam, ſarcoides callus inde conſurgit, & conflatur. Quam quidem cauitatem, & tabula-

Spongiformis raritatis intra tabellas contentæ commoda.

rum

rum compaginem, Hipp. lib. de vulneribus capitis, & Gal. 6. Meth. capitulo vltimo, diploem, ac si duplicationem dixeris, appellauêre.

Os caluariæ non continuũ, sed cõtiguum, septem compactum ossibus.

Quinq; suturæ.

Caluariæ istud os, non continuum, sed cõtiguum est, ex septem compactum ossibus, quanuis quidam octo esse dicant cum osse cribroso, tamen sub osse coronali computatur, in quibus quinq; reperiuntur suturæ: tres quidem veræ, ad cerebri interiora penetrantes: serratiles dictæ: duæ mendosæ, minimè penetrantes: quarum Gal. lib. de ossibus capit. 1. meminit, idq; humanis capitibus magna ex parte contingit: licet Arist. de historia animalium lib. 1. cap. 7. & Cornelius lib. 8. cap. 1. suturarum expertia capita reperiri contendant, sed id rarum est, nec attendendum: Nos enim quæ frequentiora sunt curamus. Sed quò suturæ pauciores sunt, eò capitis valetudo commodior, & id caput firmissimum, & à dolore tutissimum Cornelio est, dicto loco. At certè id mihi perpetuum non est. Nam quanuis ab externo nocumento huiusmodi caput tutius sit, ab interno tamen minimè erit: cum suturis carendo, vaporosæ, & corporis, & cerebri exhalationes progredi non possint. Cui sententiæ patrocinatur Aristot. Problematum. 10. problem. 48.

Capita sine suturis apud Aristotel. & Corneliũ.

caput absq; sutura non simpliciter tutissimum, sed in anoxis externis.

Raræ suturæ an commodius caput reddãt.

Cæterùm, caluariæ suturæ, nec certum numerum, nec locum in omnibus semper obseruant. Vnde Hippo. de vulneribus capitis: nec suturæ, inquit, capitis in omnibus eodem modo sitæ sunt. Atq; etiam Cornelius loco citato: nec certus, ait, suturarum numerus est, nec locus quidem. Adde Aristotelem loco iam dicto mulieres interdum capitis vnicam suturam habere, contendere. Neq; hæc naturę variatio miranda est: quando, in multis alijs variè sæpe ludit natura parens, vt in iecore, & liene: Nam iecur magna ex parte à dextro latere est: lien, à leuo, & tamen iam legitimum illum locum in nonnullis animalium, lienem cum iecinore permutasse visum est, vt Arist. testatur. lib. 1. de historia animaliũ ca. 18. & lib. 2. cap. 17. & Gal. de Anatomicis administr. lib. 6. cap. 8.

Suturæ non eodem modo in omnibus sitæ.

Mulieres secundum Aristotelẽ vnicam tãtum suturam habent.

Liẽ, & iecur aliquando permutãt locum in quibusdam animalibus.

suturarum non parua vtilitas est, ne si vnum os læderetur reliquis cranei partibus damnum cõmune fieret. Et quia si suturarum expers os esset, vnicum tam varium os, crassum nempe, tenue, durum, mollius, secũdum cerebri variam exigentiam, componi aptê non potuisset. Acceditque, medicamẽta frustra ipsi in varijs morbis accommodarentur: cum eorum vires, non data per suturas via, ad interiora minimè penetrarent. Vnde Gal. 13. Meth. cap. 22. nisi suturas, inquit, in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil adeò æstimandum fecisset pharmacum vllum extrinsecus impositum. Et statim subdit: ipse enim in me ipso expertus memini, cùm infunderetur rosaceum frigidum, certissimè, clarissimèq;, sensisse me in syncipitis loco, eius intrò penetrationem. Est etiam non parui commodi, ꝙ cerebri prima mẽbrana suturis ipsis mediãtibus, pericraneo copulatur, quòdq; in plenilunio, & cũ furore homo corripitur, aut valde vociferatur, quo tẽpore cerebrũ increscit, exhalationes per suturas vaporare possint, quod integro craneo, fieri non poterat, vtque venularum, & arteriarum ramuli, vitam, atque alimentum deferentes, ad interiora cerebri permearent.

Suturarũ vtilitas.

Hinc consequens fit, in suturis, earúmue ambitu, periculosiora multò esse vulnera, quàm capitis vlla parte, perindeque lethale, rasionem ibidem moliri, vt suprà admonuimus, cum neruorum filamenta, quibus vtraque membrana colligatur, rasione ipsa necessariò dilaceranda sint. Quod & Hipp. apertè sensit, sæpè citato. lib. De vulneribus capitis.

Vulnera periculosa in suturis, minimèq; radendũ os in eis est.

Mendosæ reliquæ duæ suturæ, quæ ad interiora

Mendosæ suturæ.

riora non penetrant, obidque tale nomen inditum illis fuit, scammiformes dicuntur, quòd scammæ instar, lateralibus ossibus adhærescant. Ergo quinque hæ suturæ ossibus illis, ex quibus diximus constare caput, consistunt: Quorum ossium primũ coronale, dicitur, ꝙ speciem coronæ referat. Prima ex veris sutura, coronalis dicta, per os istud super verticem, ab aure vna ad alteram, ducitur: os ipsum cum alijs duobus lateralibus verticis ossibus (quæ ex recentioribus nonnulli, parietalia, quasi paries, aut cerebri propugnacula sint nuncupauere) connectens: Quæ quidem lateralia, seu parietalia ossa, alia sutura ex veris, sagittali (quòd sagittæ quoddammodo formam referat sic dicta) consuuntur: quæ, ab occipitij osse, per capitis verticem, secundum longitudinem, vsque ad coronariam protenditur. Hoc autem occipitij os, tertiam veram transuersalem suturam continet, lateralia, vel parietalia ossa cum occipitiali colligans: ex cuius occipitialis ossis foramine quodam, spinalis medulla motiuorum neruorũ fons, à cerebro propagata, exoriens, perdorsi vertebrarum, seu spondilium ossa extenditur. Præter hæc, alia duo petrosa, scammosa, seu mendosa ossa, per vtranq; partem, iuxta aures, lateralibus superponuntur ossibus. In his, aurium foramina consistunt: petrosa hæc ossa, propè temporum tenuissima ossa desinunt, vbi natura, quô tam gracilem locum, nobilissimosque musculos, & neruos principes custodiret, durissima quædam ossa creauit, ponticuli cuiusdam instar, vt in ipsa anatome videre est. Vltimò, basilare os subsequitur, hoc quidem, cerebri basis, & aliorum capitis ossium fulcimẽtum est: duræ substantiæ à natura conditum: ne excrementorum assiduis stillicidijs, vel putresceret, vel plus æquo mollius redde

Os coronale. *Coronalis sutura.* *Lateralia, seu parietalia ossa.* *Sagittalis sutura.* *Occipitij os.* *Sutura trãsuersalis.* *Spinalis medulla.* *Petrosa, scãmosa seumẽdosa ossa.* *Aurium foramina.* *Prope tempora durissima ossa põticuli instar.* *Basilare os.*

retur. Crebra continet foramina, per quę ipsa cerebri pituitosa excrementa excernerentur. Et hæc de continentibus partibus: quibus contentas, seu internas iam connectamus. Primò duas membranas: alteram craneo adhærentem validam: alteram ipsum cerebrum attingentem infirmiorem, quæ meninges dicuntur, quæ duæ tam contrariæ consistentiæ, non sine magna prouidentia à natura creatæ sunt: dura nimirum, vt si capiti casus aliquis succederet, cerebrũ defendere posset: Tenuis verò, vt supra cerebrum immediatè posita, inter ipsum, & durã meningem media esset, ne sua duritie offenderetur. Ex tenui igitur membrana per venularum, & arteriarum ramusculos ab illa propagatos, nutrimẽtum, ac vita ipsi cerebro ingeritur, dum tenuis membrana cerebri subintrat vẽtriculos. In membranis his inflicta vulnera, lethalia à Doctoribus iure censentur, quanuis nonnullos curauerim, & ab huiusmodi vulneribus ad Dei gloriam, incolumes redditos viderim. Medullaris nunc substantia consequitur. Est hæc alba, rotunda, plurima (proportione magnitudinis) quàm in cæteris animalibus. In tres partitur ventriculos: Anteriorem, qui maior, mollior atque humidior est, idque in gratiam sensitiuorum neruorum, qui ab eo exoriuntur: Medium, qui minor, ac solidior: quô motiuis neruis inde propagatis consuleretur: Posteriorẽ, qui mediocris. Ex istis singuli bipertiti sunt: vt tres, sex constituant, præter mammillares, quas dicunt, carunculas, solidioris substantiæ, minorisque albedinis, iuxta supercilia insitas, quę olfactorię facultatis instrumẽta sunt: Medius autem ventriculus socios suos complectitur, in quo locus quidam ob cauitatem lacuna à recentioribus dictus, reperitur: quem glandosæ carunculæ replent, spirituum, scilicet, respiramẽtum.

Contentæ partes. *Dura membrana.* *Tenuis mẽbrana.* *Vulnera inflicta membranis lethalia.* *Substantia medullaris.* *In tres diuisa ventriculos.* *Singuli vẽtriculi bipartiti sunt.* *Mãmillares carunculæ.* *Lacunæ locus vbi reperiatur.*

Continet

Continet ventriculus hic in sui medio, foramen ad palatum, seu basilareos protensum, in anatome satis conspicuum, qua ventriculi huius medij excrementa mittuntur, quemadmodum anterioris, per nares. Hi autem ventriculi virtutes, seu potentias sex insitas habent: primus (in duplicem, vt iam docuimus penè diuisus) duas obtinet, phantasiam: qua, ab exterioribus sensibus primitùs delata obiecta, concipiuntur. Quę quidem potentia, à Philosophis simplicium apprehensio nuncupatur. De qua Aristot. intellexit libro. 3. de anima capitulo. 8. dum inquit: Nihil esse in intellectu, quod prius in sensu non fuerit, & imaginatiuam, in anteriori eiusdem ventriculi parte positā, cuius muneris est obiectorū species, in phantasia primò conceptas cōponere, & quales sint, discernere, atq; diuidere. Quæ potentia simplicium cōpositio multis in locis ab Arist. dicitur. In medio vero ventriculo, dicto modo bipertito, binæ aliæ potentiæ includuntur, cogitatiua inquam, & rationalis. Hec totius microcosmi gubernatrix est: quā nunc discursum, nunc ratiocinationem, nonnulli ex Physicis nuncupauêre: Sed in homine intellectus, in brutis æstimatiua, vel si mauis, instinctus, vel sagacitas naturalis appellatur. Posterior cerebri ventriculus, seruatricem, atque rememoratiuam recondit: quibus proprium est, recepta cognita, atq; iam distributa conseruare, atq; memorari. Verùm sub cerebro, retiformis, ex tenuissimis duntaxat venulis siue arterijs, constans, contextus, aut (quod vocant) rete mirabile collocatur. Admirandum profectò opus, atque opificis summam sapientiam ostendens, visum quidem præ sui tenuitate fallit, nisi diligentissimè perquisieris, & intuearis. In hoc, elaboratione, & contra operantia quadam, quam vocant, cerebri tēperaturā frigidi, calidissimo cordi correspondentis, vitales spiritus in animales conuertuntur, vt Gal. libro. 9. de vsu partium testatur. Sunt tamen qui Galenum sic interpretantur, vt non omnimodam conuersionem, substantiali mutata forma, vitalis spiritus, fieri intellexerit: sed eo vsq; frigiditate cerebri vitalem spiritum temperari, vt animalem, quod ad temperaturam pertinet similet. Nanq; cerebrum frigidam, atq; humidam temperaturam, ab elementis comparatam sortitur. Quod nulli dubium vnquam fuit. Quare non malè hic sese offert interpretandus Guidonis nostri textus tracta. 1. capitulo. vniuersali anatomes: qui traditioni huic nostræ, imo etiam sibi ipsi contrarius videtur. Cerebrum, inquit, & frigidum, & humidum est, & licet habeat substantiam medullosam, differt tamen à medulla: quoniam illa fit ab humoribus: cerebrum ab spermate: & dicitur calidum secundū naturam. 2. de partibus animalium. Hæc ille. Quibus verbis parum sibi cōstare videtur, cùm principio, frigidum, & humidum cerebrum vocet, & ad finem, calidum. Sed vt difficultatem hanc clarius dissoluamus, præmittere oportet cerebri substantiā, non propriè, sed largè, atque similitudinariè medullam dici, quòd craneum impleat, vt reliquæ medullæ sua ossa, iuxta Auerrois sententiam. 2. collectaneorum, seu colliget cap. de iuuamentis membrorū. Differt tamen non parum cerebri medulla, à reliquis aliorum ossium, & (vt nonnullas alias differentias omittam) quinque potissimùm obseruo. Prima circa materialem causam ipsius versatur, quòd nempe cerebri medulla in generationis primordio à paterno semine: aliæ vero ab humoribus generantur, vt Gal. de compagine membrorum, & de natura humana tradit. Secunda, quòd ista frigida,

Ventriculorum virtutes.

Phantasia.

Imaginatiua.

Cogitatiua, & rōnalis.

Seruatrix, & memoratiua.

Rete mirabile.

Galen. interpretatur.

Guidonis textus ambigui declaratio.

Cerebri substantia, medulla nō propriè, sed largè dicitur.

Quinq; differentiæ inter cerebri, & aliorum ossium medullas.

gida,& humida, aliæ calidæ, iuxta Philosophi traditionem. Secundo de partibus animalium capit.7. licet Guido supradicto capit. contrarium sentiat, affirmans, medullam in genere sumptam frigidam esse. Tertia quod ista, pinguedinis expers est: aliæ pingues, vt ipsa anatomes indicat. Quarta quod ista ad ignem coagulatur, aliæ liquescunt. Vltima quòd ista incisa, seu deperdita, minimè instauratur: aliæ instaurari possunt, vt Albucasis.2.libro. suæ operationis manualis. cap.88.& Guido tractatu.3.cap. vltimo antiquorũ dogma secuti, docent, sed differre cerebri medullam ab his quę reliquis ossibus continentur, tradidere etiam Hippo.lib. de carnibus, & Gal.lib.2.de temperamẽtis capite.3. Ergo cerebri temperaturam ostendẽs Guido, frigidum,& humidum esse, inquit, sed seiungi ab alijs medullis, præter alia, quòd illud à semine: reliquæ verò ad humoribus ortum ducant. At quod statim subdit auctoritate Philosophi.2.de partibus animalium cap.7. scilicet,& dicitur calidum secundum naturam, bifariam, meo iudicio, intelligi poterit: Aut cerebrum calidum esse secundum naturam medullæ, in genere, & improprie vsurpatæ, quæ iuxta Philosophũ citato loco, calida est: cuius opinionem refert Guido: quanuis ipse frigidam esse eodem capite contendat: non quatenus propria cerebri substantia est: hæc enim frigida proculdubio ab Aristo.citato loco,& à cæteris censetur: Aut secundum naturam, non quidem ab elementis comparatam, sed iuxta naturam: aut influentem temperiem, ex vitalium spirituum à corde ad cerebrum ascendentium influxu, partam. Sicq;, ex accidenti, calidę temperaturæ dici poterit: quo modo, temperari poterit, Isaac ab omnibus refutata sententia, existimantis, calidum esse cerebrum, quem multis argumentis reprehẽdit conciliator differentia.24. Igitur Guidonis difficultas, ac repugnantia cessat. Constanterq; fatendum, cerebro frigidam & humidam inesse temperaturam. Hæc breuissimè dę capitis anatome scribenda duximus, eas capitis partes, eaq; solùm perstringens, quæ ipsius, vulnerum lucidiorem tractatum redderent. Cætera Anatomicas administrationes ex instituto plenissimè pertractantibus relinquimus, petenda potissimùm sunt à Gal.lib. 8.9.10.& 11.de vsu partiũ, & lib.de ossibus, librisq; de anato.adminiſt.

Declaratio Guidonis.

Sententia Isaac reprehensa à conciliatore saluatur.

CAP. II.

De causis Vulnerum capitis.


VLNERVM Capitis causę eædem quę aliorum vulnerum, sunt: nempe incisio, perforatio, punctura, contusio, casus, morsus, & quidquid aliud vnitatem soluere, vel contundere aptum est.

CAP. III.

De capitis Vulnerum diuisione penes varias ipsorum causas, ac penes varia loca & varios vulnerationis modos.


T Capitis vulnera varijs modis euenire solent, ita variam medẽdi rationem expostulant. Ergo vt commodam curationis methodum nanciscamur, vulnerum differentię proponendæ sunt,& tria quidem in vulneribus discrimen (quod ad curationem, & ipsorum periculum, pertinet) constituunt: primum, telum: secundum, locus: tertium, vulnerationis modus. De primo, aut capitis vulnera à telo incidente, vt ense,

Telum, loc⁹ & vulnerationis mod⁹ vulnera varia efficiũt.

vt ense, gladio, & alijs id genus, vnitatem scindere aptis, inferuntur, & tunc aut sine substantiæ abolitione, aut cum ipsa: Rursus, vel à pungente, vel perforante telo, vt cuspide sicæ, sagittæ, alteriusve acuti teli, aut à contundente telo illata sunt: qualia erunt lapis, siue proiectus, siue in quem caput impegit: lignum, ferrum, vel plumbea glans à sclopetorum, seu alio tormēto emissa. De secundo. Aut in summo capite vulnera consistunt, aut decliuioribus, seu lateralibus eius partibus. De tertio. Vulnerationis siue fracturæ genera sunt Rhogmæ, id est, caluariæ fisio. Ecope, idest, caluarię excisio. Ecpiesma, idest, effractio: engisoma, idest, corporū appropinquatio, siue fractura comprimens, adde fracturam pungētem: Camarosis, idest, testudinatio, quando nimirum vna tabella compressa, altera deuexa, seu incurua superest. Camurus enim Latinè curuus dicitur, Thlasis, idest, cōtusio, & citra fracturam ossis inflexio, infantibus, & mulieribus, ob eorum capitum molliciem, ac humiditatem magis frequens: qualis plumbeis æneisq; vasis, si illidantur, contingit. Ex his fracturis, quædam ad interiora vsq; penetrant: quædā non penetrant. Quibus fracturarum differentijs quidam apechema, idest à contraria ictus parte, caluariæ fracturam connectunt, à quibus Paulus lib. 6. ca. 90. manifestè discedit, prædicta fracturarum discrimina recensens. Nanque argumentum à vitreis vasculis, quorum altera parte percussa, opposita frangitur, dissimile proculdubio est, cùm vitrea vascula tenuissima, vacua, & non nisi aere plena sint: os autem caluariæ solidum, & crassissima plenum substantia: Rursus, vitreum vas continuum: os verò caluariæ contiguum, septem constans ossibus, suturis quibusdam colligatis. Ex cuius ossium, suturarumque compagine, illa inter alias non leuis certè vtilitas promanauit, vt si vnum ex cranei ossibus offenderetur, reliquis læsio communis non fieret. Merum ergo commentum est, prædictam fracturæ speciem cū cæteris recēsere. Obijciet tamen aliquis nō abs re: Pauli sententiam aduersam videri Hippocrati lib. de vulneribus capitis. & Celso lib. 8. cap. 4. Auicenæ Fen. 5. 4. tract. 3. cap. 1. de fractura cranei, eiusq; interpreti Dino, asseuerantibus euenire, altera ossis parte percussa, vt non eadem, sed altera frangatur, Sed si rectè prædictorum verba consyderes, nihil certè in illis quod Paulum impugnet agnosces: solū enim illud volunt, vna parte ossis icta, alteram eiusdem ossis intra eandem futuram interdum frangi, quæ fractura principio latuit: non tamen vt in opposita vulnerationi ossis caluariæ parte, hoc est, toti capiti aduersa, respondeat fractura. Vt si nimirum coronale os ictum sit, occipitiale frangatur, aut contrà, quod plusquàm manifestè ex ipso Cornelio loco citato constat, dum inquit: Euenit etiam vt altera parte fuerit ictus: os verò altera siderit. Idq; etiam Hippocratis verba apertè sonant. Sed quid respondebimus Florentino Nicolo, qui sermone. 7. cap. de fractura cranei etiam atq; etiam affirmat: proprijs oculis fracturam de qua agimus vidisse? Ego ei bifariam satisfacerem: aut quod vulnerato illi, de quo ipse meminit, præter apparēs vulnus, altera parte, verbi gratia, in Sincipite illatum: altera, nempe in occipitio, aliud vulnus contusum sine externo sanguine, siue ab aduersario in rixa, siue lapsu factum fuit: Quod neglectum, post aliquot dies intumens, & suppuratū, apertum, & in eo fractū os repertū est: Nata inde occasione, vt Nicolus arbitraretur eōdem ictu duo illa vulnera in oppositis capitis partibus contigisse. Aut secundò, quod tā vehementer cō-

Marginal notes: Vulnerationum, siue fracturarū genera. — Rhogmæ. — Ecope. — Ecpiesma. — Engisoma. — Camarosis. — Thlasis. — Apechema. — Pauli opinio. — Vasculis — vt Paul. docet lib. 6. c. 90. — Obiectio. — Solutio. — Responsio ad Nicoli testimonium. — Responsio prima — Responsio secunda

tũdi potuit ſauciati illius caput, vt præter ſyncipitis conſpicuũ vulnus, obtritis ſuturarũ neruuſculis, occipitialis ſutura diſrupta, tẽporis tractu ſuborta ibi inflãmatione, & reſeratione facta, fracturæ oſsis ſpeciem retulerit, cùm re vera fractura non eſſet: quo errore deceptus Nicolus, affirmare potuit vidiſſe ſe, quod re vera non erat. Nec mirari debemus errantem Nicolũ, quãdo ipſe parens Hipp. à ſuturis ſe deceptũ memoriȩ prodidit. lib. 5. de morbis vulgaribus ad mediã ferè libri partẽ.

Craneũ frãgi poteſt abſq; vulnere cutis.

Aliud fracturæ genus euenit teſte Auic. 5.4. tract. 3. cap. 1. cùm craneum nullo externo apparente vulnere, frangitur. Multoties, inquit ipſe, frangitur craneũ, & nõ finditur cutis: cuius ratio ea eſſe poteſt, ꝙ cũ os ſolidũ, ac durum ſit, magisq; q̈ ipſa mollis caro reſiſtat, vis maior ipſi oſsi infertur: à proportione em̃ inæquali, actio minimè producitur, & fortia agentia paſſum debile ob improportionem, contemnunt. Hinc Philoſophus. 3. Meteorologicorum. capit. 1. Quo circa, ait, & quæ obſiſtunt quippiam pati ſolent, quæ minimè, nihil: verbi cauſa, iam æs quo ſcutum integebatur liquatũ fuit: lignum verò nihil ſuſtinuit nam propter ligni raritatem, prius ſpiritus percolatus fuit, atque tranſmiſſus, quàm vt lignum affici vllo pacto quiuerit: ꝑ veſtes quoq; pari modo trãſiuit, quas non aduſsit, ſed protriuit. Hæc Ariſt.

Alius modꝰ vulnerationis notabilis.

Alius etiã vulnerationis modus eſt, dũ integro craneo, interior noxa cõtingit, diſrupta nimirũ inter ipſam cerebri membranã & craneum, venula aliqua. Tunc enim idẽ malũ conſurgit, quod ex penetrãti fractura, illapſo ſupra mẽbranã ſanguine, euenire ſolet: vt elegãter Cornel. lib. 8. cap. 4. tradidit, & Dinus Florẽtinus in cõmẽto ſupra Fen. 5.4. Auic. cap. de fractura cranei.

Alius modꝰ inſignis quãdo dehiſcũt ſuturæ citra fracturã oſſis caluariȩ. & abſq; vulnere exteriori.

Aliũ caſum huic adſimilẽ, nec minoris periculi Scribit Razes, tũ. 1. cõtinẽtis cap. 10. tum etiã. 15. cap. 13. quẽ ſe vidiſſe teſtatur. Euenit hic caſus magna ex parte infantibus & mulieribꝰ, ꝓpter capitis maximã mollitiem, atque humiditatem: nempe quando ex ingenti caſu ſine exteriori vulnere, & cranei fractura ſuturarum cõpago dehiſcit, ſanguine inde ſuper durã cerebri meningẽ interiùs cadente, quod & ipſe mea tempeſtate vidi. De his omnibus ſuo loco ſigillatim.

CAP. IIII.

De Vulnerum capitis penetrantium varijs ſignis.

Varia indicia vulnerũ capitis penetrantium.



PEnetrantium vulnerum capitis varia ſigna nũc connumeremus. Quæ ſi cognouerimus, ſtatim & non penetrãtia vulnera contraria ratione intelligemus.

Primum indicium.

Primum ergo indicium ab efficienti cauſa, ideſt, à telo, vel re, qua illatũ vulnus eſt, inſurgit, vt quia ab ingenti telo, vel caſu, vt tradit Cornelius Celſus libr. 8. cap. 4. quem noſter imitatur Guido tractatu. 3. capitu. de ſignis fracturæ cranei.

Obiectio.


Sed huic indicio opponere poſſumus Galenum. 4. Meth. cap. 4. contendentem indicia non à procatharticis, ſiue externis cauſis, ſed potiùs à cauſa morbi eſſentiæ indicatiua, petenda eſſe.

Duplex ſolutio.


Obiectionem tamen hanc bifariam ego diluo: primùm, quòd licet propriè & per ſe verum hoc ſit, ex accidenti tamen, & mediatè in hoc vulnerationis negotio, inſigniter exteriorum conſideratio prodeſt, quatenus nimirum hanc vel illam qualitatem vulneri, aut morbo imprimunt. Namq; incidens telum inciſum, contundens cõtuſum, mordens morſiuum aut venenoſum reddit: Aut ſecundo, quòd Gal. non eſſe curandas externas cauſas tunc duntaxat voluerit: quãdo in propatulo morbus eſt: ſecus tamen in ancipiti cranei fractura.

ctura. Cuius inuestigationem primitiua causa non leuiter iuuat. Quare non absre Auic. Fen. 5.4. dicto cap. de fractura cranei. Oportet, inquit, vt cõsideretur causa fracturæ, & vltimatio virtutis rei frangẽtis grauitate sua, aut magnitudine, aut in sua fortitudine, & Cornelius loco citato. Protinus, ait, considerandũ est, lapide, an ligno, an ferro, an alio telo percussũ sit, & hoc ipso leni, an aspero, mediocri, an vastiore, vehementer, an leuiter. Sed & oportet perpendere, an ab agenti libero, an impedito vulnus illatum fuerit, & percutientis vires attendere, & ipsum telum videre iubet Hipp. sæpe citato libro. Præstat etiam indicium, læsionis quantitas, an, scilicet, magnum vulnus, aut ingens contusio sit, vt docet Guido tract. 3. citato capite de fractura cranei. Sed neq; hoc perpetuum est: solum euim in incisis vulneribus, & non in contusis, verum obtinet, in quibus citra cranei fracturam magnum vulnus ferè nunquam contingit: quia cùm sphæricæ figuræ caput sit, non nisi in puncto tangi potest, si vulnus non penetret, vt hæc indicat effigies.


multotiẽs. n. contingit vt in capitibus contundentibus lesis parumque vulnus exterius appareat, intus vero sit cranei fractura, vt c. antecedenti ex Auic. 5.4. tract. 3. c. 1. iam dictum fuit.



Si verò vulnus penetret, extrema cum medio æquari necesse est, vt hæc etiam figura demonstrat.




A quo tamen ipse excipio, si caput à natura oblongum, in quo citra cranei fracturam, magnum vulnus non rarò contingit, vt eleganter docet Hipp. citato lib. Quod in hac effigie apertè videre est. Caput oblõgum.



Et ipse compertum habeo experimento, & in anatome ipsa ostendimus. Excipe etiam vulnus ab incuruo telo illatũ, quod proculdubio magnum, seu oblongum citra ossis noxam fieri poterit, vt hęc indicat effigies. Vuln.ͣ ab incuruo telo.



Dissimile euenit in telo contrariæ figuræ: quale in hac figura conspicitur: paruum nanque vulnus, breue inquam, posset ad interiora penetrare.



Et itidē per transuersum magnum vulnus esse potest non penetrans in temporibus vt hec pandit figura.



Oblongum vulnus in temporibus.

In temporibus etiam oblongum vulnus nō fracto craneo contingit cùm planicies quædam ibi sit, quæ huiusmodi vulnus facilè admittit, vt hęc figura ostendit.



In magnis contusionibus & cum exiguo vulnere interdum frangū tur. Ossa capitis

At in contusionibus etiam magnis, per exiguum vulnus exterius accidit, cū quo interdum ossa interius franguntur, vt passim fieri videmus, vnde indicium hoc, quod à quantitate, seu magnitudine vulneris sumitur, vt superius admonui, non semper verū est: imo absq; vllo exteriori vulnere, caluariæ os sæpe frangitur, quale in aliorū membrorū fractura euenire solet, vt Auic. 5. 4. tract. 3. cap. 1. docuit: cuius causa præcedēti capite à me tradita est. Ad hæc dolor ingens, & quòd æger ad vulneratū locū manū frequenter apponit, & quoddū specillo cute innititur,

locus

locus exploratur, extenuata cutis, & ab osse separata apparet, indiciũ fracturę cranei præbet. Quod signum, à Guidone traditum, in contusa percussione absq; vulnere, sæpe verum experimento reperi: Cuius causa est, quia cùm quid molle à solidioribus corporibus duobus, in medio positum comprimitur, (quale euenit in casu, & contusione,) vbi durum os interius, ac solidum telum exterius, molliem carnem contundunt, extenuari illud necesse est: sic cutis, qua parte telum magis incubuit, tenuior redditur, vt verisimile sit intrò fractum os esse, ex cuius fractura dolor ingens attollitur, qui ęgrotantem, manum capiti admouere cogit. Quod cum prudens chirurgus viderit, ad apertionem properandum illi est.

Dubitatio. Sed addubitabit quispiam fortasse, qua ratione confractum os dolor sequatur: cùm contrarium, illud suadeat, quòd os sensus expers, & terrena natura est, ductilibus neruis, per quos sensus defertur, carens.

Responsio. Respondendum tamen est, quòd licet os sine sensu sit, ipsæ tamen adiacentes partes fracto osse vehementer dolent: qui vehemens dolor, validissimæ percussionis, perindeq; confracti ossis argumentum est, fortis enim effectus fortem causam arguit.

Fractura cũ vulnere externo specillo exploranda. Cæterùm si fractura cum externo vulnere contingat, specillo immediatè exploratur, quanuis eiusmodi exploratio non certam penetrationem, sed ipsius teli duntaxat sedem indicet, quod Hipp. loco sæpe citato animaduertit, nisi eo vsq; ampla fractura sit, vt liberè ad interiora penetrare specillum possit.

Aliud indicium. Præterea si à retento spiritu, seu anhelitu per ossis fissuram humor aliquis sanguineus, vel effluat, vel ægroto sufflante, manifestum indicium est intrò penetrationis.

Aduersio. Verùm aduertere oportet, non semper prodeuntem per fissuram sanguinem, arguere penetrationem, sed ita demum si ab interioribus partibus mittatur, quod tunc coniectari licet, cùm sanguis cum pulsatione exit: aliquãdo enim ex venulis intra vtranque tabellam contentis, sine hac pulsatione effluit, quem falsò arbitrantur imperiti chirurgi ab internis promanare.

Indicia à symptomatis. A symptomatis etiam quæ percussionis tempore occurrunt: indicia non incerta colliguntur: illa sunt: apostima: scothomia: vocis amissio: vomitus: casus: oculorũ caligo: & vulnerati oculis quasi varia lumina sese offerunt.

Apostima. Apostima quidem, meo iudicio, statim à percussione rarò contingere potest: cùm ex triplici morbo, nẽpe ex vnitatis solutione, intẽperie, & praua cõpositione ipsum conflari certum sit, quæ nisi contracta mora coniungi nequeunt. Quod apostima, cum ęgrotantem adoritur, non penetrationem tãtùm, sed membranarum cerebri læsionem, vitiatis nimirum, tum membri vnitate, tum eius temperatura, & naturali compositione, indicare solet.

Scotomia. Scothomia, fracto iã prorsus craneo, sauciatus tentatur: ob oculos enim verticosa quædam, & rotalia circumagi tunc temporis videntur, & cùm pedibus sauciatus se continere non valeat, concidit. Scotomia enim Græcè, vertigo interpretatur. Accidit hęc ob vapores ad oculos, & caput percussionis tempore conscendentes: qui visorijs spiritibus commixti, imaginatiuam potentiam corrumpunt.

Loquelæ amissio. Loquelæ, seu vocis amissio cranei fracturam penetrãtem sæpius comitatur. Quia cùm articulata vox ex voluntario quodam motu conflatur: vt Gal. lib. de motibus liquidis testatur, cuius principium cerebrum est, & hic reuersiuis, seu vocalibus neruis ducatur, compatiente cerebro, ipsisq; reuersiuis neruis propagatis ab illo, valida percussione, vocis iacturã fieri necesse est, cùm munus suum nerui obire non possint.

Vocis amis- Vocis autem amissio

non semper fracturam cranei portendit: interdum enim citra fracturam ob casum ingentem, potissimùm si syncipiti contingat, æger obmutescit, vt experimento peculiare est,& ab Hipp.traditur, Alphorismorum.7.Aphor. 59: Quibus cerebrum,inquit,aliqua ex causa concussum fuerit,necesse est statim mutos fieri.

Vomitus. Vomitus cranei fissuram penetrantem consequitur,propter cerebri cum ventriculi ore consensum, atq; connexionem: In quē ventriculū,desinit quædā insignis neruorum coniugatio à cerebro deriuata,ex anatome satis cōspicua:quôfit,vt in ingenti capitis percussione ventriculus imbecillus reddatur, & biliosos succos à capite, & alijs membris ad se demissos, continere nequeat,sed euomat. Cui sententiæ Hipp.Aphorismorum.6. Aphor. 50.& Gal.ibi,&.3.de locis affectis cap.5. adstipulantur.Symptoma tamen hoc nō semper fractum os testatur:Nam si à cibi repletione sauciatus euomat,vel assiduis vomitibus suapte natura ante percussionem vti solitus esset, non statim fracturam præsagiemus.

Casus. Casus autem,ex nocumēto,cerebro illato,prouenit:cum enim neruorum sensum, & motum reliquis membris deferentium, cerebrum radix sit,exvalida percussione ipso compatiente,vulneratus necessariò concidit.

Oculorum caligo. Caliginis,visusq; perturbationis eadem causa est,cùm oculorum membranæ à cerebri membranis, & periosteo originem trahāt.Sed non perpetuò casus, fractum os esse conuincit, quandoquidem ob insignem cerebri commotionem, citra fracturam contingere potest.

Alia coniectura penetrationis à cranei sonitu. A sonitu etiā cranei,dum specillo percutitur, penetrationem cōiectamur, si raucè, aut obtusè sonuit,quale in fictilibus,& vitreis vasis, & fractis videre est.

Aliud signū. Stridor dentium penetrationis signum est.Sed hic, aut lyræ chordula dentibus apprehensa, digitisq; percussa, aut veriùs æneo filo identidem percusso,exploratur. Neque enim si fractum os sit, sonitum vulneratus sustinet, quin potiùs dentibus stridet.

Quomodo exploretur cranei fractura. Attramento,& mastichis linimento cranei fractura explorari solet. Nanque si dum os raditur, attramentum suffusum interiùs penetret, & penetrare fracturam necessariò fatebimur. Contrariò vero contrarium.Idem erit, si pulueris mastichis, cū candido oui,linimentum, linteolo apparenti fracturæ applicetur, & ad sequentem diem dimissum,parte fracturæ correspondenti sicciùs quàm cæteris partibus appareat,nam spiritus, & genuinum calorem per fracturam exhalatos,linimētum exsiccasse significabit:

Quo tempore vtendum sit linimento ad fracturæ explorationem. hoc tamen linimento curationis principio, pure nondum genito,vtendum erit:nam post pus confectum,quod linimentum totum madefaceret,imo obrueret,neq; exsiccari permitteret,nullum certè indicium suppeditaret. Hoc tamen signum ad apparentem fracturam, de cuius penetratione addubitamus, pertinet: non autem ad occultam, vt alia signa. Sed de hoc alibi latiùs.

CAP. V.

De signis vulneratarum cerebri membranarum.

Signa vulneratarum cerebri membranarum. PRoximum est, vt de signis quę vulneratas cerebri membranas esse,arguunt,disseramus. Primùm,dolor & Scotomia,vehementiùs quàm in sola cranei fractura infestant.

Dolor, & Scotomia. Faciei,& oculorum rubor & faciei pustulæ. Facies,& oculi rubēt, ipsaq; facies pustulis obducitur, idq; ob apostima,quod in cerebro,aut eius membranis conflatur,vel ob musculorum faciei cum caluaria consensum, & connexionem: vel ad gulam, & pectoris par-

tes, atque respirationis instrumẽta membranarũ cerebri, ac neruorum qui ab illo propagantur, cõmunicato nocumento. Vnde consequitur anhelitus adeò frequens, & malignus, vt respiratiõis anxietate facies, & rubeat, & pustulis scateat. Oculi etiam præter ruborem eminẽt, & obscurãtur, rõne, scilicet, communionis, q̃ mẽbranæ oculos cõstituẽtes, cum cerebri mẽbranis habẽt. Cõiũctiua eñ oculi mẽbrana, ex periosteo, cornea ex dura cerebri meninge, vuea ex tenui, ex neruo aũt optico aranea tunica, ortum habent.

Oculorum eminentia, & obscuratio.

Sãguis ad exteriora per os, per nares, aut per aures profluit, vt periculo ipsi vidimus in vulnerato quodam cum fractura penetrante, & duræ cerebri mẽbranæ incisione. Non solùm enim ille sanguinẽ, sed saniem, & muliebre lac supra vulnus emulsum per aures emittebat.

Profluxio sanguinis.

Sed & cerebri lædũtur potentiæ; fit sauciatus, stupidus, ac veluti expauescens, redditurq́; immobilis, ob cerebri, scilicet, noxam, à quo nerui (per quos particulis omnibus sensorijs, atque motiuis sensus, & motus impartitur) originẽ ducunt. Vnde Hipp. 7. Aph. 14. In capitis, inquit, ictu stupescẽtia, & desipientia, malũ.

Potentiarũ cerebri læsio

Febricitat æger, propter humorũ, & spirituũ maximam commotionẽ: qui, cùm incensi, ad cor, genuini caloris sedem, tendant, consequenter & ipsum cor flagrat, & inde totũ corpus. Verùm si rigores febrem non præcesserint, non perinde lethalis illa cẽsenda est, ac si crebri, & inordinati rigores præcessissent. Conuulsionem enim minantur. Nec solùm rigores conuulsionis signa sunt, sed oscitationes, & membrorum exporrectiones, si creberrimæ fuerint: Sunt enim rigorũ species. Arguunt rigores materiam super cerebri membranas consistentem: quam dum natura expellere nititur, rigor, aut tremor excitatur: quibus febricula commiscetur. Vnde Hippocrat. Aphoris. 4. Aphorism. 46. Si rigor, inquit, inciderit febre non deficiente, iam debili existente virtute, lethale.

Febris, & qñ lethalis.

Riget sauciatus, id est ceruices, & maxillæ illi tenduntur. Quod symptoma ex Celsi libr. 8. capit. 4. traditione, ex ipsáque praxi, mortiferum censetur, præsertim si non inter initia, sed temporis tractu, infestet.

Rigor ceruicũ, & maxillarum si accidat vulneratis, lethalis censetur.

Vigiliæ vexant: quarum ea causa est, quòd cùm somnus in cerebro concilietur, idq́ue læsum sit, aut vigilare, aut malè dormire infirmus cogitur.

Vigiliæ.

Cibos fastidit, nauseat, & euomit, ventriculi, scilicet imbecillitate, quem sensorius princeps neruus cum cerebro colligat. Nam si solo fracto craneo vomitus excitatur, multò magis cerebri incisis membranis. Eueniunt hæc potissimùm, cùm vulnus anteriori capitis parte consistit: ex ea enim prædictus neruus deriuatur: quo fit, vt in occipitiali vulnere, symptomata hæc non identidem assurgant.

Cibi fastidium, nausea, & vomitus.

Male excrementa emittit, & lotium reddit: vel ob febrilem calorem, expellendas humiditates exsiccantem, naturalibusque operationibus nocentem: vel ob materierum, & vaporum ad vulneratam caluariam, raptum: vel quòd mentis alienatione vulneratus lotij reddendi, excrementorumq́ue obliuiscitur, vt inquit Auicen. Fen. prima. tertij. tract. 3. capi. 1. de charabito, vel expultricis virtutis vesicæ, & sedis, musculorum, ac neruorum imbecillitate, quæ à cerebri neruorũ consensu, compathia, vel media affinitate nascitur, aut propter neruorum musculorum illarum partium conuulsionem: aut conuulsioni proximam dispositionem: quæ in causa est, ne excrementa, & vrina, aut minimè, aut malè reddantur. Plurima ex signis istis ex Guid. tract. 3. ca. De notis incisionis mẽbranarũ cerebri, atq; ex alijs authoribus collegimus, præter quæ, lon-

Excrementorum, & vrinæ difficultas.

ga experientia alia nobis suppeditarunt, qualia sunt, luctuosa suspiria. Vnde Hippocra. Aphoris. 6. Apho. 54. In acutis, ait, pasionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria malum. Nascuntur hæc ab aliqua musculorum pectoris quasi cõuulsiua dispositione, vt ex Gal. in eius loci cõmẽ. constat.) Alterius etiã oculi lippitudo, vel obscœna, atq; crasior lachrymula, & lucis intolerantia oboriri solent, vt Auicen. 1. tertij. capit. 2. probat.

Luctuosa suspiria.

Alterius oculi lippitudo, aut obscena lachrymula.

CAP. VI.

De Notis incisæ cerebri medullæ.



HVC pertinent incisæ cerebri medullæ, notæ. Quarum prima est ipsius medullæ exitus. Agnosces cerebri esse medullam, cùm crassam globosam, nec saniosam prodeũtem substãtiam conspexeris, vt ipse Guido citato loco inquit. Non saniosam, dixit, vt errorem, aut fraudem chirurgorum quorundam detegeret. Quippequi cùm sanies, vel interiùs contenta humiditas, ex illapso ad interiora per rimulam sanguine, confecta, ibidemque genuino calore concreta, exteriùs prodit, medullarem cerebri esse substantiam, aut credunt, aut fingunt: idque apud vulgus magnis clamoribus testantur, & me puero, insigne certè scelus circa hoc commisit chirurgus quidam, qui ad curandum vulneratum ex magna, ac penetranti fractura accersitus, panis præmansam medullam vulneri applicauit, & cùm ad secundam curationem accederet. Ecce, puri panem commixtum cerebri medullam referentem: astantibus, multis vocibus ostendit, medullarem cerebri affirmans esse substantiam. Quod postea cum ęger ad sanitatẽ reduceretur, tanq̃ grande miraculũ habitũ est, & chirurgus ille alter Apollo deinceps credebatur. Sed quò fallaciæ huiusmodi pateant, ad ignem in tegula exploranda substantia est. Si enim cerebri sit vera medulla, coagulabitur: si præmansus panis, exsiccabitur: si concreta sanies, liquescet, ac tandem consumetur. Sed & veram esse cerebri medullam, quæ prodijt, lethaliora significant symptomata, nempe morbus comitialis, & illa quorum suprà meminimus. Euenit etiam aliquando, vt mammillares caruncul æ, quas mãmillares additiones, quòd mammillares papillas similant, vocant, inter supercilia consistentes, de quibus in Anatome dictum est, ex penetranti vulnere, foras citra vitæ periculum egrediantur: quas cùm astantes, & ipsi chirurgi parùm exercitati conspiciunt, statim medullarem esse cerebri substantiam arbitrantur, eo decepti, quòd quodammodò carunculæ ipsam substantiam referunt. Quem errorem facilè præcauebis, si obseruaueris inter vtranque substantiam non obscuras differentias. Nanque sunt carunculæ, non adeò albæ multò solidiores, & præter hoc, inter supercilia situm obtinent. Aliud indicium à Guidone notatur, quòd si in anterioribus partibus læsio est, ratio amittitur: si in posterioribus, memoria.

Incisæ cerebri medullæ, notæ.

Cerebri medulla ex q. bus dephendatur incisam esse.

Chirurgorũ quorũdam error, aut fraus.

Chirurgi cuiusdam dolus.

Cerebri medulla quomodo exploretur.

Mammillares carunculæ extra vulnus interdũ prodeuntes in quibus à cerebri substantia differant.

Aliud indicium.

SED quæret aliquis, cùm potentia rationis in medio capitis ventriculo, nec in anteriori, domicilium habeat, vt in anatome diximus, cur læsa anteriori parte, ratio amittatur, vbi potiùs sensus communis & imaginatio destrui debuisset. Cui ego respondebo, cùm anterior pars offenditur, non immediatè rationis fieri iacturam, sed per illam ipsi medio ventriculo, quò ratio sita est, cõmunicato damno. Aut dicere poteris, medium ventriculum,

Dubitatio.

Responsio duplex.

lum, occipitij respectu, anteriorem partem etiã non perperam appellari posse.

Aliud indicium incisæ cerebri medullæ.

Stupor, & desipientia, in cerebri medullæ incisione, longè quidem maior est, quàm solis incisis mẽbranis, cùm fortior causa fortiores effectus producat. Sed licet symptomata hæc in huiusmodi vulnera magna ex parte grassentur, aliquando, rarò tamen, stupor, & desipientia ægrotantem non tenent, & iam ego vidi hominem, cui medullæ cerebri insignis portio prodijt, qui septem dies sine vlla rationis & iudicij noxa vixit.

CAP. VII.

De notis inflammationis, quę cerebro, aut eius membranis vulneratis superuenire solent, deque eius causis.

Quot modis contingat cerebri membranas inflãmari.

PRIVS igitur causas inflammationis quæ cerebro, vel eius membranis euenire solent afferamus: deinde eius indicia. Quatuor igitur modis huiusmodi inflammatio contingere solet, vt Auicen. 5. quarti capit. De fractura cranei, & Paul. lib. 6. ca. 9. atque author Guido lib. 3. capitu. De apostemate superueniente membranis cerebri, vel ipsi cerebro, testantur, post cranei videlicet perforationem: quippe quę ad internas atque externas causas reduci possunt. Ad externas quidem, vt osis compresionẽ, vel punctionem, aut linamentorum super cerebri membranam constrictionẽ, vel propter frigus vt rectè Paul. sententiæ Auicen. addit: aut malam victus rationẽ, vel vini potum & similia.

Quatuor causæ inflãmatiõis mẽbranarũ cerebri externæ.

Quæcunq; enim osis punctio, vel compresio super cerebri dura membrana dolorem ingentem proritare solet: ipse verò fluxionẽ, indeq; inflãmationẽ: attrahit nanq; dolor cucurbitulæ instar. 4. meth. ca. 4. Gal. autore: frigus perinde neruis, atque mẽbranis cũ sit infestisimũ, vt Hipp. 5. Apho. 18. & Gal. in cõm. eo vsq; ledit, vt inflãmationẽ atq; cõuulsionẽ afferat excessus perinde, vel cibi vel vini potus cerebrũ replet quo repleto facilè ipsius mẽbranæ inflammantur. Internæ verò huius inflãmatiõis causæ quas occultas Auic. atq; Paul. nũcuparunt variæ quidẽ esse possunt, nempe humorales, vt plectora, & cachochimia, vel intẽperies forsan in loco vulnerato, vel nimia mollificatio ipsius cerebri mẽbranæ, quæ ipsam putrefacit ex multo videlicet olei & medicamẽti (quod digestiuũ vulgò vocãt) nimio vsu, vel potius abusu atque etiam ob imperitiã Chirurgorum cuiusdã emplastri maluarũ, afungie, farinę seminis lini, radicũ althee, atq; oleorũ quæ apta sunt, tum periosium, tum etiã ipsam cerebri membranã corrumpere, quorũ vsus nõ absq; vulneratorum vitæ discrimine vsurpatur: quamobrem capitalem potius hostem, quàm emplastrum capitale, ipsum nũcupare liceret. Vel forsan cerebri inflammatio euenire poterit ob aliquẽ prauum atq; infœlicem stellarum vel corporũ supra cœlestium influxum. Vnde Leonardus de Bertapalea vir quidem non postremæ notæ in arte Chirurga: per signa supercœlestia prosperã vel aduersam valetudinẽ vulneratorum præsagire docet. Si igitur propter osis, vel compresionẽ, vel punctionẽ inflammatio oboriatur, ad causæ ablationẽ properandũ est, nempe ad extractionẽ, vel eleuationẽ pungentis, vel comprimẽtis osis. Si verò linamentorũ, vel fasciarum forsan compressus in causa, fit auferenda statim, atq; cotone carminato mitius ac leniuis absq; vlla cõpresiõe sunt admouẽda, retẽtrice tñ laxa deligatiõe potius q̃

Internæ causæ.

Damnantur haud immeritò medicamẽta putrefacientia admota periosio vel membranis cerebri.

Aduerte fœlicem vel infœlicẽ euentum vulneratorum ex influxu cœlesti interdũ prouenire.

Nota oportere os comprimens vel pũgens duram cerebri membranã ex tẽplo auferri. Idẽ dicendũ in Cadijs causis q̃s persõnũ: opposita licebit admouere.

ex

arcta

arcta super imposita verum si propter frigus: calfacientibus medicamentis actu atque potentia in capite, collo, atque ceruice vtendum mollissima lana æsipi super inuoluta: quorum narratio in antidotario latiùs dicetur, si autem ob malam victus rationem, ad optimam reducatur. Si verò inflammationis causæ occultæ, vel humorales, vt plectora, vel cacochimia sanguinis missione, vel alui solutione eidem subueniendum est. Cæterùm si olei vel aliorum medicamentorum mollificantium vsus plus iusto in causa sit auferenda statim sunt, atque abstergentibus vtendum. Si verò ex cœlesti infelici influxu, per quàm difficile, vel pene impossibile est huic malo subuenire.

Signa calidi apostematis, quod à cerebro aut eius membranis superuenit.

Indicia igitur quibus huiusmodi inflammatio dignosci possit hæc sunt. Primum à tumore sumitur: inflantur enim membranæ ob calidam materiã, omnes membranarum partes distendentem. Secundum verò signum vel indicium probent ipsæ eadẽ ratione prominentes mẽbranę: solent enim adeò intumescere, vt siue per cranei amplam rimam, siue per terebrationẽ factam, prodeuntes, totum vulnus repleant, ad cutem vsq; delapsæ: quem membranarum exitum fungalem eminentiam, quòd fungos tunc temporis similent membranæ, medici nuncupauêre: vt ex Auice. 5.4. tracta. 3. cap. de fractura cranei constat. In quo aduertito frutratem pro Alphuturati, hoc est, fungo interpretis errore legi idque ex ipso Auicena prima. tertij tracta. 4. capit. vltimo. satis colligitur, atq; ex sententia Rasis decimoquinto continentis, aliorumque recentiorum, hîc Dini Florentini in Auicenæ Commentario errorem notabis, qui frutratem, idem quod frustra esse falsò arbitratus est: quasi frustra in curando huiusmodi vulnerato medicus laboret. Et ipse mea tempestate in vulnerato puero huiusmodi fungiformem prominentiam vidi: quæ in eam magnitudinem creuerat, vt alijs nullam opem afferentibus bis, terque eam coactus resecauerim, & Alchimistarum aqua adussem, quòd aliàs satis fuisset absurdum velut longo iam experimento, ac maturiori consilio atque ætate, nil huic malo vtilius esse reperi, quàm cranei fracturam amplificare: sic enim cranei fissuræ angustijs vindicatæ, membranæ deturgent, neque ita foras prorumpunt. Quare non inconcinnè hic textus Rasis decimoquinto continentis, difficilis quidem declarandus sese offert. Quoties (inquit) frangitur os capitis, si incipit panniculus indutus super cerebrum in aliquo pati apostima vitium fit in eo quod medici appellant futra, siue Alphuturati, id est, fungum, videlicet quod eleuatur ad superiora, & intumescit donec egreditur in modum fungi terrestris per craneum disruptum, vel perforatum: & subdit, quod si coarctatur talis panniculus à Chirurgo accidit laboranti defectus sensus, & motus, dico tamen illud vitium erit instabile nisi perforetur panniculus, & rumpatur. Hæc ille. Sed discruciari solent Chirurgi in intelligendis verbis illis scilicet. Vitium illud erit instabile. Quæ ego bifariam interpretor, aut quod non stabile erit vitium illud eminentiæ fungiformis, hoc est non permanens si vulnerata non fuit dura cerebri membrana: euaporabit enim contenta materies, & deprimetur panniculus. Sed si rupta membrana fuerit, periculum imminet quod dum materia cerebrum pertigerit conuulsio, atque inde mors sequatur. Aut contrario, videlicet, quod erit instabile vitium illud, id est, instabit ad mortem, nisi perforetur panniculus, hoc est fungiformis illa caruncula super cerebri membrana ad nata, per-

Membranarũ inflatio.

Membranarũ fungiformis prominẽtię & qua ratiõe ei succurratur.

Auice. locus restituitur.

Dini Florẽtini error in Auic. interpretatur.

Casus notãdus.

Rasis locus interpretatur.

ta: perforatur autē, vt nonnunquàm feci ſubtili ſcalpello crebris factis ſciſſuris.

Membranarum cerebri rubor & immobilitas.

Rubent etiam nec mouentur cerebri membranæ: ruboris cauſa eſt praua calida tēperatura à malis calidis ſuccis creata ex quibus vapores ad ſuperiora aſcendere aptiores naſcuntur. Immobilitatis autem membranarū inflāmatio & conuulſio cauſa ſunt: quæ cum mēbranas tenent ac replent naturalis motus neceſſariò impeditur: qui conſtrictione & dilatatione aere ore à naribus attracto, atq; ad caput conſcendente conflari ſolet, deterrima hæc ſymptomata eſſe ſolent quãuis ad Dei gloriã vulneratos nōnullos, quos talia vexabant, noſtra curatione incolumes redditos viderim etiam per quindecim dies membranarum motu deficiente liueſcenteq; dura cerebri membrana.

CAP. VIII.

De notis humiditatis prolapſæ ſuper cerebri membranam, eamque grauantis.

Illapſæ humiditatis ſupra cerebri membranã notæ.



QVAE membranarū cerebri inciſionē ſigna arguere diximus: eandem materiã ſupra membranam delapſam eſſe coarguunt. Si poſt vulnerationis initia paulatim veniant. Signa tñ hæc membranarum inciſionem non neceſſariò expoſtulant nanque ſi puncta vel aliquo oſſe compreſſa membrana eſt materiei per rimulas delapſum etiam prædictum, ſed nec ſenſim, nec poſt vulnerationis principium ſymptomata illa ſemper pro rit antur. Si enim ampla fractura ſit multuſque conſequenter ſanguis intrò ceciderit, è veſtigio irruunt, ſæuiuntq;, neq; vllas præbere ſolent inducias. Quare regula hæc quæ à Guido. traditur inſtricta fractura accipienda eſt. De qua intelligi non ineptè poterunt Hippocr. verba lib. De vulneribus capitis, dum ait, Mala vulnerum capitis non ſtatim patēt. Quibus Dinus, Nicholus atque alij ſubſcripſēre. Et ſæpè poſt decimumquartum, & interdum poſt vigeſimum primum diem, euenire ſymptomata illa vidimus.

Dicta ſymptomata quo tempore aſſurgãt.

Prædicta ſymptomata integro, ac illæſo craneo quando cōcitentur.

Sed & integro, ac illæſo craneo, non ſemel prædicta horrenda ſymptomata concitantur. Quando nimirum ex ingenti percuſsione, aut caſu, venulæ quædam ſubter craneo dirumpuntur, ex quibus ſanguis ſenſim inſtillatur, coaceruatur, atque in pus conuertitur. Poſt temporis enim inter capedinē ſæuiunt mala illa, non ſine certo vulnerati diſpendio, vt plus ſatis experientia docet. Et Cornel. libr. 8. c. 4. alijq; recentiores, eius ſecuti veſtigia, teſtātur.

Tria notatu digna. Primum.

Qua in re, tria ſcitu digna mea tempeſtate notaui. Primum, vel nullos, vel raros, ex huiuſmodi ſauciatis præſertim in capitis vertice, quos dicta inuaſerunt ſymptomata euaſiſſe, quãuis perforato oſſe exiiſſet pus, duobus, aut tribus, in caluariæ lateralibus oſsibus, vulneratis exceptis, quibus hyemali tempore coactè ſera oſsis apertione, Deo duce, ſubuenimus. Præter quos alium etiam curaſſe memini, admota poſt. 14. diem perforatione, ex qua non modicū puris prodijt, & ad Dei gloriam, ſanatus eſt: etſi illum ſæua diſtorſiſſent ſymptomata, & menſis eſſet Maius.

Secundum.

Secundum, quod vbi ſub tenui meninge venulæ rumpuntur, ſicque coaceruata ſanies eſt, parum, aut nihil intereſt craneū aperiamus, aut non: hibernum, aut vernū tempus ſit, cùm vtroque caſu, certiſsima mors ſperetur.

Tertium.

Tertiū, ſymptomata quæ craneo integro ex interna noxa concitantur hyemali potiſsimū tempore, non niſi. 14. & quandoque. 21. die irruere.

CAP.

CAP. IX.

De iudicijs, seu præsagijs in Capitis vulneribus, tam ex ipsis quàm ex symptomatis.

Capitis vulnerum varia præsagia.
Iudicium à cranei fractura.



ARIA sunt vulnerum capitis præsagia, ex quibus indicationem sumere licet, vulnerati vitæ, spes, an certa desperatio sit. Et primò, cranei penetrans fractura periculosa ab omnibus censetur, propter sanguinem, scilicet, qui super cerebri membranam illapsus interiùs putrescit. Vnde lethalia proritantur symptomata. Incisio membranarũ cerebri, maximè ipsius medullaris substantiæ, & corrosio, ac læsio, lethalis, iuxta Hipp. 6. Aph. 18. nisi parua fuerit, vt ibidem interpretatur Gal. Sed etsi ferè semper lethalis incisio cerebri censeatur, memini tamen in Abulensi ciuitate me degentem, puerum oppidi Blasco Helez curasse, cui lancea percusso, non modicum medullaris substantię exiuit, & cùm de eius vita millies desperassem, tandem Dei nutu sanatus est. Similis casus contigit Gal. vt ipse in Commẽ. dicti Aphorismi narrat, & libr. 8. de vsu partium cap. 10. Nam in morbis, quẽadmodũ in natura, nonnulla mõstrosa eueniunt, vt ait Auerroes. 7. colliget. Febris acuta periculosa valde, sed ea præsertim, quæ elapso vulnerationis principio, circiter septimum diem crebris, atque inordinatis rigoribus, nunquam intermissa molestat. Nanque præsagire solet, vel internum aliquod nocumentum inflammationis cerebri, aut eius membranarum, vel illapsæ, vel interiùs genitæ materiei, quam dum natura, vt nocentem rem, expellere conatur, rigore, ac interdum tremores ciet, & simul nausea, atque vomitus nascuntur, ipseque vulneratus indies in deteriùs vergit, vel quampiam aliam noxam significat. Verùm febris in vulneribus non itidem malũ præsagire solet, quando ab alijs causis inter initia originem trahit: vt si infestet dolor, & tristitia ex quibus prouenit spirituum, & totius corporis agitatio, & hinc febris, interdum diaria: Aut ratione confectionis puris in vulnere, quia Hippocr. Aphorismus ille. 2. Aphorismorum. 47. Dum pus conficitur dolores accidũt, magis quàm iam confecto, non in inflammationibus solùm, sed & in vulneribus locum habet. Aut quia à procatarthica, seu externa causa conflatur, quæ antecedentem interiorem sæpè concitat, vt Auic. 1. 4. tract. 1. cap. 5. de diarijs febribus, nec non Guido multis in locis sensère. Humor nanq; corporis superabundans, & etiam in parturienti, vt docet Auic. 2. 1. doctri. 1. cap. 5. qui aliàs quiescebat, vulneratiõe commouetur, & febrem gignit sanguineam assiduam, si sanguis redundauerit: tertianam intermittentem si bilis flaua cũ siti, & oris amaritudine: quotidianã cum rigore, si pituita. Aut deniq; cõparatur febris ab externa capitis inflãmatione, sanguinea, aut biliosa, vel mixta. Quod manifestè ex tumore, & loci rubore cognosces. In febribus his nõ lethalibus, intermissiones accidũt, nec inordinatis rigoribus æger discruciatur. Vulneris color hilaris est, labia tument, sanies laudabilis nõ deficit, mens constat, vomitus cessant. Adhæc inter initia febricitare, nullo alio symptomate apparente, bonum signũ apud oẽs perhibetur, & vulgare solet esse verbum, sed quod ab ipso Hipp. originẽ ducit. 2. prædictionũ post mediũ, non quod ipsa febris vllo tpe salubris sit, sed respectu eius quæ quarta, aut septima, aut vndecima die incipit. Quã esse lethalem testatur Hipp. dicto loco. Denique

Incisio mẽbranarũ cerebri, & medullaris substantiæ.
Casus admirandus.
Casus q contigit Galen.
In morbis, vt in natura mõstrosa eueniunt.
Febris acuta in vulneribus capitis quãdo lethalis.
Febris nõ lethalis signa.

Deniq; si bona victus ratione, sanguinis missione, & alui solutione febris sensim remittatur, indiciũ est, ab aliqua ex prædictis externis causis, nõ ab interno nocumẽto prouenisse. Ne aũt in prædicendo decipiaris, illa pereuntium sunt minimè fallentia signa, ex Hippocr. sentẽtia libr. De vulneribus capitis collecta, atque longa experientia comparata. Pus viscosum, veneti interdum coloris, interdumq; veluti salsamentum. Vlceris oræ, & marcescunt, & extenuantur, exuta exteriùs, ac interiùs infarta humiditate. Salitæ carnis colorem referunt, atque interdum liuidum, quod in ægrotante osse, malum ab ipso Hipp. 7. Apho. 2. censetur. Os alium assumit colorem, eo iam corrumpi incipiente. Fit enim nigrum, postea pallidũ, aut valde album. Caliditas enim agens in humidum, denigrat, consumpta verò iam ossis humiditate, ipsum dealbat, ex Auic. 1. 1. doctr. 4. cap. 1. & 2. 1. tracta. 20. capit. 3. Subter lingua bullæ, pustulæque nonnunquàm suscitantur. Glandulæ in collo nascuntur. Maxillarum, & ceruicũ adest rigor, ac simul biliosus vomit⁹: huc illuc diuagatur æger, villos ex stragulis inaniter apprehendere intendit. Quæ symptomata ex Auic. constant. 1. 3. cap. de charabito, & cap. de phlegmone accidente substantiæ cerebri, ac tandem desipiendo perit æger, vt inquit Hipp. loco citato. Porro symptomata hæc non omnia simul perituros vulneratos inuadere solent, sed nũc hæc, nunc illa, & nonnullos iam perijsse vidi cum solis oscitationib⁹, ac membrorum ex porrectionibus. Verùm circa ceruicum rigorem, tensionem & glandulas illic obortas, sedulò aduertito: si reliqua deteriora signa deficiant, lethale id indicium non esse arbitrandum, vulnere videlicet in capitis lateralib⁹ partibus inflicto. Quod auribus, vel collo correspondeat. Nam ea directione, & propinquitate fit, vt materiæ ad ea spongiformia loca à dolore trahantur, illicq; infartæ in glandulas conuertantur. Consonum id est Galeni doctrinæ. 13. Meth. cap. 5. in quo nobis hæc condẽtibus, non vulgares Medicos, atque chirurgos decceptos Segouiæ vidimus, in cuiusdam nobilis viri vulnerati curatione. Credebant enim ceruicis tensionem, & glandulas, conuulsionem ominari: & cùm eo errore ducti, nullis alijs obortis symptomatis, perforationem ossis, qua procul dubio egere ægrotantem contẽdebant, parassent, ea à me prætermissa, auxiliante Deo, illum curauimus, & sanatus est, quãuis de eius vita cæteri desperassent. Conuulsio vulneratum corripit, cuius causa cerebrum est, immediata, scilicet, secundum medicorum placita, neruorum origo, à quo sensoria, atq; motiua virtus mediantibus musculis, & lacertis, proficiscuntur. Nam dum malè affectum cerebrum nocumentum à se pellere conatur, contrahitur, secumque consensu quodam, neruos, ac lacertos cõtrahit, & conuulsio fit: quæ nihil aliud est quàm prædicta neruorum versus suum principium contractio. Hæc enim siue ad materiam non proportionata, siue compassiua, siue proportionata, siue ex repletione, siue ex inanitione sit, lethalis ab Hipp. Apho. 5. Aphor. 2. perhibetur, dum inquit: conuulsio ex vulnere lethalis, sed iam ad Dei gloriam, eiusque Sacratissimæ matris, duos pueros curaui in lateribus capitis vulneratos, qui cõuulsi euaserunt, ex his, alter per quinquaginta dierum spatium, octauo quoq; die comitialis morbi symptomatis sensus, & motus expers, periodicè corripiebatur, cui, tunc, ex naribus haud parum puris effluebat, & statim ad se redibat: tandem sine vomica, aut fistula superstite, sanatus est. Istius salutem his ego tribuebam, quòd à retenta sa-

nie co-

Pereuntium ex vulnere non fallẽtia signa.

Pus viscosum.

Vulnerum marcescentes, & extenuatæ oræ.

Os varium assumit colorem.

Sub lingua bullæ, & pustulæ.

Maxillarũ, & ceruicum rigor cũ bilioso vomitu.

AEgrotãtis inquetudo.

Prædicta symptomata non omnia simul inuadunt, sed nunc hæc, nunc illa.

Aduersio.

Casus q Segouiæ contigit:

Conuulsio.

Casus notabilis.

nie comitialis ille morbus procedebat. Quæ per narium instillatoria aptissimè expellebatur, sicque à causa separatu facili, lethalis autem conuulsio non itidem. Quòd vulneris lateralis, & procliuis situs erat, nempe inter supercilia, cerebro inde minùs molestato, quòdque vulnus eo loco consistebat: quo verè cerebrum non est, sed mammillares potiùs carunculæ vt anatome manifestè demonstrat. Neque his præfatus Hippocratis Aphorismus obest, qui de cõfirmata conuulsione ex inanitione intelligẽdus est. Nec alter Aphorismus. 42. 2. Sectionis. qui ait. Soluere morbum, quem apoplexiam vocant fortem, impossibile: debilem verò non facilè: cùm impossibilitas ibi pro magna difficultate, vt sæpe à Galeno in Commentarijs declaratur, vsurpetur. Notaui prædictum puerum sine vomica, aut fistula euasisse, vt rem nouam, aut per quam difficilem, vt ex Cornelio libr. 8. capi. 4. Satis constat. Quod si incidit, inquit, inspergenda scamma æris est, vt id reprimat, cohibeatque, ea carni superdando, quæ ad cicatricem perducant, omnibusque ea commodè inducitur, excepta frontis ea parte, quæ paulum super, id est, quod inter supercilia est. Ibi enim vix fieri potest, vt per omnem ætatem sit exulceratio: quæ lintheolo medicamentum habente contegenda sit. Hęc Cornelius. Causa autem cur inter supercilia vulnerato, fistula ferè semper manet, loci cauitas est, quæ generandæ carni inepta censetur opus enim habet producenda caro solido fundamento. Adde excrementa ipsius cerebri, ipsumque aerem per narium duci canalem, magnum scilicet, consolidationis impedimẽtum. Accedit varius, & reuolutus musculorũ loci illius incessus, qui quà in parte reperitur: difficillimam vulneris glutinationem reddit. Est etiam deterrimum aliud

Declarãtur duo Aphorismi Hippocratis.

Inter supercilia sine ma nente fistula curarivul nus difficillimum.

symptoma commune quidem & capitis & neruorum vulneribus, ex quo prædictio non obscura sumitur, sudores nempe vulneratum inter febriendum infestantes. Nam sæpè conuulsionem minari solent. Quod præter assiduum experimentũ, ex Galeno colligi potest in commento libri. 1. Hippocrat. de morbis vulgaribus Commento. 2. §. Sudores multi. &c. Et ex Auic. 2. 3. tracta. 1. capi. 6. &. 4. 1. tract. cap. 20. Indicant enim vt Gal. aduertit, corporis humiditates conuulsionis vi, veluti torculari quodam exprimi.

Sudores inter febriendum venientes conuulsionem minantur.

Mentis alienatio quando ab interna noxa capite vulneratis prouenit, lethalis est, vt Hipp. docet. 7. Aph. 14. In capitis, ait, ictu stupescentia, & desipientia malum. Idemque asserit libr. de vulneribus capitis. læsionem enim cerebri potentijs insitam esse, auspicandum tunc est. Prædictum autem symptoma anterioris cerebri partis vulneribus crebrius euenit, quippè qua, communis sensus, ac imaginationis potẽtiæ propriè domicilium habẽt, vt in anatome declarauimus. Syncope vel animi deliquium capite percussis non sine mortis suspicione occurrere solet, si sauciatus tali morbo corripi solitus non esset, & alia praua comitentur symptomata. Id enim malum ex putri aliqua materia cerebri membraneis, & ipsi cerebro officiente, attolli, & à corde ad cerebrum consensu quodam deferri, verisimile est. Veram autem causam doctus medicus tum solerti indagatione, tum crebra interrogatione perdiscet.

Mentis alienatio.

Syncope.

Solet etiam aliud pessimum symptoma interdum occurrere, vulnere præsertim propè coronalem suturam, vel inferiùs inflicto. Oculi enim à vulneris initio intumescunt, deinde prorsus detumescentes, iterum vndecimo, vel decimoquarto die inflantur. Idem etiam ominamur, quando prædictis diebus tumor incipit,

Oculorum varius tumor.

cipit, etsi non præcessisset. Nanque impartitur à cerebri membranis nocumentum oculorum tunicis, ab illis ortum habentibus.

Ex pulsu, & vrina quale præsagium sit.

Quod ex pulsu, & vrina præsagium aucupari non possit: ex neothericis nonnulli contendunt, inter quos Petrus Argelata, alioqui vir doctus, his verbis significauit: in fractura cranei non faciatis iudicium per pulsum, neq; per vrinam, quia multoties eritis decepti, sed signa verissima significantia mortem sunt hæc. Vulnerati percipiunt vnum pro alio, loquellam amittunt, partimq; non intelligunt, non audiunt, ac vulnus exsiccatur. Hæc ille.

Argelata reprehēditur.

Quod quidem vaticinium (parcat Argelata) mirari, imò ridere satis nequeo: cui non malè vulgare verbum illud conuenit, in nihilo multum sapere, propè mortuos enim iam sauciatos, morituros fore grandiloquus præsagit, cùm non sit, qui non videat, talibus correptos symptomatis, parùm à mortuis interesse. Quod verò ad pulsus, & vrinæ præsagiū pertinet, ego in ea sum sententia, vt non paruifacienda sit indicatio, quæ ab illis præstatur. Nam cùm deteriora sunt, si alia vrgeant symptomata, mortem prænunciant. Significant enim, radices suas, cor nempe, atq; hepar, malè affectas esse. At contrariò bonus pulsus, bonaq; vrina cùm alia discruciat symptomata, non salutis certa signa censentur, cùm possit adesse malum quod nondum ad longinquas cordis, & hepatis vias peruenerit, in vrinæ potissimū iudicio, quod in inferioribus ab hepate partibus: magis quàm superioribus approbari solet, vt doctores fatentur, idque Auicenæ consonat sententiæ. 10.3. tract. 4. capit. 9. vbi in pleuritico morbo vrina bona, si alia indicia mala sint, paruipenditur.

Vrinæ iudicium in ægritudinib⁹ ab hepate inferiorib⁹ magis quam superiorib⁹ approbatur.

De oculorum eminētia, tenebrositate, & rubore iam superiùs capitu. 5. de signis vulneratarum cerebri membranarum petractauimus. Sed aduertere oportet; prædicta symptomata hinc ægrotantis mortem ominari, cùm pertinacia sunt, & sine intermissione vexant. Verùm si remittantur, salutis spes manere solet.

Symptomata prædicta cùm continua sunt, mortē prædicunt secus si intermittentia sint.

Nunc in quodam prognostico à Guidone tradito immorandum paululum est, quòd Guidonis series non obscuram repugnantiam, & dubitationem continet. Amplius, inquit Guido, dicit Auic. 3. de plaga & incisione cutis capitis. cap. 14. & in vulneribus peruenientibus ad panniculum cerebri, accidit laxitas in latere vulneris, & pasmus in latere opposito, & subdit: & propter illud vult dicere Guillielmus, quod quando vulnus est in parte dextra paralyticatur sinistra, & econtrà, quia nerui qui veniūt ad partem dextram sunt radicaliter in sinistra, & econtrà, vt dicit. Considera si litera dicit hoc, & super hoc consule secundum de ægritudine, & symptomate. Hactenus Guido.

Resolutio in vulneris latere, & cōuulsio in latere opposito in quibus vulneribus capitis accidat.

Qui quidem mirum est, quàm in hoc textu cum medicinæ legibus, & inter se pugnantibus verbis vtatur. Nam primùm postquàm Auicenæ authoritatem. 1. 3. cap. 14. retulit, asseuerantis, in capitis vulneribus, cerebri mēbranam pertingentibus, latus è regione vulneris paralysi corripi, oppositumque conuelli, statim, quasi ad huius confirmationem, Gullielmum citat. lib. 2. capit. 1. Quo in loco, eius doctrina aduersissima est & Guidoni, & Auicenæ, cùm dicat: vulnere in dextra parte consistente, sinistram resolui, & econtrariò.

Triplex dubitatio ad Guidonis textum. Prima.

Secundò dū Guillielmi textū recitat, illius rationem illam esse ait, ꝙ nimirum crucis figuram inter se constituunt nerui. Inquit enim quia nerui, qui veniunt ad partem dextram, sunt radicaliter in sinistra, & econtrà. Qua quidem, nihil esse potest Medicinæ authoribus contrarius.

Secunda dubitatio.

Tertiò vbi Guillielmi sententiam in medium attulit, de veritate literæ dubitat, & nos

Tertia.

ad Galenum de ægritudine, & symptomate remittit, & tamen nemo dubitabit, & Guillielmi, & Galen. textum Guidoni innotuisse. Sed his ego trifariam satisfacio. Primò quod per ironiam Guido Guilielmi opinionē recitauerit. Neq; enim credendum est, eius sententiam de paralysi, & conuulsione, hoc, vel illo latere contingente, seriò attulisse, aut probasse cùm contraria procul dubio sit tũ Hipp. lib. de vulneribus capitis duobus in locis: tum Auicēnæ citato loco. Quo modo accipienda & ratio illa est de neruorum figura in crucis similitudinē, ne manifestè Guido aduersetur Galen. lib. 2. de differētijs morborum & causis symptomatum cap. 7. & 4. de locis affectis cap. 4. atq; etiam. 10. de vsu part. cap. 12. vt Guido dicat, & propter illud, idest, extra rem, & ex suo capite, dissonus à grauissimorum sententia, vult dicere Guillielmus, quòd quando vulnus &c. Aut secundò parciùs dicendum est Guidonem Auicennæ, & Guillielmi, sententiam pro eadem vsurpasse, quasi symptomatis substantiam, nō locum respexerit Guido. Vterq; enim. Doctor resolutionem, & conuulsionem ex capitis vulnere prouenire noluit, quãuis in latere, & situ contrarij sint. Aut tertiò, nec forsan inconcinnè dicere poteris, ꝙ subobscurè, ac sub verborum inuolucro Guillielmus à Guidone reprehendatur, ne doctissimi viri, quem & ipse vniuersali capite sui operis summis laudibus extulerat, errorem proderet, & ob id dixit: considera si litera dicit hoc, & super hoc consule secundum de ægritudine, & symptomate. Remittens, scilicet, nos ad ea loca, ex quibus Guillielmi lapsum luce clariùs videremus. Cæterùm symptomata hæc resolutionis, & conuulsionis, non solùm capitis vulnera ad cerebri vsq; membranam penetrantia, sed etiam omnem noxam mediatè, aut immediatè interiùs impartitam comitantur. Sed si quis circa symptomata hæc causam sciscitetur, cur latus è regione vulnẽris resolutione afficitur, oppositum verò cōuulsiōe, illa à Doctoribus redditur, ꝙ repletio ex vulneris affinitate proueniēs cerebri cōtractionē impedit, & sensorij, ac motiui spiritus ipsa repletione, ad mēbra lateris ipsius vulneris deferri ꝓhibētur, vnde ipsa nō contrahi, sed resolui necesse est. At in latere opposito, cùm materies non repletiōis vi, sed magis cōsensu quodam nocumentum deferat, fit, vt membra contrario lateri supposita, noxam fugientia, versus cerebrum contrahantur, & conuulsio nascatur. Illud tamen perpetuò meminisse oportet, quod licet Hippocratis, Auicenæ, communisque doctrina magna ex parte vera sit, Guilielmi tamen sententia possibilis est, quam & ego vsu euenisse iam vidi. Sed & conuulsionem solam citra resolutionem, & resolutionem sine conuulsione contingere scio, penes variam materierum, & corporum dispositionem, aliasq; causas. Sed ratio Guillielmi circa hunc euentum, scilicet, crutiatio neruorum est absurda. Duræ meningis denigratio quæ melle non tollitur mortem significat, inquit Guido, ex Pauli sententia lib. 6. cap. 90. Quæ trifariam contingit: aut ex atramento ad explorādam fracturam super cranei rimulam, vel ex quoppiam ~~alio linimento~~ super ossis fissuram illapso, ibiq; in atros grumos concreto, vel ex natiui caloris iuteritu, quo membrana ipsa corrumpitur, & nigrescit. Si primo modo nigredo contigerit, puro melle, quod Græci acratō dicunt, diluitur. Si secundo, post confectum pus sanguineis grumis in saniem conuersis, nigredo pariter abstergitur. quæ dum his modis euenit non lethalis necessariò iudicanda est. Sed si tertio modo consistat, mortem prędicit,

Marginal notes:
- Triplex responsio. Prima responsio.
- Secunda.
- Voluit.
- Tertia.
- Cur resolutio in latere vulneris, & conuulsio in opposito cō tingant.
- Guillielmi opinio aliquando verum tenet.
- Duræ meningis denigratio ex triplici causa.
- sanguine vel super duram membranam

dicit, cùm iam corruptione æger tentetur. De hac Auic. 5.4.tract.3.cap.1. de fractura cranei secutus Paulum loco citato, Inquit, quod si accidat siphac nigredo ex seipso, & peruenerit vsque ad oculum, præcipuè cum alijs signis malis, tūc oportet, vt desperes de salute huius infirmi. Quę quidem verba perscrutationem expostulant, vel enim nigrities illa in oculi ambitu (qualis in sugillatiōibus euenire solet) duntaxat apparet, & satis quidem ineptum esset credere, exteriorem eam nigritiem mortem præsagire, Auicennam intellexisse: quandoquidem ex paruula prope oculos, vel in parte illis correspondente, percusione, præsertim contusiua, facilè contingat, nigricantes suggillationes citra periculum attolli, vt assidua satis docet experientia. Vel de interna nigritie Auicen. intellexit, quæ à cerebri membranis consensu quodam vsq; ad oculum protendatur, Quia oculorum membranæ à cerebri meningibus ortum ducunt: & non minus absurdum hoc videtur. Nam si membranarū cerebri tam insignis corruptio esset, vt iam oculis interiùs impertiretur, nulla certè alia ad mortem spectanda indicia essent, & tamen illis opus esse fatetur Auic. Quinimò antequàm nigredine illa oculi obducerentur æger è vita discederet. Quare verba illa Auicennæ, scilicet, quod si accidat siphac nigredo ex se ipso & peruenerit vsque ad oculum, & cætera. Sic ego interpretor vt si nigredo non ex tinctura atramenti, vel linimenti, neque ex concreto sanguine, sed ex se ipso, idest, ex corruptione ipsius membranæ prouenerit, & peruenerit vsque ad oculum, non ipsius vulnerati, sed medici, hoc est, si viderit medicus apertè ex membranæ corruptione altam nigredinem, oboriri: læthalis censenda est. Quod clariùs intelligitur ex origine Pauli libro. 6. cap. 90. qui in hunc modum scribit, At si nigricies sua sponte prouenerit, idque in imo potissimū. &c. Nec incōsultò dixit, cū alijs malis indicijs: quia cū alia nō infestāt, interdū periculo euenit ęgrotantem euadere, vt iam ipsi vidimus. Simili ego interpretatione vtor ad alium Auicennæ locū. 10.3.tracta.4.cap.3. vbi de signis nō verę pleuresis agēs, inquit: & in nō vera existit subtus pectinē plātæ dolor. Nā quidā arbitrātur ob neruorū cōsensum, qui à pectoris partibus, ad manus volam, quam pectinis plantam ibi vocat, perducantur, dolorē in non vera pleuritide, ad ipsam volā deferri. Sed longè aliter interpretanda sunt verba illa, vt nimirū nō veræ pleuresis signū sit, quod applicata manu dolēti loco, statim dolor vrget. Quod ex Gale. depromptum est. 5. de locis affectis cap. 2. Sunt, inquit, nonnulli, qui presso extrinsecùs inflammato loco, dolere sese fatentur esset enim merum commētum dicere, in pleuritide, ad manus vsq; volam peruenire dolorem. Ad hanc etiā nostram interpretationem alludit Iacobus de partibus in Auicēnæ commentario. An autem melle, an verò alijs duræ meningis denigratio abstergenda sit, cū de curatione tractemus dicetur.

Dubitationes ad textum Auicennæ.

Auicennæ textus nouè declaratur.

Noua Auicennę declaratio.

Cranei fractura in plenilunio verenda est. In eo nanq;, cerebrum quòd humidissimum, & spongiforme, augescit, vt reliquæ aliæ medullæ, & humiditates. Luna enim humiditatis mater ab Astrologis dicitur. Sed de hoc inferiùs latiùs in quarto documento penetrātis vulneris.

Cranei fractura in plenilunio periculosa.

Carnis productio cùm apparet in vulnere, præsertim si rubicunda sit, salutis spes est. Nanq; generatio carnis naturæ opus est, sicut subtractio artis, vt ait Galen. 3. Meth. cap. 6. & oboriens caro virtutis robur. & ipsius corporis eucrasiam, siue bonam temperaturam demonstrat, & inde ocyssimam calli productionem

Caro rubicunda apparens salutis signum.

(quo dissidētia ossa glutinātur) pollicetur. Cũ em̃ res benè cedit, vbi florescere cœpit prima caro, ex illa callus cõsurgit, eiq́; innititur: qui dũ carũculã diploes. i. duplicati ossis, ꝑtingit, eiq́; adhęrescit, ꝑficit. Qđ animaduertẽs Cornel. lib. 8. c. 4. spẽ, inquit, certã faciũt mẽbrana mobilis, ac sui coloris caro increscẽs rubicunda.

Tumor paruus bonũ indicium.

Tumor paru⁹ nõ in capitis vulnerib⁹ solũ, sed in quolibet alio vulnere indiciũ bonũ ꝓhibetur naturæ em̃ virtutẽ indicat, & inter duo extrema, magni. s. & nulli⁹ timoris, mediũ seruat. Nãq; magn⁹ tumor ingẽtis inflãmatiõis signũ esse solet: nullus verò, moriẽtis hoĩs. Idq; est qđ ait Cels⁹ lib. 5. c. 26. versiculo đ rõne vict⁹, & notis vulnerũ: nimis intumescere vulnus periculosũ: nihil intumescere periculosissimũ: Illud, indiciũ est magnæ inflammatiõis hoc, emortui corporis. Qđ tu adde, accidere naturæ imbecillitate. Vñ Hipp. 5. Apho. 66. Si in vulneribus ait, fortibus, & prauis, tumor nõ appareat. ingẽs malũ.

Bona sanies bonũ signũ & quale pus optimũ sit.

Sanies bona, atq́; laudabilis in capitis vulnerib⁹ maximè probatur ab Hipp. in fine primi ꝓgnosticorũ, & Gale. in ei⁹ cõmẽtario, alijsq́; in locis, & Auic. 3. 4. tract. 1. c. 23. pus optimũ Hippocrati est, cãdidũ, æquale, lene, & q̃ minimè fœtidũ: albũ: qa qcqd in corp⁹ humanũ agit, natura parẽs radicalibus mẽbris simile reddere conatur, quę radicalia mẽbra, ex duob⁹ cãdidiorib⁹ veluti gñrationis primordijs cõstãt, & cũ succũ in corporis substãtiã debilitata vulnerata particula cõuertere nequit, albũ p⁹ saltẽ efficit: AEquale, & lene qa genuin⁹ dominatur tũc tpis calor, q in oĩb⁹ puris partib⁹ æquè operatur: Quã minimè fœtidũ, qa vt vehemẽs fœtor putrefactionẽ indicat, in q̃ extraneus imperat calor, sic cõtrà, nõ malè olere humoris benignitatẽ, cũ q̃ natiuus calor cõcurrit, ostẽdit: siquidẽ materiei alteratio triplex à Galen. 2. Aphor. 47. in cõm. alijsq́; plerisq́; in locis recẽsetur: Quædã à solo natiuo calore inducta, sicut in nutrimẽto q̃dã ab extraneo ꝓrs⁹, sicut in putrefactione: quædã ab vtroq́;, veluti in sanie laudabili, q̃ haud immeritô inter bona indicia cõnumeram⁹.

Tumor magnus apparens qui sine causa euanuit deterrimum signũ.

¶Deterrimũ aliud Guidoni signũ est, cũ magn⁹ apparẽs tumor citra vllã effatu dignã cãm, postea đlitescit. Esset aũt nõ insufficiẽs cã corꝑs euacuatio, sanguinis missio alui solutio, optimũ aliqđ discutiẽs medicamẽtũ tumori foris adhibitũ, vel aliqua admota scalpellatio, seu scarificatio. In quo Guido Hipp. imitatur. 5. Aphor. 65. dũ inqt: Quib⁹ tumores in vlcerib⁹ apparẽt, nõ cõuellũtur maximè, neq; insaniũt, & statim subdit: Verũ his euanescẽtibus de repẽte, qbusdã à tergo cõuulsiones & distẽsiões fiũt. Retractę em̃ retro materiei ad neruos, & illinc ad cerebrũ, eorũ principiũ, naturęq; imbecillitatis, quæ nequeat materiei resistere, argumẽtũ est. Vñ cõuulsio, & mors ꝓueniũt.

fractura. Tempus generandi calli in capitis vulneribus. Dubitatio.

¶In cranei fractũ trigintaquinq; dies porũ debilẽ & rarũ expectam⁹ ex Guidonis sentẽtia. Sed cur tã lõgã cõtrahit morã. Tenuis call⁹ iste capitis, cũ robustissimũ cubiti os ex Hipp. traditione tũ lib. de alimẽto, tũ đ fracturis, triginta dieb⁹ robustissimo callò mediãte ferruminetur, & iudicio meo in cã illa sũt.

Responsio.

Qđ cerebri medulla frigidissima, atq; humidissima subtus craneo est, teste Auic. 1. 1. doctr. 4. c. 2. Medulla verò brachij, aliorũq; ossiũ calida & humida iuxta Philosophi placita. 2. đ partib⁹ aĩmal. c. 7. ꝙ caluariæ ossa tenuia, cubiti robustiora sunt, ꝙ craneũ exigua carne vestitur, os brachij plurima. Accedit, qđ alimẽtũ, gñrãdi calli materies, vnicuiq; mẽbro secũdũ eius exigẽtiã imꝑtitur, vñ quo crassiore brachij os alimẽto nutritur, eo crassior call⁹ gñratur. Qđ in capite, cõtraria rõne, cõtrariò euenit. Ex quib⁹ oĩb⁹ fit, vt in brachio & robustior call⁹, & breuior ei⁹ or-

tus, ĩ capite verò, debilior, rarior, atq; tar-
dior cõparetur. Qđ nõ absq; magna natu
rę ꝓuidẽtia factũ est. Si enĩ fractũ brachij
os debili callo glutinaretur, imbecille ad
modũ ad motũ exercẽdũ, ꝑmaneret. At
in capite dẽsus, ac solidꝰ callꝰ trifariã lęde
ret. Nã sui duritie, totius corpis exalatio
nes impediret. Cerebrũ, atq; eius mẽbra-
nas in cõtinuo existẽtes motu, cõprime-
ret, & medicamẽtorũ virībꝰ, quæ foris ad
mouent, resisteret cũ ad interiora pene-
trarẽt. ¶ Cæterũ ꝓducẽdi calli tp̃s non æ-
què in oĩbꝰ p̃scribi põt. Citiꝰ enĩ pueris, &
adolescẽtibꝰ, sanguinea p̃sertim p̃ditis tẽ
peratura: At verò ex alio morbo cõuale-
scẽtibꝰ, vel frigidã incolẽtibꝰ regionẽ vel
tenuissima, dũ callꝰ ꝓducit, vtẽtibꝰ victus
rõne lõgè seriꝰ callꝰ cõficit. Quare Hipp.
lib. de alimẽto variã hãc ꝓductionem cal
li sentiẽs. Ossiũ (inquit) alimẽtũ ex cõfra
ctiõe, naso bis quinq;. i. decẽ diebꝰ maxil
læ, & clauiculæ, & costis duplicia. i. vigin
ti: Cubito triplicia. i. triginta. Tibię & bra
chio, q̃druplicia. i. q̃draginta, femori qn-
tuplicia. i. qnq̃ginta diebus, & si qđ in his
plus aut minus põt. Quibus verbis posteà
q̃ corpis effractarũ partiũ gñrãdi calli ter
minũ assignauit qbusdã rebꝰ tp̃s hoc vel
ꝓduci vel morari posse significauit, Idq;
apertiꝰ edocuit lib. de fracturis, vbi nullũ
certũ tp̃s p̃scribit, sed ait, multũ naturã à
natura, ætatẽ ab ætate differre. Sub quibꝰ
verbis dñæ alię q̃ calli terminũ mutãt, cõ
p̃hẽdi pñt. Vbi obiter aduerte. Virũ quen
dã alioq doctissimũ in expositione textꝰ
libri đ alimẽto Hipp. nuper citati đceptũ
admodũ in prima eius editione fuisse, cũ
dixit hũc Hipp. dignũ textũ nõ fuisse, hęc
scribens verba, Textus hic Hipp. nequaq̃
est, Absurdũ nãq; sibi videret̃ futuras de-
cẽ in naso esse, & subdit qđ si aliqs mihi
eũ exponat erit mihi magnꝰ Appollo dũ
modo cõsentanea rõni afferat secus enĩ
facilè est de q̃cũq; re delirare. Quã expo
sitionẽ ex verbis Hipp. li. de fracturis atq;
de articulis exaratã vt supra diximꝰ cũ pro
pria epistola ad ipsum misissem, scđm e-
ditionẽ sup eũdẽ librũ Hipp. edidit vbi in
nominato authore eandẽ sibi vẽdicauit,
oblitꝰ forsan textus Plinij in p̃fatione seu
ꝓœmio ad libros đ naturali Historia, vbi
sic inqt, Obnoxij ꝑfectò animi atq; inge
nij est ĩ furto apphẽdi malè q̃ mutuũ red
dere p̃sertim cũ sors fiat ex vsura. ¶ Nũc
circa prognosticorũ tractatũ opportunè
quærẽdũ est, qs sit iudiciorũ terminꝰ quã
tumuè tp̃s expectare debeamꝰ vt cũ fidu
cia medicꝰ dicere possit in portu securo
vulneratũ iã esse: & Guido varias in hoc
retulit opiniões, ait enĩ scđm Rogerium
ad cẽtũ dies vulnerũ capitis protẽdi peri
culũ, sed scđm iudices, ac legũ peritos ad
quadraginta, qđ vltimꝰ terminus acutarũ
ægritudinum sit, scđm verò quatuor ma
gistros, ad decimumquintum, q cõis ter
minꝰ est acutorũ morborũ. Quã in re de
tribus ego dubito: primũ cur tm̃ sit in p̃sa
giẽdo vulnerũ capitis periculo, inter do-
ctores dissidiũ. 2. cur acutorũ morborũ
modò quadragesimũ diẽ vltimũ esse ter
minũ, mõ verò decimũquintũ, cõmunẽ
terminũ earũdẽ ægritudinũ esse asseuera
uerit. 3. cur iudicum ac iurisperitorũ cẽsu
rã in re medica attulerit. Ad primũ dicẽ-
dũ, Rogeriũ, quatuorq; magistros, Vgo-
nẽ, Theodoricũ, Henricũ, Almanũ, iudi-
ces, ac iurisperitos in p̃sagiẽdo periculo
scđm varios tẽporũ suorũ capitis vulne-
rũ successus, variasse, quo, vel breuiùs, vel
seriꝰ è vita discessisse sauciatos viderunt,
siuè ætatis, siuè tẽperaturæ, siuè tp̃is, siue
victus, rõnis siuè regionis varietate, siue
mala curatiõe id accidisset. Nã vt quisq;
vsu euenisse vidit, monumentis suis scri-
ptũ reliquit. Ad. 2. Rñdendũ est, vtrũque
terminũ, & q̃draginta, & qndecim dierũ,
penes variũ successũ, in acutis morbis cõ
siderari posse. Nãq; acuti morbi duplex
est terminatio, vt ex Gal. 2. de diebus de-
cretorijs. c. 12. colligit: altera ipsiꝰ exacti,

Callus in capitis vulneribus nõ æquè in omnibus producitur.

Hipp. declaratur.

Secundam

Variæ opiniones circa prognosticorum terminum.

Triplex dubitatio ad Guidonis textum.

Secunda.

Tertia.

Respõsio ad primum.

Responsio ad. 2.

Duplex terminatio acuti morbi.

& ſimpliciter acuti, ipſo ſic manẽte acu-
to, quæ intra q̃tuordecim dies fit. De qua
Hipp. 2. Aph. 23. Acutæ (ait) ægritudines
q̃tuordecim diebus iudicant̃: altera verò
(ipſo nõ permanẽte acuto) quẽ morbum
tropicũ, ſeu cõuerſiuũ ex decidentia me
dici appellauêre: & hæc quadraginta die
bꝰ cõficit̃. Qđ Gal. in cõm. p̃dicti Aph. &
latiꝰ dict. c. 12. optimè declarauit. Exẽplo
eſt exq̃ſita pleureſis, quæ duplicẽ habet
terminationẽ: alterã, dũ acuta manet, & ĩ
q̃tuordecim diebꝰ terminat̃: alterã lõgio
rẽ, cũ in empyema, ſiue peripneumoniã
mutat̃: quæ mutatio intra q̃draginta dies
efficit̃, aut in ſexaginta, qñ ĩ ptiſim cõuer
tit̃. Quẽ terminũ nõ ex quatuordecim de
cretorijs diebꝰ, implẽtibꝰ quadrageſimũ,
cõſtare credas: vt qdã malè arbitrabant̃.
Quos rep̃hẽdit Gal. dict. c. 12. de diebꝰ de
cretorijs lib. 2. Ergo, qđ Guido noſter in-
qt, đcimũquintũ die acutis morbis cõem
terminũ eſſe, ad morbũ ſimpliciter acutũ
qui acutꝰ manet, referẽdú eſt. Qđ verò de
quadrageſimo vltimo termino inqt, đ cõ
uerſiuo ex decidẽtia intelligi debet: ſicq;
nullã continet Guido repugnãtiã, & hoc
mõ Gal. in cõm. p̃fati Aph. & 2. De diebꝰ
decretorijs. c. 12. conciliãs Hipp. variã ap
parentẽ ſñiam. Qui in pronoſticis acutos
morbos in q̃draginta diebꝰ terminari in-
qt. ſ. pronoſtico. 28. verũ. 2. Aph. in q̃tuor
decim. Qđ ſi dixeris, de decimoquarto
nullũ apud Guidonẽ verbũ eſſe, ſed de de
cimoqnto, rñdebo, in antiquioribꝰ, & e-
mẽdatioribꝰ Guidonis codicibꝰ, nõ deci-
mũquintũ diẽ, ſed decimũquartũ legi, vt
ex ipſo Guidone vniuerſali capite vulne
rũ colligit̃. Sed ſtãte (quę vulgo circũfert̃)
litera, quæ decimũquintũ habet, parũ re-
ferre, decimꝰ quartꝰ, an decimusquintꝰ le
gat̃: vt ẽm virtute forti criſis ſępe decimũ
quintũ diẽ vix attingit: ſed in fine decimi (quartum)
tertij fit, quale in capitis vulneribus cõtin
git, ſic virtute imbecilla, ad decimiquinti
principiũ ptẽdit̃. ¶ Tertiò dubi. illã habet (Reſpõſio ad Tertium.)

rñſionẽ, ꝙ cũ iuris prudẽtia ex morali, at
q; etiã naturali Philoſophia pmanauerit,
qua antiqui iuriſcõſulti mirè ſcaturiebãt,
haud immeritò, ad vulnerũ p̃ſagiũ, illorũ
vtit̃ authoritate Guido. Vel ea rõne illo-
rũ meminit, ꝙ cũ hmõi cãæ apud iuriſpe
ritos contrauerterent̃, & capite vulnera-
tos quadrageſimo die è vita diſcedere ſæ
pè probaret̃, ſalutis vel mortis in capitis
vulneribus illũ eſſe terminũ, ſcriptũ reli
querunt. Vnde Angel. Peruſi. in. l. vnica. (Iuriperitorum opinio circa iudiciorum terminũ in vulneribus capitis.)
C. de emendatione ſeruorũ, & Auguſti.
Ariminẽſis in additionibus ad Angel. in
tract. malefic. in verbo, Et ex interuallo.
col. 2. & nouiter Carrerꝰ alios referẽs in
practica cauſarũ criminaliũ. §. homicidiũ
pag. 471. num. 324. atq; nouiſsimè AEgi
dius Boſſꝰ in practica criminali tit. de ho
micidio. fol. 159. num. 115. vulnerũ capi-
tis periculũ ad quadrageſimũ diẽ protẽdi
tradidere. Quanuis ex dictis doctoribus
multi totã hãc rẽ medicis tãdẽ relinquẽ-
dã cenſent: vt tradit Couar. in Clemen. ſi
furio. 2. part. §. 2. num. 9. de homicidio: ſic
q; & medici iuriſperitos, & ipſi medicos
allegãt, & nominatim Guidonem nr̃um
tract. 3. c. 1. de vulneribus, & ſolutione cõ
tinuitatis refert Boerius deciſione. 323.
Ergo mirũ nõ eſt, ſi in re medica iuriſcõ-
ſultos attulerit Guido. ¶ Sed cur Rogerꝰ (Rogerij opinio defenditur.)
vulnerũ capitis periculũ ad cẽtũ dies pro
trahit, & certè nõ ſine rõne, cũ interdũ lõ
giꝰ tẽpus excedat, & ad octo mẽſes mor-
tuã fuiſſe vulneratã mulierẽ, ex facto ac-
cidiſſe referat text. in ca. 2. de clerico per
cuſſore, vbi Abbas ait, ad iudicandũ ſi de
ceſſerit vulneratus ex vulnere, nec ne, cu
rãdũ nõ eſſe tẽpus, ſed ſolũ an poſt illatũ
vulnꝰ ſemper à malo in deterius propera
uerit. Cuius opinionẽ pbat Hipp. de Mar
ſil. in lege ſi in rixa num. 57. digeſtis ad le
gẽ Cornel. de ſicarijs, cõtra gloſſam in di
cta lege. 1. de emẽdatione ſeruorũ, quę in
triduo vulneris periculũ coarctauit, dũ in
quit: Surgẽte infirmo, & poſt triduũ bacu
lo in-

lo incumbendo ambulante, non vulneris periculo, sed excessui ab ægrotante commisso, mortem tribuendam esse, & ita, inquit, distingui in lege Mosaica exodi capit. 21. cuius sententia iure optimo non admissa est. Quis enim tam lethali vulnere percussus iacet, vt post triduũ, baculo innitens aliquantulũ ambulare nequeat? Neque obstat exodi. 21. nam ibi nulla de triduo mentio fit, sed solùm dicitur, si surrexerit, & ambulauerit foras super baculum, quod post longum temporis interuallum intelligendum est. Ego autem mea tempestate, modò ad decimumquintum, modò ad quadragesimum, semel ad septuagesimum, capite vulneratos discessisse vidi, & apud Madritum in curia Caroli. 5. Imperatoris maximi, Commẽdatarius Solis à Garsia Carabaialo capite percussus, prope centesimũ ferè diem naturæ concessit, & occisor capite punitus est.

Aduerte.

C A P. X.

De capitis vulneribus ab incidente telo lateralibus partibus inflictis, & an ipsis competat sutura, demum de curatione.



T à leuioribus sermonem exordiamur, de capitis vulneribus, quæ ab incidente telo lateralibus capitis partibus infliguntur disseramus. Nanq; vulnera hæc (vt in superiori diuisione etiã admonuimus) aut in summo capite, aut in eius lateribus consistunt. De prima parte posteà tractaturi sumus. Quod verò ad lateralia vulnera pertinet primo limine sese offert dubitatio: in his ne vulneribus sutura conueniens sit. Et non conuenire. 1. suadebat vulgaris receptissima, & quæ inter quàm plures non solũ rudes, & Medicinæ ignaros, sed etiam Medicos inualuit opinio, existimantium, in capitis vulneribus minimè admouendam esse suturam & Philosopho teste. 7. ethicorum cap. 13. popularis fama non prorsus vana est. Præterea si carnem consueremus, quo pacto incisum periostium emundaretur? Cui, quia à dura membrana per caluariæ commissuras ortum ducit, facilè nocumentum communicaretur. Sed contraria sententia & longè verior, & receptior est: cui prædicta argumenta non obsunt. Nam primùm, quod de vulgari opinione non prorsus vana, dicitur, non negamus: neq; enim omnino vanum est dicere, in capitis vulneribus non conuenire suturam, cùm in summo capite non suenda vulnera, sed perforatione in eis vtendum sit, cùm apta saniei effluxione careant. Secundùm de periostei purgatione non procedit: quia, etsi scissum sit, & sutura tectum, desiccatione, & vnione, magis quam emundatione eget. Neque in hac re paradoxus ego sum: sententia enim ista veteres habet authores, nempe Galenum sexto. Methodi in fine, dum inquit. Quòd si nulla ex superiacentibus partibus sanies intrò conflueret, superfluum esset, os eximere, & apertius. 2. de compositione medicamentorum secundum locos etiam ex mente Archigenis, vbi sine exceptione vulnera, & cum cranei fractura consui iubet, quod est fortius & Auicennã. 5. 4. cap. de fractura cranei, Aetium. 14. sermone cap. 26. Guidonem tribus distinctis locis, & Nicolum Florentinum sermone. 7. cap. de fractura cranei. Serapionem cap. 12. suæ practicæ de cura sodæ ex percusione: Lanfrancum, Henricum, Dinum Florentinum in cõmen. Auicen. citato loco, & Guiliel. de Saliceto. Sed & id sensisse vr Hipp. sæpe citato lib. De vulneri. capitis, vbi in frontẽ, & capillorũ expertibus locis vulnera

Dubitatio an in vulneribus capitis competat sutura, & quando.

conſtringi præcipit. Quos recẽtiorũ turba quaſi fœdere percuſſo inſequitur: & eſt non ſolù Hiſpaniæ, ſed exterarũ nationũ inſignium chirurgorũ praxis receptiſſimâ, vt ſedula indagatione certò ſcio qđ non in ſummo capite, cũ terebratio potiùs cõuenit, vt ſuprà dixi, ſed in lateralib⁹ partib⁹, ab incidẽte nõ cõtundẽte telo, factis quæ puris expulſioni aptæ ſunt, obſeruãdũ eſt.

Apta figura ad puris expulſionem, plurimũ valet.

Etenim expulſioni apta figura plurimũ in vulnerib⁹ faceſsit negotiũ, vſq; adeò vt Paul. lib. 6. c. 90. ſcribat, in occipitiali parte, loco, ſcilicet, ad pus expellendũ accommodo, cũ fractura cranei penetrante vulneratũ poſt annũ quàm vulnus accepiſſet propter aptũ emiſſarium ſeruatũ fuiſſe. In capite autem præter cõmunem, quã vulgò vtimur, & acu perficitur: alia eſt fibularũ vel triangularium lintheorũ ſutura quã vulgares antiqui medici plumacellorũ vocabant: alia etiã, quam ego excogitaui cùm prolixis capillis Hiſpaniæ vteremur: nã pertuſo vulneris ambitu, capilli, inſtar funiculi contorti, ita vtrinq; connectuntur, & nodantur, vt vulneris oræ acſi conſutæ eſſent, cohæreant. Quã ſuturam illis moliri ſolebant, qui cõmunem formidabant.

Fibularũ ſutura.

Noua ſutura, quæ capillis nodatis molitur.

Ideò aũt contuſo vulneri capitis vt plurimũ ſuturam non admouemus: quia cum contuſum omne in ſaniẽ conuerti neceſſum ſit, iuxta Hippo. lib. de vulneribus capitis, & Galen. 4. Meth. cap. 5. facilè putredo per caluariæ ſuturas, vel cranei rimulã ad interiora illaberetur: prohibẽte nimirum ſutura puris expulſionem.

Contuſo vulneri non cõpetit ſutura vt patet.

Laterale aũt inciſum vulnus diſtinctionẽ recipit. Nam aut ſecundum rectitudinẽ, ſeu longitudinẽ contingit, aut per trãſuerſum, primo caſu ſutura ſine diſcrimine quadrat, ſiue inciſum craneũ prorſus, ſiue nõ inciſum ſit: quæ ſutura abſterſo priùs vulnere, & oſsis fragmẽtulis, ſiqua habẽt, & ex facili remoueri poſſunt, expulſis, adaptari debet. 2. caſu, ſi incute, & carne ſegmentũ ſit, ideſt, abſciſſa pẽdeant, quãuis craneũ inciſum ſit, ſutura facienda eſt: ſi veró hæc non pendeãt, ſed telum ad inferiorem partem cauitatem fecerit, tunc ad ſanum locũ apertione facta, ibidemq; indito linamento, ſuperius vulnus tutò conſui poterit, cùm apertione illa puris expulſioni locus datus ſit: modò memineris, vt ſi os abſciſſum ſuperſit, quod facilè remoueri queat, ante ſuturam expellas: linamentum verò, ita affabrè fiat, vt vulneris oſculum minimè occludat, ſed expellendo puri via pateat. At ſi cum cute, & carne inciſum os pendeat, ſi remotu non difficile ſit, remouendum ſubtiliter à te erit, potiſsimùm ſi ex ſecunda lamĩna ſit, deinde ampliorẽ ad partem ſanam decliuiori loco apertionem facies, ac immiſſo ibidem linamento, ſuperius vulnus conſues, aliquantulumq; in nouo à te facto vulnere pus mouebis, poſtea ad eius emundationem, & exſiccatiõem properabis, maxima adhibita cura, vt ligamenta vulnus minimè comprimant, ne cerebri membranæ cranei orbatæ tegmento, irritentur. Si verò os remoueri nequeat, prædicta apertione facta, linamentum ingenioſè conſtructum immittito, atq; vulnus conſuito.

Diſcrimen ſeruandum in laterali vulnere quo ad ſuturam.

Sed etſi regulare ſit in ſummo capite, & in contuſo vulnere minimè conuenire ſuturam, euenire tamen poterit caſus, qui & mihi iam vſu contigit, in quo concurrentibus his, ſuendum ſit: vt ſi ex ingenti caſu tam inſigne vulnus contuſum fiat, vt tota carnoſa mẽbrana, atq; perioſtium à maxima capitis parte auulſa, & ſeparata ſurſum eleuentur, hoc caſu admoui ſuturam, non glutinatricem, nec quæ ſanguinis profluuium ſiſteret, ſed laxam, & vulneris orarum ad tempus ſeruatricem. Quam Guido tractatu tertio. capitulo vniuerſali, contuſis, & dilaceratis vulneribus deſcripſit. Cuius ſuturæ inten-

Caſus particularis in quo vulneri contuſo ſutura competit, & quæ.

intentum est, impedire ne extranei aeris offensa, & natiui caloris, atque spirituum exhalatione, tota illa separata pars corrũpatur. Laxior autẽ alijs ideò sutura hæc fieri debet, quia cùm prima intentione vulnus hoc contusum glutinari nequeat, sed in saniem contusio priùs vertẽda sit, si constringens sutura esset, aut puris effluxione rumperetur, aut eius expulsionem impediret. Sunt tamen hoc casu de cliuioribus partibus scissuræ faciẽdæ quò vulnus inditis ibi linamẽtis purgari commodè valeat.

Curatio lateralis vulneris post admotam suturam.

Post admotam suturam, statim terebinthinam in panno extensam vulneri adaptabis, desuper stupam agitato oui albumine infusam: & si sanguinis profluuium accidat, amplo exposca madefacto panno caput obuoluatur: sequentibus verò curationibus bona, atque tenui adhibita victus ratione, factaq; conuenienti vniuersali corporis euacuatione, & extremitatum frictiõibus, & deligationibus quò & materies à capite reuellatur, & inflammatio arceatur stiptico vino abluendum vulnus est, deinde aureo Guido. vnguento olei experte, vel cõpiam alio illiniendum: vulneris verò ambitus rosaceo calido fouendus, & oui albumine, cùm rosaceo, vel medicamẽto ex Omphacino rosaceo, boli Armenici, & sandali puluere cum pauca cera commixtis perungẽdus est. Temporis autẽ quo rescindere puncta oporteat, certa regula tradi non potest: alteris enim citiùs, alteris seriùs secũdũ vulneris variã glutinationẽ, resecant. Post septimum verò, glutinãtibus medicamẽtis, ac stiptico vino, & alijs lateralibus his vulneribus satis accõmodis (quæ in antidotario latè describentur) vtendũ est. Sed meminisse oportet, in plagis his, vbi per suturam curationem molimur, si dolor, & symptomata cessent, quantò rariùs iterabũtur, tantò maturiùs ægrotantem ad sanitatem peruenturum. Imo Nicolus Florent. serm. 7. cap. De vulner. capitis, prædictis concurrentibus post suturam, vsque ad vulneris glutinationẽ, non iterari curationẽ præcipit. Nanq; vbi de glutinando vulnere agitur, irridenda vulgaris opinio est. Quæ sine delectu, pro lege obseruat: triduo à vulneratione, & in vere bis, in hyeme semel vulnus curari oportere. De quo errore. 2. lib. De vulneribus neruorũ latiùs agemus: si verò oboriantur symptomata, quæ primariã hanc (quæ sutura comparatur) intentionẽ impediant, facilè erit suturã disrumpere, & aliam intentionẽ aggredi, quæ alijs vulneribus accommodat. Meminisse aũt debemus quãuis vulnera, quæ in temporibus consistunt periculosa admodũ censeantur, vt Gal. de vsu partium lib. 11. capit. 3. ex Hippocr. authoritate eleganter docet: nihil tamen inter illa, & reliqua lateralia vulnera, quod ad suturam, & curationem pertinet, interesse: in eis enim suturam rectè adaptamus. Nam licet incisum os esse contingat, à perforãtibus ferramentis, quibus in summo capite egemus, cauendum nobis est. Cùm temporalia hæc vulnera ad expellendum pus aptissimum emissarium habeant, illa verò, quæ in altiori loco facta sunt, emissario careant. Accedit loci, & musculorũ, ac neruorum nobilium præstantia, & incessus, maximaque sensus, quo prædi ti sunt acrimonia. Quare Gale. 6. Methodi cap. 6. Temporum vulnera perforare nõ ausum fuisse ingenuè fatetur. ¶ Cæterũ si laterale vulnus per transuersum, & cũ cutis carnis, atq; vtriusq; ossis laminæ insigni abolitione, seu perditione infligantur, vt cerebri dura membrana detecta prorsus maneat, suturã admouere, deliramentũ esset, cùm tũc tẽporis partes quæ cõmitti sutura debuissent minimè extẽt: sed tota tunc curatio conuertenda est,

Temporum vulnera quãuis periculosa valde nõ differũt quo ad curationem à cæteris lateralibus, & in eis ab ossis perforatiõe cauendum.

Obseruatio quo ad curationis iterationem.

Vulnus laterale per trãsuersum, & cum substantiæ perditione quomodo curandũ.

 ad ex-

ad extranei aeris auersione, & natiui caloris conseruatione, atque tenuioris victus rationem adhibendam. Debet præterea vulneratus in obscuro loco, & cum summo silentio esse, nec inter initia supra vulnus decumbere, ne cerebri membranæ, ipsumque cerebrũ comprimant, eademque ratione linamẽta, quæ vulneri admouentur blandissima sunto, non simplici oui albumine, sed vitello commixto illita, vt dolorem mitigent, & aliquantulũ puris concitent. ¶ Conueniet etiam, quò cerebri membranæ melius tueantur, neue ipsis ligamenta incumbant, cucurbitulæ frustum multis, crebrisque foraminibus terebratam vulneri adaptare. De cuius applicatione authoribusque, atque de huius vulneris cum substantiæ perditione, ossisque insigni abolitione curandi methodo, postea latius, annuente Deo, differemus. Hæc de lateralibus vulneratis capitis partibus dixisse sufficiat. De his autem quæ altioribus locis inferuntur, sequentibus capitibus tractabimus.

Cucurbitula terebrata vulneri cum substãtiæ perditione applicanda est.

CAP. XI.

De Vulnere in summo capite cum periostei incisione ab incidente telo, de eiusq; curatione.

Capitis vulnus omne periculosũ, sed magis ĩ summo capite.

I Capitis qualiacunq; vulnera, cute tantũ scissa, contemnẽda non sunt ex Hippo. sententia lib. De vulneribus capitis, multò magis in summo capite, cùm ibi præter ossis, & carnis tenuitatem, duo maximi momenti versentur, quæ mortis causa sæpè sunt: Alterum, ad expellendã materiã inepta figura. Quam Gal. 6. Meth. c. 6. haud immeritò magni fecit. Retento enim interius pure pericraneum erodi, & erosione, siue aliqua resudatione, aut puris vaporatione, duræ cerebri meningi, à qua externa cranei membrana exoritur, noxam communem fieri necesse est: alterum, detecti istius neruosi panniculi, nimioque sensu præditi contactus. Nam dum ferramentis à chirurgo pertractatur, ipsa grauia symptomata, quæ vulnera ipsius duræ cerebri membranæ comitari solent, ratione originis proritantur, vt Auenzoar lib. 1. tracta. 2. sui theisir aduertit, Hippocratem prædicto libro imitatus. Vnde Cornelius sæpè citato lib. 8. cap. 4. & Aetius serm. 14. capit. 26. huiusmodi pericranei racti, ne dum incisi, vulnera metuenda, & sæpè lethalia esse testantur. Quos & recentiores omnes in se cuti sunt, quod fortiori ratione in summo capite, vbi longitudinalis sutura consistit, quæ immediatius pericraneũ cum dura membra connectit, procedet. Namque incisione, aut retento pure laxata sutura, & circumambientia ossa non sine magno periculo laxabũtur, auctore Hippo. citato libro, & ibi ait: Cùm autem os telo, ictúue denudatum est, vulnusque in suturis ipsis sit, perniciosum est. Ergo non est prudentis, nec sui compos est chirurgi sine vllo delectu, in capitis vulneribus salutẽ statim polliceri, & de ægrotantis incolumitate temerè iudicare. Quod vitium, multi ex nostratibus hodie non sine honoris sui iactura committũt, quos certè mirari satis ego nequeo; qui paruula vulnera, quorum interna noxa nos sæpius latet, magis quàm magna vereor. Nam magna ipsa se nimis apud Chirurgum commendant, & sui presagium cautè, vel incautè vulneratus eiusque consanguinei, atque amici timent, nec transuersum, quod aiunt, vnguem, à medici præscriptis deuiant: paruula verò, & intuitu leuia, ancipitẽ, atq; anxium medicũ tenent, præsertim cùm mala vulnerum

In capitis vulnere nõ temerè à chirurgo salus pollicenda.

capitis

capitis nō statim pateat, vt Hipp. ꝓdicto libro inqt. Sauciatus, & reliqui, vulnus & curationē negligūt, vt creberrimo quidē experimēto, nō absq; graui, atq; miserabili multorū vulneratorū iactura, cōpertū habeo. Quare Cornel. li. 5. c. 26. optime medico suadet, ne qd̄ per se exiguum est malū, curātis negligētia maius fiat. Qd̄ si capitis oīa vulnera parui pendenda non sunt, multò magis illa q̄ vertici inferunt̄, vereri debes: tum ob prædictas cās: tum qa & tenuissimū, & infirmissimū os verticis est, cerebriq; plurimū hoc loco subest, vt oēs fatentur, & anatome apertè demonstrat. ¶ Curationē ergo, quæ horum vulnerū ꝓpria est, iam aggrediamur. Sed hæc distinctionē recipit. Nā alia curatio stricto vulneri, alia amplo conuenit, & si strictū vulnus sit, scire oportet, scd̄m rectitudinē, an per trāsuersum: & in lōgitudinali, seu sagittali, an verò in coronali sutura consistat. Vulnus igit̄ strictū ampliatiōe eget, hoc obseruato, ꝙ si scd̄m rectitudinē, & longitudinalē tetigerit suturā, rasorio ad vnū, vel alterū lat⁹ apertio aptè ad expellendā saniē, figuræ, q̄ crucis effigiē nō referat, vt multis chirurgis in vsu esse solet, ne suturæ neruiculi ꝓscindant̄: sed aduersus vnū latus ad hūc modū. T. moliat̄: ita vt apertiōis supremā lineā vulnus ipsum constituat, alterā verò rasoriū efficiat. Si verò per trāsuersum, ex vtroq; latere vulnus dilatandū est: at si coronali suturæ arctū hoc vulnus insederit, scd̄m rectitudinē versus os frontis decliuis sectio fiet. Sed qa ex Guid. snīa tract. 1. c. de anatome ossiū capitis, & aliorū lōgitudinalis sutura frontis ossa diuidens vsq; ad supercilia ꝑsertim in mulieribus interdū ꝓtendit̄, & ipse periculo vidi, quā parū attendētes chirurgi, cranei fracturā esse arbitrant̄, si talis sutura, q̄ specillo facilè explorat̄ (nā labit̄ magis in sutura q̄ in cranei rimula) appareat, tunc apertio obliqua, & decliuis inter vtrāq; suturā, q̄ neutrā attingat, admouēda est. Neq; em̄ vbi maius periculū fugimus cōsiderāda est fibrarū musculorū rectitudo. In amplo verò, & qd̄ satis patet, vulnere, apertiōe op⁹ non est. Sed in hoc, & in eo qd̄ amplificauim⁹, si sanguinis ꝓfluxio vrserit, linamēta oui cādido illita, quo sanguis si stat̄, statim applicāda sunt. Si verò nō vrserit licebit albumine vitellū cōmiscere. Vt em̄ albumen oui, authore Gale. 11. de simplici medicina, triplicē sortit̄ virtutem, sanguinē. s. sistēdi, dolorē mitigādi, atq; inflāmationē coercēdi, sic vitellus, qa anodynus, puris cōcoctioni quā in his vulnerib⁹ desideram⁹, accōmodat̄. Capite vt decet, deligato, curatio ꝓut symptomata, vel adfuerint, vel defuerint, maturi⁹, aut seri⁹ iterāda est. Si em̄ symptomata non infestauerint, ad triduū differēda erit, tū vt humorū conquiescat ebullitio, tum etiā, vt pus confici valeat. Sed interim vena secanda est, & extremitatū frictiōes, ac dolorificę deligatiōes reuulsiōis grā moliēdæ. Qd̄ vltimum suadet Gal. 13. Meth. c. 6. Oportet etiā syrupū rosaceū cum aqua intybi manè & serò vulnerato exhiberi quò sanguis, atq; bilis ad sauciatā particulā tēperatiores, & crassiores cōfluāt. Nāq; scd̄m Gal. 4. Meth. c. 1. sanguis q̄ ad vulnus defluit, & bonus, & tēperatus, & quantitate mediocris esse debet. Adhæc si interea tp̄is modicus sanguis effluxerit cohibendus nō est. Qui em̄ modicus est inflāmationē arcet, vt docet Hipp. lib. de vulner. capitis. Cæterum si vel dolor, vel tumor, vel febris, aut insigne sanguinis ꝓfluuiū ægrotantē distorserint, triduū expectare nō licet. In 2. verò curatiōe posteaq̄ vulnus optimè absterseris, vel gossipio, vel linamētis, vel mollissima spōgia: vt Hippo. citato lib. ꝓcipit, quē secut⁹ est Paulus lib. 6. c. 50. linamentis vitello oui, & oleo rosaceo simul agitatis, intinctis implendum est, fouendusque vulneris ambitus rosaceo, & lumbricorū commixtis oleis impo-

Vulneris in summo capite varia secundum varium vulnus curatio, & reseratio.

Aduersio circa reserationem.

Vitelli, & albuminis oui virtus.

Curatio quādo iterāda.

Venæ sectio & extremitatū frictiones, & deligationes cōferunt.

Modic⁹ sanguis non est cohibēdus.

Defensiuũ quale esse debeat.

impoſito deſuper medicamẽto, quod de
fenſiuũ vocãt ad fluxionẽ, & inflãmatio
nẽ impediendũ, cui in ſiccis tẽperaturis
modicũ terebinthinæ cõmiſceri, vt parti

Oleũ ex ouorum vitellis.

culæ natura adſeruet̃ operæpretiũ erit, &
ſi dolor inſtiterit, oleo ex ouorũ vitellis
vulnus foueri cõuenit. Qđ mirè cõmen
dat Auenzoar li. 1. tract. 2. ſui theiſir. Sed
de his medicamẽtis latiùs in antidotario.

Deligatura duorum capitum.

Deligatura aũt qua vinciendũ caput eſt,
duorũ initiorũ, ſeu capitũ eſto: de q̃ me-
minit Hippo. lib. de his q̃ in medicatrina
fiũt. & Gal. li. 3. Meth. c. 4. & vterq; pleriſ
que ĩ locis. Auic. etiã Fen. 4. 4. tract. 1. c. 8.
& Guido tract. 3. c. de ligaturis capitis. de
q̃ ligatura cũ alijs in libello quẽ de ligatu
ris ſcripſi, ſermo erit. Oportebit etiam, vt

Pileus agnina pelle.

vulneratus pileũ ex agnina pelle p̃ſertim
hyemali tpe, ad capitis tegmentũ geſtet.

Decubitus qualis.

Decubit⁹, principio erit ſupra lat⁹ vulneri
oppoſitũ ſanie verò cõfecta, ſupra lat⁹ vul
neris, hoc, vt pus liberiùs effluat, illud, vt
dolor minimè ꝓritetur, q curatiõis tenor
vſq; dũ ſanies ꝓcreari incipiat, obſeruari
debet: poſtea verò ab oĩ oleorũ intra vul
nus infuſione ꝓrſus abſtinẽdũ, ſed emun
dãtib⁹, & ſiccis medicamẽtis vtendũ. Ne
que eñ in capitis vulnerib⁹ oleo vtimur,
vt affect⁹ remedio, ſed ſymptomatis. Sed
quo pacto hoc intelligẽdũ ſit, & an oleũ
cõueniat in capitis vulnerib⁹ ſequẽti capi
te diſputabimus. Vltimò ad exſiccationẽ
& cicatricis inductionẽ ꝓperandũ. Medi
camẽta aũt qb⁹ hæc cõparẽtur, & quæ ad
vulneris vſq; p̃fectã curationẽ expediãt,
in antidotario abũdè ſatis reperies. De vi
ctus rõne, ac de alijs ſanguinis miſsiõib⁹
q̃ p̃ter eã q̃ principiò fit, faciẽda eſt, deq;
pharmaci exhibitione, capite de fractura
penetranti in vertice capitis, diſſerimus.

C A P. XII.

An olei, & digeſtiui (quod vocant) medicamenti, in capitis, aut alijs vulneribus, ſecurus vſus ſit?



VIA de oleis, & digeſtiuo, ad
capitis vuln⁹, mentio à me ſupe
riori capite facta eſt, non malè
hic diſputabitur, an in vulnerib⁹ capitis:
Imo qbuſlibet alijs, oleo, & digeſtiuo ſe-
curè vti liceat. Et nõ licere p̃ſertim in de

Oleum, & digeſtiuum an capitis, & alijs vulneribus conueniat.

tecta cerebri mẽbrana, ſuadere vr̃ Gal. 3.
Meth. c. 2. ꝙ hmõi oleoſa, ac emollientia
medicamẽta putrefactionẽ cauis vulneri
bus inducãt, & malè olentia reddãt, qua-
re aduerſiſsima omnium medicamento
rum eſſe teſtatur. Idem probat Galen. 4.
Meth. c. 1. dum admonet, ne quid inter
vulneris glutinandas oras veluti oleum
interſit. Et. 6. Meth. ca. 6. mox inquit, &
ad finem vſque, ſiccis medicamẽtis (quæ
Græci cephalica. i. capitalia vocant) erit
vtendum. Et ad finem eiuſdem capitis
aſſerit, tutiorẽ eſſe curatiõis viã q̃ exſiccã
tibus, q̃ quę leniẽtib⁹ adimplet̃. Auic. etiã
3. 4. tract. 1. c. 15. de Eſtiomeno, vſq; adeò
oleũ vetat, vt inter cãs putrefactiõis mẽ-
bri illius ꝓfuſionẽ in cauis vlcerib⁹, cõnu
merauerit. Adhęc, qđ ad roſaceũ oleũ ad

Roſaceum cuius temperaturæ.

cerebri mẽbranã, ꝑtinet, q̃uis primi gra-
dus ſiccitatis particeps ſit, reſpectu tñ ſic-
citatis q̃ duræ cerebri mẽbranæ particu-
læ. ſ. neruoſæ, & ſiccæ debet̃: humens red
dit̃. Sicciora eñ ſcđm naturã, ſiccioribus
indigẽt medicamẽtis, ex Gal. 3. artis Me
dicinalis. c. de ſolutiõe cõtinuitatis. Quo
etiã loco oleũ noĩatim vetuit. In contra-

Contraria sententia

riã tñ ſnĩam ire, & rõ, & grauiſsimorũ au
thoritas cogit. Et vt à roſaceo exordiar
optimè facere ad capitis vuln⁹ ex eo con
uincit̃, ꝙ cũ cerebri inflãmatio attolli in-
cipit, optimè ei ſuccurrit: nã eneruatas ce
rebri virtutes reficit ſymmetriã ſeruans,
& dolorẽ leuat, vt voluit Auic. 2. cano. c.
533. de oleo, † Quib⁹ ductus Paul. li. 6. c.

† Habet eñ temperaturam quã roſarum ſucc⁹ ex Gale. 2. de ſimpliciũ medica. facult. ca. 27.

90. adeò roſaceũ probauit, vt p̃forato cra
neo, cerebri mẽbranas illo crebrò foueri
præcipiat. Auic. etiam Fen. 5. 4. tracta. 3.
ca. 1. de fractura cranei idem docuit, duo
bus aut tribus locis, & Guido tractatu. 3.

cap. De vulneribus capitis, & Auenzoar suo theisir capi. De fractura cranei, mirũ in modum rosaceum extulit: sed & Gal. 2. de cõpositiõe medicamẽtorum scdm locos capite de scissuris, & cõtusionib⁹ in capite factis, & capi. cui titul⁹, Ad dolorẽ capitis ex plaga, rosaceo vtitur. Et qđ mirãdum, & durissimum vr̃, in illo capite, ꝑcipit, vt super cerebri mẽbranã medicamẽtum ex rosaceo, & vaccino butyro, & suillo adipe vetere insulso, imponatur: sunt enim hæc plus satis emolliẽtia. Sed certè hoc aut sic accipi debet, vt Archigenis sñiam Galen. referat, nec suã ingerat, aut prędictum medicamẽtum nõ ipsi cerebri membranæ immediatè, sed parti carnosę applicari debet. Neq; eñ incõuenit, vt principio partis naturam adseruet, modò pri⁹ succũ memitæ herbæ cum poline milij mẽbranã inunxeris oleum rursus ꝑbauit Gal. lib. 10. De simplici. medica. facult. c. de sanguine columbino: imò secundo ad Glauconẽ capi. de sinu, intra sinuosum vlcus rosaceum addita papyracea cõbusta charta, ꝑsiphonẽ inijci imperauit. Vides lector Candide quãta sit hac in re dubitatio, quã sibi met ijdẽ autores cõtrarij videantur. Quare dissidium hoc sic ego rectè cõponi posse cẽseo, vt olei, digestiui, aliorumq; mollificantium vsu non perpetuò interdicatur, nec semper medicamenta ista probentur. Nam curationis principio vbi dolor, vel ob plagæ sæuitiam, vel ossis perforationem, vel cõtusionem, vel alia ratione distorquet, aut cùm inflãmationem (quam potissimùm post ossis perforationem iure veremur) arcere, vel iam sæuientem refrenare cupimus. Denique vbi non glutinare vulnus ex prima intentione, sed apertum, atque hians ex secunda, seruare, & pus aliquod concitare intentũ est, rosaceũ, & digestiuũ, atq; id genus emolliẽtia medicamẽta, si parcissimè eis vtamur, cõmodissima fore cẽseo: rosaceũ eñ noĩatim, refrigerata mẽbra parũ calfacere, & calfacta refrigerare iuxta Gal. placita. 2. de simpliciũ mendicam. facul. ca. 27. & Auicen. dicto libro canonis, insigniter valet. Quod intra vulnus per triduũ saltem securè infunditur. In ambitu verò vulneris etiam vsq; ad decimumquartũ, vt Guido noster citato cap. docet. Quo quidẽ modo accipiendi sunt Doctores vltimo loco à me citati, qui oleũ, & emolliẽtia cõmẽdant. At cùm nec dolor discruciat, neq; initiũ vulneris est, etsi est, non secundariæ, sed primariæ intẽtionis viam munimus, nec inflãmationẽ remediare, sed vulnus glutinare festinamus, oleum quidẽ, ceteraq; emollientia perniciosissima sunt, & tunc sine discrimine pessima, cùm immodicè, atque immoderatè eis vtimur. Quo sanè sensu legendos arbitror authores, qui prędicta vetuere medicamẽta. Nã Gal. dum 3. Meth. ca. 2. aduersissimũ omniũ medicamentũ cauis vlceribus oleũ esse ait, de vlcere iam puro, ac prorsus mũdo intelligi debet, quod nimirũ, oleũ potissimùm ex immodico vsu putrefaceret, atq; sordidũ redderet, eo tp̃e quo carnis productionẽ expostularet, quæ siccis medicamẽtis cõparatur. Et quod. 4. Meth. c. 1. & 3. artis Medicæ cap. de solutiõe continuitatis scribit, ad simplex vulnus quod prima curandi rõne glutinatur, quã oleũ suo contactu impedit, non ad id quod cũ cranei penetranti fractura fit, & per secundã intentionẽ mediãte callo, consolidatur (de quo præcipuus noster sermo est) referri debet. Quod verò 6. Meth. c. vlti. ad finẽ, inquit, cũ vehemẽtissimè siccãtibus plures fuisse sanatos, de Eudemi senis opinione vsurpandũ est, quã ipse non ꝑbat, sed cũ Romæ ageret, ciuitatis morẽ esse secutũ, vbi blãdissimis medicamẽtis vtebãtur medici, fatetur. Et si his q blãdis curabãtur plurimi non seruabantur (vt ipse ait)

Galeni loc⁹ declaratur.

Authoris opinio circa olei digestiui, & aliorũ emollientiũ vsum.

Declaratur Galen.

Alius locus Galeni declaratur.

Declaratur idem Gal.

ait) tā immodicis emolliētib⁹ vsos fuisse, vt cerebri membranā putrefacerent, intrepidè credas, & magis, si commune oleum erat, de quo authores in dubio intelliguntur, nō de rosaceo, præsertim omphancitide, quod non putrefactiuum, sed quodammodo stipticitatis particeps est, & ad cerebri membranas corroborādas plurimùm valens: constat enim ex rosis, & oliuis immaturis: quo ego vtendum consulo. Cui sentētiæ suffragari videtur Dinus Florentinus in Auicēnæ interpretationem dicto cap. de fractura cranei: & quod ipse Gal. eodem capi. vlti. ait, mox & ad finem vsque siccis medicamentis (quæ Græci cephalica, id est capitalia vocant) erit vtendum. Rectè sanè à Guidone tract. 3. cap. de fractura cranei declaratur. Nisi dolor, vel aliud suadeat. Nanq; eo casu aliquantulo olei, non vt vulneris sed sympthomatis remedio, vti licebit, & qđ Guido de dolore dicit, ad alia symptomata, quæ vulneri cōplicari possunt, vt contusionem, aeris alterationem, inflammationem, atque substantiæ deperditionem (quibus aliquo oleo principio opus est) trahi iure optimo debet. Cæterùm quæ de oleo dicta sunt, de digestiuo, & de alijs emollientibus, neque in capitis solùm, sed quibuslibet alijs vulneribus eadem ratione intelligenda censeo. Ex quibus omnibus clarissimè conuincitur, quantùm à rationis, & Medicinæ præscriptis abhorreat receptissimus ille inter vulgares chirurgos curandi stylus, quo sine vllo discrimine curationis principio ad omnia vulnera relaxantibus, valdeq; mollibus, vt rosaceo commixto oui vitello, atque capitali emplastro (quod vocant ex emollientibus, quod capitalē hostem rectiùs dixissent) & alijs profusè nimis vtuntur. Quorum exuberantia periostium caluariam exteriùs vestiens, & ipsa cerebri dura membrana persæpe putrescunt, atque inde mors oboritur, cum maxima istorum chirurgorum admiratione, quos mortis causa quæ interdum ex paruo vulnere contingit latet: oblitos illud Terentij, scilicet, Ne quid nimis, & apud Hipp. 2. Aphorismorum sectione. Apho. 51. Omne nimium naturæ inimicum est. In hos iure inuehitur Vidus Vidius doctissimus in Commentario ad librum Hippocratis de vlceribus, & multi à me & reprehensi, & huius erroris admoniti sunt. Qui tamen haud emendatiores redditi in peccato suo cōsenescūt: tantùm valet malè admissa semel, atque errans, tempore indurata, ac pertinax doctrina, Heu heu reminisci debuissent, illius in hoc sententiæ. 4. Meth. c. 5. Quodcunque vlcus cesin acuto tello est diuisum, medicamentum ¢enæmon, & exiccans, & quod supurare vetet admittit.

Oleum omphacinū ad vulnera capitis optimum.

Galeni loc⁹ interpretaī.

Reprēhenduntur qui immoderatè emollientibus, & capitali emplastro vtūtur.

CAP. XIII.

De capitis vulnere ad Diploē peruenienti.



VLNERA quæ ad Diploen perueniunt, ob causas quæ à me. 11. cap. connumeratæ sunt, periculo non vacāt, & magis eo nomine, ꝙ humiditas quæ duplicitate hac sæpè detinetur vel ꝑ resudationē, vel vaporationē, vel vulneri proximā futurā, ipsi cerebro impartitur, qđ malum tunc potissimū vereri debet, cū anceps fractura est, quā trichismum, id est, arctissimum Rhogmen, seu capillarem sensumq; plerūq; fallentē fissuram Paul. dicto c. 90. libri sexti vocauit. Est enim sæpè fractura hæc mortis causa, dum ita delitescit, vt à Chirurgo minimè exploretur. Vnde Hippo. lib. de vuln. cap. quædam (inquit) ossis scisuræ, nec statim post vulnerationem

Rhogme, id est, capillaris fissura periculosa valde.

nem sunt conspicuæ, nec in diebus in quibus dolorum vtilitas mors homini contingere potest, quinimò ad tumulum vsque improuisa fractura sauciatum comitatur: vocat autem Hippocrat. mortem laborum vtilitatem, id est, finem & requiem, quod seculi huius immensus labor non nisi moriendo finiatur. Ergo, vt ritè fracturæ pondus experiamur, & humiditati emissarium detur ad alterum, vulneris latus reserationem intra quam triduum (æstiuo præsertim tempore) fieri necesse est. Deinde (quia oculis clarè cerni & specillo explorari rectè, non nisi ampla fractura potest (vt Hippocr. lib. De vulner. capitis testatur) accuratè quidem rimula tentanda est, infuso nimirum super ipsam scriptorio attramento, & scalpris rasione admota, vsque dum, vel attramentum aboleatur, osque lubricũ, ac lene supersit, vel interiùs permeet: nam attramenti vestigio non manente, non penetrationis: manere autem intrò, penetrationis euidens argumentum est. Ad explorandam tamen rimulam, quæ in futura aliqua insederit, securiùs multò masticℏinum linimentum, quàm scriptorium attramentum, longo periculo à me censetur. Nam cum attramentum futuris, vel iuxta eas infunditur, & os, quo penetratio innotescat necessariò raditur, futuræ neruusculi, & ligamẽta, quibus dura pendet membrana, sæpe simul obteruntur: nec sine magno periculo dilacerantur. In linimento autem mastichis periculum hoc cessat, cum sine ossis rasione admoueatur. Ex quibus autem id constat & quomodo applicandum tibi sit, vt indicium ex illo capescere valeas, iam superiùs capit. 4. De vulnerum capitis varijs signis tractaui. Alijs verò locis quanuis fractura non penetret, non leuis ex rasiõe vtilitas comparatur: nam scalpellis, lubrico, ac leni osse reddito, humiditati, quæ ibidem detineri poterat, & sæua temporis tractu ciêre symptomata locus minimè relinquitur. Interdum tamen in contusiuo præsertim vulnere, disruptis interioribus venulis, per attramentum, vel mastichis linimẽtum internum malum non elucidatur: sed ad ferramenta irruentibus postea subitò symptomatis deuenitur, cui periculo scalpellis, & rasione præclarè succurritur: cum os à telo ad Diploen vsque scisum conspicitur: tunc enim sine vllo attramento, aut linimento os etiam radimus, ex Galen. præcepto. 6. Methodi cap. vltimo. qui loquitur non in penetranti, sed ad Diploen peruenienti fractura: cuius sententiam sequitur Guido tractatu. 3. capit. 1. de fracturis cranei, illis verbis. Non est igitur excusatio de hac collectione, & incisione, & detectione loci, & prohibitione in carnatitionis eius, vsquequo securus sis, & si non est timor cursus virus vsque ad interiora ossis, quod incidimus. Quæ doctrina dura satis primo intuitu videtur. Cum enim huiusmodi fractura non ad cerebri membranam, sed ad diploen permeet, superuacanea, imo periculosa erit ossis rasio. Sed respõsio in promptu erit, si consideres in proposita specie secus atque in penetranti fractura rasionem fore moliendam. Nanque hic asperitatem duntaxat abolere, & lubricum os reddere procuramus: vt scilicet diploes spongiformis raritas humiditatem intra se cõtinere, ob verticis ad pus expellendum, ineptitudinem paratissima iam dedolata humorem recipere non possit, sed viã curationis securam præstet. Verùm hoc Galeni præceptũ non ad omnẽ fracturã, sed eam duntaxat, quæ summũ caput occupat, accõmodatur: vt Guido citato loco eruditè satis aduertit, sed illud in ossis rasione memoria dignũ est, si quãdo inter radendũ sanguis aliquis (vt assolet) profluxerit,

Mors laborum vtilitas idest finis.

Rimula quo pacto exploranda.

Mastichinũ linimentum meliùs quã attramentũ ad rimulæ explorationem futuris consistẽtis.

In cõtusiuo vulnere sine attramento aut linimẽto scelpellis interdũ vtimur.

Declaratur Guido.

Sanguis ex rasione profluens nō sēper internū malum arguit.

fluxerit, non statim censeri oportere ab interna noxa promanare, & consequenter rasione penetrare fracturam, quem errorē incurrere video Chirurgos quosdam parum exercitatos, qui vt malo, quo latêre credunt, succurrant, ad interiora vsque os perforare properant, duram cerebri membranam extraneo aëri frustra exponentes: falluntur isti planè, nam sanguis ille non ex interno damno, sed ex venulis in diploe contentis, rasione obtritis, persæpe prodit. Inter eum autem, qui à dilaceratis venulis emanat, & qui altiùs corruptus delitescit hoc interest, quod si æger nares, & os claudit, ac spiritum retinet, si internus sanguis est, pulsatili quodam motu, & subniger per rimulam egreditur: si verò ex dilaceratis venulis, sine pulsatione atque rubicundus. Post admotam ergo rasionem, ex qua non penetrare rimulam sed intra diploē finiri constiterit: linamentis & digestiuo quod dicunt medicamento, vulnus impleri debet. Facta in vulneris ambitu rosacei, & lumbricorum olei irrigatione. Leni iam, ac lubrico reddito osse, reliqua curandi methodus iuxta doctrinam cap. 11. à me traditam absoluatur. Medicamenta autem, quibus curatio peragitur ab antidotario vberius petito. Sed illud præ oculis semper habendum censeo, vt si posteà quàm scalpris os dedolaueris, ipsumque lene reddideris, sæua symptomata (vt interdum præsertim in contuso vulnere ipse vidi) concitentur, quæ internam esse noxam proclament statim ad integram ossis perforationem accingaris, vt in penetranti fractura fieri assolet. Nam diruptas esse interiores venulas, & supra cerebri membranas diffusas, quarum putrefactus sanguis symptomata huiusmodi cieat, coniectari debes. Sed iam de penetranti fractura in summo capite disseramus.

Animaduersio.

CAP. XIIII.

De vulnere, in summo capite ad duram vsque cerebri membranam, penetranti.



QVANDO penetrare ad interiora vulnus ex præcedentibus indicijs, & symptomatis interdumque ex ipsa fractura, aut postea ex admota rasione (de quibus superiùs latissimus fuit sermo) cognouerimus: ad vulneris amplificationem deueniendum est sectione facta instar. T. si in suturis vulnus contigerit, vt capite. 11. admonui, vel si necessariò ad modum crucis, apertionem vulnus expostulet, suturæ prorsus fugiantur. Fugientur autem si eas intactas reliqueris. Poteris etiam quò magis vulneris labia dilatentur apertione vti, que. X. literam similet: post apertionem periostium rectè excoriabis, ne à terebellis posteà admouendis lædatur: febris nanque, atque inflammationes (vt assolent) concitarentur. Verum huiusmodi apertio quanuis in omnibus capitis partibus securè moliatur, in temporibus tamen periculosa valde ab Hippocra. libr. De vulneri. capitis. & Cornelio libr. 8. cap. 4. iure censetur. Conuulsio enim in opposita parte subsequitur: si vena magna, quæ per tempora fertur secetur, ex Hippocra. sententia. Sed in hoc obijciet aliquis, nihil commune cum venarum incisione conuulsionem habere: quia conuulsio, vt eius ostendit diffinitio, non venarum sed neruorum passio est. Cui respondebis euenire id, vel quia vena illa iugularis, venæ (quam organicam vulgus vocat, quæ ad cor recto gradu tendit) ramus est: ex cuius, vt

Sectionis figuræ.

Apertio in temporibus valde periculosa, & ratio.

Responsio.

ius, vt aliarum venarum, pro fluuio, conuulſio inanitionis naſcitur: vel, quòd fieri non poſsit, tam inſigni vena ſecta, quæ altè per tempora decurrit, quin deliteſcẽtes nerui, temporaleſque muſculi venæ commixti pariter amputentur, temporum etiam periculum oſtendit Galen. 11. de vſu partium. capit. 3. Hippocratis verba recitans, dũ ait. Quare rectè dixit Hippocrates lætales plagas & ſopores in temporibus fieri: vnde certè Salmanticæ vidi hominem ſubito mori ex quadam percuſsione, abſque vulnere in tempore inflicta. Hoc idẽ euenire ꝓbat Cornel. citato cap. his verbis. Nec id vitium vllum metum, niſi inter muſculos, qui tempora continent, adfert: ſed ibi quoq; nihil tutius fit. Quæ verba quia obſcura ſatis, & inter ſe pugnantia videntur, id volunt, ſiuè aperias, ſiuè apertione ſuperſedeas periculum imminere, quia nihil tutò fit, quod aperiendo læthalia ſymptomata ab Hipp. commemorata concitentur: non aperiendo ad interiora prolapſum pus, membranę cerebri putrefactionem inducat: quaſi (quod eſt in verbo) Auribus lupum teneamus. Aut certè verba illa ſecundariò in contrarium ſenſum capi poterunt, vt, ſcilicet, velint: quamuis vulneris amplificatio in temporibus periculoſa ac ſæpe læthalis ſit, certiùs tamen, ac ineuitabiliùs futurum periculũ, ſi non dato per apertionem emiſſario, vitioſa humiditas interiùs dimittatur: quàm ſi temporales muſculi reſecentur. Cum ergo ex duobus malis minus ſeligi debeat, inquit Cornelius, nihil apertione tutius eſſe, cui interpretationi conſonare videntur ipſius Cornelij verba illa lib. 2. capit. 10. melius eſt anceps experiri auxilium, quàm nullum: & Galen. 10. metho. cap. 15. quibus alia ſalutis ratio non eſt, &, quę vnica videtur, ea dubia eſt: neceſſum arbitror, ijs eſt, aduerſos periculis ire ex quibus conſtat vt periculis plenam fugiendam fore in temporibus ſectionem: & ſi quando coactè ad eam deueniendum ſit, tunc ſolum, cum iam ſæua coegerint ſymptomata, facto priùs periculi preſagio fiat, quod in alijs capitis partibus ſecus eſt, non enim aduentus ſympthomatum ad oſsis perforationem expectatur.

Cornelius declaratur.

Peracta igitur ſectione vbi candido oui æſtate frigido, hyeme tepido, niſi ſanguinis profluuium inſtiterit linamentis madefactis, vel ſi oua nõ ſeſe obtulerint, ſiccis manu compreſsis, aut frigida infuſis, qua Cornelius vtitur lib. 5. cap. 26. vulnus impleueris: pannum oxicrato madidum atque expreſſum deſuper impones. Curatio autem ſecunda in triduum differatur, tum vt humorum ebullitio conquieſcat, tum etiam vt ſanies confici queat ex Galen. 5. metho. cap. 4. & Cornelio libr. 5. capitul. 26. de glutinatione vulnerum. Sed interim virtute, & ætate ferentibus, vena ſecanda eſt ex Auicennæ ſententia. 5. 4. tractat. 3. cap. 1. & Gale. 6. metho. cap. 5. Hippocratis, de vulner. capitis, & aliorum: aut ſi imbecillus, vel eneruatis viribus, ægrotans fuerit, non princeps vena, ſed venarum ramuſculus aperiendus, vt ex Auicennæ ſententia colligi poteſt 22. 3. tracta. 2. cap. 25. & clariùs. 3. 4. tract. 3. capit. 3. nec enim ſic ſpiritus, & natiuus calor exhalant, præterquàm ꝙ ſanguinis miſsio magis à corde diſtabit, & à minori vaſculo haurietur. Accedit, ꝙ cum ſanguis intra calidam aquam, tunc mittendus ſit, non perinde natura debilitabitur, ac ſi à principalibus venis mitteretur.

Venarum ramuſculus nõ vena ægrotanti imbecillo, aperitur, & ratio.

Sed ſi ob confractas aut imbecilles vires venam aut ramum tundere formidamus securè, nec cum obſcura vtilitate cucurbitula affligitur vt Cornel. probat lib. 2. cap. 10. At ſi hemorrhoidarum cõſueta efluxio ceſſaſſet vel ſi vulneratę iuueni fœminæ menſes ſupprimerentur præſtaret ex

Cucurbitula quibus ſanguis ob fractas vires nõ mittit ſecure affigitur.

Cephalica vena commodissima secanda.

talo venam secare. Cæterùm si in curationis processu vbi ex alijs communibus venis sanguinem misisses: de nouo mittere oporteret Cephalica regione vulneris commodissima vena est. Propterea autem in capitis vulnere sanguinis missione vtimur, vt, scilicet, sanguis cum vaporosis exhalationibus reuulsu ad alias particulas euocatus à capite arceatur. Exhibeatur interea syruppus rosaceus mane & serò aquę intubi mane commixtus, quò sanguis atquè bilis temperatiores & crassiores redditi parciùs ac segnius ad vulneratam particulam confluant nam sanguinem ad vulnus defluentem, & bonum & temperatum, & mediocrem Galen. desiderat. 4. metho. cap. 1.

Victus ratio quomodo instituenda.

Quod ad victus ratione pertinet virtute & ætate ferentibus tenuis iniungenda est secus vero non. Nec enim quidquam stultius esse potest, quàm in sauciatis omnibus eundem victum æquè obseruare: namque sic, sutorem eadem forma omnes calciantem similaremus vt Galen. 9. metho. cap. 16. lepidissimè contra Thesalum ait. Sunt enim & variæ temperaturæ ætates, consuetudines, naturæ vires, multaq; alia diligenter consideranda ne in victus ratione erretur sed vnusquisque pro sua conditione capiat: Hoc igitur ob oculos posito, illa curationis principio conueniunt, lactuca, borrago, cucurbita odorifera poma, damascena pruna, malogranata dulcia, amylum, far, variè hæc omnia condita, lentes excorticatę vel integræ quę licet à Gale. 2. ad Glauconem cap. de canero, & alijs in locis bilis atræ procreatrices censeantur, quia tamen sanguinem ad vulnus principio fluentem, crassiorem, atquè frigidiorem reddunt: à recentioribus iure permittuntur: noctu propinabis amigdaletum clarum, quantumuis vulgares chirurgi reluctent, quod; scilicet, ad caput vaporet & in flauam bilem conuertatur falluntur enim isti planè nam etsi eis concederemus in amigdalis integris id incommodi reperiri, at certè cessat in amigdaleto quod est amigdalorum excolatus cremor, & tanquàm optimum ad cerebri membranarum inflãmationem & dolorem pleuriticum ab Auenzohare suo theisir mille laudibus effertur sed si friuolam illam euaporationis suspicionem fugere velis, frigida semina illi commiscere poteris. Post prandium & cænam, coriandrum præparatum & saccaro delibutum vel cidoniorum confectionem exhiberi conueniet vt his vaporum exhalationem ad caput tendere impediamus, ius pulli & ipsa caro etiam in esu sunto, & medici prudentiæ erit iuxta infirmi virtutis robur & symptomatum incursum, vel remissionem, vel augere vel extenuare cibum vsq; dùm ad gallinaceam, arietinam, hædinam, atque etiam vitulinam carnem, eorumq; extremitates quæ maxime ad calli productionem facere perhibentur, deuentum sit: & tandem ad cõsuetos in sanitate cibos æger reducatur.

Lentes probantur.

Amigdaletum defenditur.

Frigida antiquis vlceribus magis quàm recentibus conuenit.

Potus, ex frigida recentibus plagis, magis quàm antiquis vlceribus conuenit vt ex Hippocrate. lib. de vlceribus colligitur. Pluuialis verò forsan quod influentiarum celestium particeps tenuior ac depuratior est à quibusdam laudatur quam alij cum albo saccaro, aut rosaceo coctã propinant, vinum post actum vigesimum diem parcè & per duas horas ante potum dilutum securiùs datur, sexta verò à vulneratione die, vel manna, vel electuarium diacatoliconis, vel simile lenitiuum prout magis conuenire prudens medicus censuerit: exhibeatur modo meminerit in exhibendo pharmaco vt etiam in sanguinis missione: humorum concoctionem & criticos dies minimè esse consideranda sed prorsus negligen-

Pluuialis aquæ laus.

Vinum qualiter propinandum.

Critici dies ad pharmaca & sangui nis missio- nem in vulneribus minimè attendenda.

Solutiuum pharmacum capite vulneratis conuenit.

da, vbicunque enim vel necessitas impu lerit vel ratio suaserit vtendum illis arbitror nam humoris concoctionis & criticorum dierum illa contemplatio: in febribus corpus citra vulnus inurentibus, non in vulnere ritè obseruatur. Solutiuum verò pharmacum tanquam incendium & commotionē: atque humorum ebullitionem inducens capite sauciatis porrigere quidam reformidant, quos & ratione & authoritate destitui video, nam (vt à parente Hippocrate incipiam) ipse libro de vlceribus, corpus purgare in vulnere capitis apertè præcipit & libro de vulneribus capitis vbi medicamento quod bilem ducat, vires ac robur hominis medico respiciente: vtendum fore imperauit quem sequuti sunt Paul. libr. 6. capit. 90. ad finem Auicenna. 1. 3. tracta. 2. cap. 26. & tracta. 3. capit. de cura charabiti quo in loco ad inflammationem membranarum cerebri considerata prius consuetudine & temperatura: scamonia hominē purgari docuit idemque. 12. 3. tracta. 1. cap. 9. de cura casus virtutis cordis, scamoniam alijs medicinis commixtam ad materiam cordi nocentem, pellendam commendat, vt inde apertè colligere posis: securiorem longe esse in capitis vulnere: idem. 5. 4. tracta. 3. cap. 1. de fractura cranei in hæc verba. Quod si apostema calidum perseuerat & non est aliquid quod prohibeat sumere medicamen solutiuum, soluens semel fiat, namque Hippocrates. præcipit illud in qua serie obiter noto, verbum semel, nec apud Hippocratem. nec apud Paul. extare, sed ab Auicenna additum, sed eius sensus erit, vt Nicolo Florentino placet sermone. 7. capit. de fractura cranei vt semel pharmacum sumatur nec iteretur. Guido etiam noster tracta. 3. capi. de vulnere cum contusione & parua fractura exhibendam esse solutiuam medicinam probat, & Razes. 1. continentis vbi ad capitis vulnus cochias quas dicunt pilulas commendat nec huiusmodi authorum traditiones ad leniter purgantia referendæ sunt, cum earum medicinarum maior pars nempe cassia, Diacatholicon, Rhabarbarum Hippocratem. saltem latuerit & licet non latuisset non eratur de lenitiuis diceret, scilicet, respicere oportere vires hominis neque cur Auicenna imperaret vt semel dumtaxat pharmacum exhiberetur quando certissimum est & pueris & prægnantibus lenitiuum securè propinari. Ergo de solutiuis accipiantur necesse est. Ego tamen longa experientia edoctus, vulnerationis principio lenienti medicamento vtor: tractu verò temporis reurgente solutiuo miti, nanque hoc modo fortis medicina debilis redditur vt ex sententia Auicennæ. 3. 4. tractatu. 2. capit. 41. de cura tertianæ non puræ. Hæc de prima vulneris curatione & vniuersalibus præceptis quæ ad victus rationem & corporis euacuationem dixisse sufficiat, reliqua docti medici peritię omittimus. Secunda verò vel tertia curatione vbi iam de fracturæ penetratione non dubitatur ad osis perforationem accingendi sumus de qua sequētibus capitulis latissimè differemus. Sed antea licebit indagare. Sequenti cap. an posit cranei fractura penetrans absq; perforatione eius curari.

Auicenna declaratur.

Authoris circa solutiuū pharmacum sententia.

CAP. XV.

An in vulnere capitis penetranti necessario os sit perforandum.



NON sine controuersia à nostris authoribus tractatur an videlicet, perforatione, an solis medicamentis curari penetrās, debeat

Quod in penetranti vulnere non sit os perforandum, argumenta.

& sua vtraque pars argumenta habet. Et negatiua illa quòd cum ad ferramenta & osis terebrationem peruenitur: extraneo aeri cerebri membranæ exponuntur, commotioneq; dolor excitatur atq; inde inflammatio consurgit, vnde conciliator huius sectæ potisimus propugnator differentia. 181. laudabilior est (inquit) medicatio vnguentis & emplastris facta quàm osis eleuatione inducta. Sed quia in isto curationis modo omnes non conueniunt, est: aut quia medicamenignorant, aut quoniam verecundantur à consueta secta secedere. Eiusdem etiam sententiæ sunt Theodoricus, & Genuenses medici.

Quod perforandũ sit os ostenditur.

In contrariam autem ire cogunt efficacisima certisimaq; argumẽta quod sphæricam figuram caput retinet nec glutinatrices deligaturæ, quibus fracta ossa committi solent neque expultrices: quibus illabi materies impeditur, aut iam illapsa expellitur adaptari commodè possunt. Rursus cum callus vel sarcoides porus in sui productione. 35. dies consumat, & tandem quàm rarisimus producatur, ob causas, quas dum de iudicijs ageremus tradidisse memini, verendum iure est vt in tanta mora sanies, aut quæuis humiditas per rarum porum ad duram cerebri membranam permeauerit, cui malo osis perforatione succurritur, qua si aliqua sanies intùs delitescit, proditur, extrorsum trahitur, & membrana purgatur, cum procul dubio concreta sanies emissario carens si dimittatur: mẽbranis corruptionem ingerat: idque est quod ait Galen. 6. metho. capit. vltimo. Nam si nulla ex læsis partibus sanies intrò confluerct superfluum esset os excindere. Ad hæc si in aliorum osium fractura quando sanies aliqua interiùs latet detegere oportet: quantò magis à cerebri medulla cuius corruptio ipsa mors est, malum hoc auerti debet. Præterea quam

cap. 9. antecedenti.

uis solis medicaminibus penetranti plagæ mederi posse aduersæ factionis authoribus fateremur citra commodisimam deligaturam, prodesse nequit, cuius recta applicatio ob capitis figuræ ineptitudinem (vt nuper diximus) difficilis est. Quibus ducti clarisimi nostri authores in hanc sententiam libenter conuenerunt & nominatim Hippocrates. lib. de vulneribus capitis. Gale. 6. metho. cap. vltimo. Auicenna. 5.4. tracta. 3. cap. 1. de fractu, cranei & Guido tract. 3. dicto. 2. cap. 1. Cornelius etiam lib. 8. cap. 4. eleganter hoc explicat dum inquit, os fractum nisi succursum est, grauibus inflammationibus afficit difficiliùsq; posteà tractatur, in quo Corneliũ, ego obseruo, nisi paulò atentiùs legatur, contrarium sibi videri cum eodem capit. 4. illa addiderit verba, in omni verò sciso fractouè osse protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent, sed multò melius est, antè emplastra experiri, quæ caluariæ causa componuntur, sed nulla in

Declaratur Cornelius.

Cornelio pugna est, cum prima verba de occulta penetranti fractura alio loco quã quo vulnus est facta, secunda vero de ea quam à principio symptomatum nõ prodit incursus intelligantur: nam in hac fractura prius emplastra tentanda, quàm ad ferramenta deueniatur in illa protinus terebratione vtendum, cum ex symptomatis, sanguinẽ ad interiora esse prolapsum manifestum fiat. Idemq; in alia etiam fractura fieri oporteret, si symptomata, quæ principio ad quintum vsq; diem non apparent deinde infestassent, abijcienda enim tunc emplastra essent & ferramenta paranda: vt idem Cornelius præcipit, cum inquit, tunc ad manum scalprum veniendum est. Sed quomodo conciliabimus Pauli seriem libro. 6. cap. 90. qui inter se dissonus satis videtur inquit enim,

Paulus contrarius sibi videtur.

Si Rhogme solùm angusta, & pilosa sensum

sum fugiens medicamento aliquo nigro liquido vel etiam ipso atramento scriptorio infuso os rademus ipsa nanq; Rhogme nigra ostenditur, conuenitque rasurę tandiu insistere quousq; signum Rhogmes aboleatur, & mox, inquit, si ad cerebri vsq; membranam peruenerit fractura, non rademus, sed agnoscere conabimur vtrum membrana ab osse recesserit, an affixa permaneat, & paulò infra subdit, & si medicus rem negligentiùs tractet nec perforatione vtatur, hoc grauiora oboriuntur symptomata, nempe bilis, vomitus, conuulsio, mentis delirium, febris acuta: quæ verba manifestè contraria videntur. Sed quidem (nescio profectò an rectè nonnulli opinantur, Pauli sensum forsan esse vt velit strictam fracturam atramento super infuso & rasione explorandam: tandiu radendam esse donec ipsius signum aboleatur. Sed si per rasionem constiterit ad cerebri vsq; membranam penetrare: à rasione cessare oportere, & considerare an ipsa cerebri membrana naturalem situm suum obseruet, quod ex signis ibi traditis coniectari licet. Si seruauerit, quãuis Rhogme, idest, capillaris cranei quæ apparebat fractura penetret, sola rasione curatur. Si verò nõ seruauerit ob vitiosam humiditatem per rimam cranei illapsam membranam separantem (quod numerata symptomata ostendunt:) tunc demissa rasione ad ossis perforationem, scilicet, perterebellam abatistam deueniemus, quam si neglexerit medicus: grauiora oboriũtur symptomata. Ergo cum Paulus primò inquit, Os rademus: rasionem intelligit quæ principio cum fracturæ penetratio exploratur, fit. Cum verò subdit non rademus, idest, à rasione cessabimus tunc intelligit, cum fracturam penetrare rasione ipsa compertum sit. Tunc enim si ex symptomatis membranæ recessus colligitur, nullum rasio facessit negotium, Sed ossis ampliori perforatione succurritur quæ terebellis vel modiolis molitur, quò maior locus concreto iam puri pateat, prætterquam quòd velociùs multò opus quàm rasione absoluitur: Sed hęc quidem explicatio non satisfacit intellectui, recessus namque membranæ ab ipso osse, quem Paulus inquit, vel eius cum craneo affixio, vel symptomatis dignoscitur vel oculis cernitur, non quidem primò, nam quantumuis fortibus symptomatis nullo modo hanc adherentiam vel separationem membranæ ab ipso osse intelligere possumus, præsertim quia ipsa membrana tumente, & non submissa ab osse: sepiùs prædicta symptomata euenire consueuêre. Neq; secundò si oculis enim separatio membranæ, vel affixio cum ipso osse apertè cernit, non opus est ampliori perforatione. Ergo in ꝓposita à me quæstione quid sentiam in medium afferre non grauabor: equidem si mea sententia aliquid valeret: inter arctam & amplam fracturam discrimen apertè constituerem, vt in ampla quæ eo vsq; patet vt naturali membranarum motu ipsoq; vulnerato occlusis naribus & ore sufflante, cõtenta interiùs humiditas expellitur, ac perinde emundantia medicamenta ad duram membranam facilè penetrant: nulla opus sit ossis perforatione idq; ex Hippocratis verbis facilè colligi potest, dùm libro de vulneribus capitis, ait, Dissectio ipsa si magna, & ampla fuerit perforatione non indiget, cui etiam sententiæ subscribere videntur Nicolus Florentinus sermone. 7. capit. de fractura cranei & Gentilis in Auicennæ commentario super. 3. 1. tracta. 4. capit. 14. In arcta verò penetrante rima cum res multò aliter se habeat quia neq; medicamenta per illam illabi, nec pus egredi potest, perforatione vti conueniet. Sed ita demum si

Aduerte.

Defenditur Paulus à repugnantia.

Authoris sententia in ossis perforatione.

symptomata tollantur: Nam si illa cessant & medici voto omnia prosperè succedunt, per medicamenta curatio molietur, nec ad perforationem statim deueniemus donec symptomata suaserint, vt cum Cornelio nuper diximus: quando verò symptomatum incipit incursus nemo ad terebrationem accingi dubitabit. Cum ipse Conciliator perforationis ossis contradictor illam hoc casu approbauerit. Sed nec rigoribus apparentibus ossis perforatio statim molienda, donec liquidò constet ab interno nocumento prouenire, cùm soleant ex alijs etiam causis proculdubio innasci, vt capitulo nono late annotauimus, namque in ossis perforatione duplici temeritate quidam vti consueuere, altera dum statim vix vllo emergente symptomate os terebrant, altera, vbi post multos dies à symptomatis, perforationem protrahunt, vitiosa enim talia extrema sunt. alios etiam duos casus vbi ossis perforatione vtendum est tradit Lanfrancus Mediolanensis libro. 2. capitu. de curatione fracturæ cranei quæ fit in modum rimulæ, vnum quando cerebri membrana ab osse aliquo comprimitur, alterum cum ossis cuspis duram pungit membranam, laudo hominem bene doctum cuius consilium libenter sequor, à quo tamen dum præter dictos casus perforare os se non audere fatetur: planè discedo, cum certissimum sit quando symptomata sæuiunt citra vllam punctionem, vel compressionem in arcta penetranti fractura, perforatione vti oportere. Ex his quorundam curandi stylum non iniuria repræhendo, qui in secunda curatione, sine vllis symptomatis, & sine magno ægrotantis periculo, nulloque facto discrimine in penetranti fractura os terebrare properant: exponũt enim temerè extraneo aeri cerebri membranas & quam concipere salutis spem poterant, in certam sæpè desperationem conuertunt, & si forsan improuisa salus contingit id prẹter rationem, & (quod communi prouerbio dicitur) rectum ab errore est.

In ossis perforatione duo cõmitti solẽt errata.

Lanfrancus reprehẽdit.

Quorũdam curandi stylus reprehẽditur.

CAP. XVI.

De octo Guidonis documentis, ad ossis perforationem in penetranti fractura obseruandis: & eorum explicatione.



CVM IAM AD MAnus, ossisque perforationem deueniendum fore constiterit: operæpretium erit, doctissimi Guidonis nostri octo prẹcepta, in opere moliendo præ oculis habere, quæ interpretari nunc pro virili conabor.

Octo Guidonis documenta.

Primum (inquit) in eo in quo virtus est debilis, non exerceatur operatio quia secundum Galen. 2. Aphorismorum vbi est indigentia non oportet laborare.

Primum documentum.

LOcus hic Hippocratis est Aphorismorum decimosexto. qui noua traductione sic habet, vbi fames, laborandum non est, & Galenus in commentario interpretatur, idest, labor iniungendus non est, ei qui fame laborat, & famem vsurpat, pro qualibet

Hipp. locus declaratur.

bet corporis imbecillitate, siue vigilia, siue alui solutione, siue ciborum inopia proueniat. Idem erit si sanguinis profluuium præcesserit, aut si ægrotans puer, vel confractis viribus senex sit, in quibus ad ferramenta deuenire non oportet quia laboriosum opus fortem virtutem expostulat, quæ cum cessat, ab opere iure optimo abstinendum est, aliter enim ægrotans facile consterneretur, vt enim fortis virtus inopinata facit, sic debilis quibuslibet contristatur. 10. methodi. capit. 10. Galeno asseuerante. Accedit etiã quòd huiusmodi præsidium plurimùm alijs profuturum, inde apud vulgus infame redditur: nam vt Galen. eleganter inquit. 11. metho. capit. 9. in quo desperata omninò salus est imprudentis consilij fuerit, apud vulgus infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. Cæterum vbi os aliquod membranam vel comprimit vel pungit indeque sæua ac lethalia irruunt symptomata, cogimur quidem mortis priùs pręsagio facto, os eleuare, aut extrahere: teste enim Cornelio, lib. 2. capi. 10. melius est anceps experiri auxilium, quã nullum. Licet idem lib. 5. cap. 22. contrarium docere videatur, dum ait. Est enim prudentis hominis, priùs eum qui seruari non potest, non attingere quæ verba cum Galeno citato capit. 9. conueniunt, sed prima Cornelij series de dubia salutis spe, secunda, de prorsus desperata salute intelliguntur.

Cornelius à repugnãtia defenditur.

Secundũ documentum.

Secundum præceptum est (ait Guido) vt ante omnia protestetur de periculo, vt homo euitet sermones stolidorum, in quarto canone Auicennæ.

VT author est Auicenna. 2. 4. tract. 1. cap. 3. & 4. 4. tract. 2. cap. 10. & Hippo. prognosti. 1. cap. 7. & ibid. Gale. in cõmẽ. multisq; alijs in locis, in morbis, siue prosperæ siue aduersę valetudinis sit, maxime apud homines medico cõmendãt prædictionẽ, quare nõ absre eam curã in præsenti in ossis perforatione medico iniũxit noster Guido, idq; fieri oportet vbicumq; periculũ imminet, ne in posterũ, (vt recte aduertit Cornelius) si malo ars victa fuerit, vel fefellisse, vel ignorasse videatur, sic enim detractoribus locus non datur, suadeo tamen ne vel salutem polliceri, vel certã mortẽ præsagire audeat, sæpe enim (dicit Auicenna) sanantur aliqui absq; spe mirabiliter &c. Et contrariò ex paruo vulnere ægri moriunt̃, vñ cõceptibus quasi duplicibus, & veluti verbis conditionalibus sẽtẽtiã proferat ex Gal. sententia. 3. de locis affectis & alijs in locis.

Tertium documẽtum.

Tertium documẽtum in hæc verba tradit Guido, in operatione fugiat commissuras quantum poterit: timẽdum enim esset de casu, & læsione duræ matris.

CVM neruosa membrana totũ craneum vestiens, vt ex anathomicis administrationibus liquido constat, à dura cerebri membrana per suturas oriatur: fit, vt ex rasione, vel terebratione ibidem facta, incisis neruulis, quibus vtraq; membrana cõmittit̃, ipsa dura meninx ea parte rescisa super cerebrum decidat, iure ergo optimo suadet Guido, in rasione, vel terebratione molienda à suturis, quantũ fieri licebit, discedere. Quod si obieceris, superesse neruulos alios quibus intactis relictis mẽbrana colligata fulciat̃: respondebo, satis imminere periculi ex cuiusvis particulæ casu, tũ pondere insueto, tũ obtritorũ neruusculorum compassione, ex quibus nõ leuis noxa vicinis ingeritur,

ritur, & vt Lanfrancus ait, loco supra citato, & alij probant, periculosior est quàm ipsum vulnus, in suturis admota rasio, vel perforatio, nam vulnus incisione tantum, rasio verò & perforatio neruusculorum diruptione, & magna commotione, & dolore forti inflammationem inducentibus lædit. Sed dicet aliquis, nonne in coronali sutura, fonticulus actuali cauterio aperitur, & interdum os raditur, vt in comitiali morbo, & oculorum antiquis fluxionibus quò perniciosus humor deriuetur & euaporet, multorum dogma est: Cur ergo rasionem, vel perforationem reformidas: cui ego, non altam, sed superficialem rasionem, qua nulli obterantur neruuli, in fonticulo fieri oportere assero: verum si penetrans vulnus suturis, potissimum in vertice contigerit: in angusto quidem spes est, si enim illapsa humiditas intùs contenta, relinquitur, certissima mors consequitur: si autem rasio aut perforatio inducitur, quod diximus malum incurrimus. Quæ igitur seligenda via erit, vt certè hoc casu, aut solis emplastris contenti, iuxta Conciliatoris & aliorum (quos præcedẽti capite citauimus) sententiam; rasionem, vel perforationem fugiemus, aut non suturis, sed prope ipsas, in sano osse quod cum læso committitur, opus moliemur vt Hippocrates libro de vulneribus capitis & pleriq; alij docuere, Nec ex vtraq; parte suturæ ipsa media relicta, os perforabimus, vt quidam ex neothericis volebat. Quod scilicet si vnicum foramen fieret, neruosum discrimen internam membranam cum externa craneum ambiente, connectens: insinuatum pus ab vna parte dumtaxat, non vtrinque expelli permitteret: id enim in vulnere ab incidente telo facto falsum est, cum si penetrans vulnus est, præcisum esse discrimen illud fateri debeamꝰ: sed id, si qñ verũ est, in contuso vulnere ex magna percussione est: nã discrimẽ illud sua mollicie percussioni cedere, & à diruptione liberari nõ difficile poterit quod secus inciso vulneri cõtingit, Cæterũ vbi cõpressum suturę os est, quia periculũ imminet, nec aliud superest remedium, licebit, imò coacti ad ferramẽta (cautè tñ) veniemus, nã vt Gal. 10. meth. c. 10. vt supra adduximꝰ quibꝰ alia salutis ratio nõ est & quæ vnica videt̃ ea dubia est: necessum, arbitror, ijs est, aduersos periculis ire. Ego verò hoc casu os sanũ cõpresso adhærens: crebris foraminibꝰ perforare, deinde eleuatorio instrumẽto paulatim cõpressum os eleuare aut vna aut pluribus curationibus soleo, facto in osse emissario, quò & sanies expelli, & ingredi medicamẽtum ad interiora posset: etiã si totũ prorsus os nõ eleuetur sat erit, præsertim si motus mẽbranarum cerebri apertè percipiatur. Quartum documentum his verbis tradit.

Obiectio.

Responsio.

Animaduersio ad ossis perforationem.

Caueat de plenilunio, quia in eo cerebrum augmentatur & ad craneum appropinquatur. 3. de criticis diebus.

Quartũ documentum.

LVNA nouissimũ sydus terris familiarissimum (vt Plinianis verbis vtamur) quamuis suapte natura: quia corpus densum & opacum ex Astronomorum sententia, nec augmentum, nec luminis decrementum capit, quo ad nostrum hæmisphærium: tamen solaribus radijs qui è directo ei correspondent, iam prorsus illuminata, nostris oculis plena videtur: tanta enim eius portio lucescit, quantam sol apiscit. In hoc igitur plenilunij tempore, non cerebrum solũ, sed cęterorũ animantiũ ossiũ medullas, imo plãtas, flumina, maria, reliquasq; humiditates augescere, nemo est q nesciat. Nãque luna

In plenilunio omnis humiditas augetur.

quæ

Luna humiditatum mater.

quæ humiditatum mater creditur, siue influxu suo, siue lumine, siue motu eas replet, & caloris à sole sibi mutuati reflexione, calfacit, rarefacit, ebulllre cogit, vt sic amplificatæ maiorem multo locũ occupent. Vnde Auicenna.4.1.capi.21. De ventosis.&.2.4.tracta.2.ca.2. de causis dierum crisis crescẽte (ait) luna in suo lumine, humores mouentur, & ebulliũt, & ideo augentur, & cerebrum in craneis, & aqua in fluminibus accesionem, & recesionem habentibus, quod tradit etiam Galenus loco à Guidone citato, nam, vt sol annum perambulat, sic luna mensem per septenos dies peragit, vt Galenus dicto loco probat, & veluti solaribus obliquis radijs hemisphærium nostrum peruadentibus, humiditates coguntur hieme, atque durescunt, & contra, verno tempore amplificantur, & eminent, sic luna in omnes humiditates operatur, in decretione comprimendo, in plenilunio replendo, dilatando, atque rarefaciendo. Sed pretium operæ erit ad discere qua augmenti specie cerebrum reliquæque medullæ, per plenilunium amplificentur. Nam secundum Philosophum primo de generatione & corruptione capit. quinto. triplex est augmentatio, altera cum vi magnitudinis quæ accrescit pars quælibet maior efficitur. Altera dum cuipiam aliquid accedit. Tertia quando pariter seruatur, & manet id quod accretionem subit. Sed etiam reperitur augmentatio alia, cum quantitas extenditur per ebullitionem duntaxat, & rarefactionẽ nulla de nouo quantitate suffecta, sed calore concitante, vt feruescente musto in dolio, vel in testa semiplena aqua igni exposita videre est, vt colligi potest ex Auicenna dicto capitulo secundo de causis dierum crisis. Et hoc certè modo cerebrum, cæteræq; medullæ in plenilunio augescunt. Iure

Triplex est augmentatio.

Alia augmẽtatio.

ergo doctissimus noster Guido in ossis perforatione fugiendum fore plenilunium censet, ne adauctum eo tempore cerebrum eminens, atque craneo adhærescens, à ferramentis offendatur, sed lunæ decrementum expectari conuenit, quando cerebrum in locum suum reuertit, per id enim tempus cunctæ humiditates decrescere creduntur. Hinc, in proscindendis lignis, & ædificiorum trabibus inoleuit vsus, vt non plenilunio, sed dum luna decrescit rescindatur, ne cariè corrodantur, quod præter alios Vitruuius libro secundo. de materia cædenda cap. nono. docuit. Aliter atque in colligendis herbis quæ plenilunio collectæ viridiores, & cum maiori virtute, atque vi conseruantur, vt author est Hippocrates in quadam epistola quæ eius nomine inter opera Scribonij Largi extat, fruges etiam plena luna adauget maturatq; celerrimè ex Galeni sententia tertio. de diebus decretorijs. Cæterùm aliud etiam ex plenilunio promanare commodum dicitur, quod eo tẽpore comitialis morbus intermittitur, vel breuioribus saltem periodis hominem excruciat, vt asserit Laurentius Iouertus tractatu de Epilepsia, cuius ratio illa reddi potest, quod dilatato per plenilunium cerebro perniciosus humor, qui antea constipatus intra cerebri ventriculos vigebat, iam euaporans, ac diffusus vigorẽ suum exuit, virtus enim vnificata fortior quàm si dispergatur experiri solet. Sed cum plenilunij mutationes quàm breuissime, & celerrimæ censeantur, vsque adeo, vt mutatio ex incremento ad diminutionem exactè in puncto fiat: coniunctionales verò mutationes diuturniores, cum tunc temporis luna obscura ac luminis ferè expers reddatur, vt probat Galenus dicto capit. secundo, non malè addubitabis, quod tempus post plenam lunam

Ligna nõ in plenilunio, sed in lune decremento rescecunda.

Plenilunio comitialis morbus remittitur.

Dubitatio.

Liquida omnia & humida virtute lunæ augescunt, luna namque ea rarefaciendo augmentat.

ad ossis perforationem, seu quamlibet aliam manualem operationem securum arbitrabimur. Et si Ptolomæum in suo centiloquio, consulis, ex illo subobscurè intelliges, vigintiquatuor horas à pleni lunio spectare oportere, quæ sententia ex supradictis manifestè refellitur, vbi constat lunares mutationes, quàm ocyssimè dilabi, vnde consequitur parcissimi temporis moram fore contrahendam. Alij solùm per duas horas post plenilunium opus demorantur, mouentur isti quod duarum horarum terminus, non motus proprij diuturnioris, sed raptus, vnius signi peragrationi statutus, atque præfixus creditur. Sed in mittendo sanguine his verbis vtitur Nicolaus Simius, neminem denique lateat Solis & Lunæ congressum, tribus diebus ante, & post suspectam reddere minutionem, de qua videndus est Chaues suæ Chronographiæ tracta. quarto. Ego autem in ea sum opinione, vt si res vrget, osse nimirum cerebri membranam comprimente, aut pungente, aut quopiam alio malo cogente per omnem lunarem mutationẽ ad manus peruenire conueniat, quod & in secanda vena, & in exhibendo pharmaco statuendũ censeo cum de grauiori damno remediando tractetur. Quintum documentum tale est.

Ptolomei sẽtentia reprehenditur.

Sentẽtia authoris.

Quintum, quod dilatatio fiat in loco decliuiori, quia talis est aptior ad expurgandum terapenticæ. 13.

Quintũ documentum.

PRæceptum hoc in penetranti fractura non parui momenti est, & authorem habet Galen. 13. Metho. emissarium enim decliuiori loco factum cauis vlceribus commodissimum ad expellendum pus, experimẽto comprobatur, sed & si communiter hoc accidat, contrariũ tamẽ in capitis vulneribus interdum experimur, vt cum plaga talis est quæ versus cerebri membranam superiori parte, aut comprimitur, aut pungitur, tunc enim ad superiorem fracturæ partem, & perforandum os, & in suam sedem necessariò reducendum est.

Sextum documentum, quod in dilatando non consequatur finis fissurarum &c.

Sextum documentum.

QVIA in caluariæ penetrantibus rimis præsertim magnis, si prorsus ad finem vsque rasorijs, vel quopiam alio ferramento detegatur, duplex magni momenti inde sequeretur incommodum, tum natiui caloris, atque spirituum ad exteriora exhalatio, tum etiam extranei aeris ad interiora penetratio, atque offensa. Itaque haud immeritò Guido id fieri in hoc sexto documento prohibet, nempe secutus Galenum. 6. Metho. capit. 6. qui in ea tantum parte, qua fractura est grauissima, os excidi iubet. Cùm enim inter craneum, & ipsam duram cerebri membranam aliquantula cauitas reperiatur, qua membranæ in suo naturali motu dilatari possint, vitiosa humiditas intùs contenta facto mediocri emissario foras expelletur: vnde paulò post ipse subdit, si verò fragmenta quædam longiùs discurrant, hæc persequi ad finem non oportet. Atque eodem etiam libro & capite. Necessarium est (inquit) aliquid fracturæ nudare. Non ergo tota fractura nudanda, vel perforanda est. Sit ergo obsecro, nec adeo magna, vt inde præfata incommoda cum vitæ discrimine subsequantur. Neque admodum exigua, vt ea ratione puris exitus impediatur, quò vitato vtriusque detectionis incommodo me-

do mediocris semper, vt fiat oportet. Sed iuxta hanc seriem ibidem aduertito, hoc præceptum non vniuersim obseruandum fore, Galenum posuisse: sed in simplici duntaxat penetranti ossis rima. In confractione enim & simul compressione magna ipsius cranei, super cerebri duram membranam, Galenus oppositum aperte docet sic. Quod vehementer est confractum id totum est auferendum ne cerebri membrana cui os confractum atque compressum innititur, violetur. Sed certè si liceat in hoc quod longa experientia per tot annorum curricula me docuit, hic exponam, Dico ego hoc Galeni præceptum, quo os totum confractum atque compressum auferendum esse docet modificatione indigere. Si enim ossis fractura, atque compressio exiguam partem occupauerit, in hoc sicuti in omnibus alijs Galeni consilium laudarem. Sed non itidem si magnam, cuius ratio in promptu est. Nanque si eximia pars fracti, & compressi ossis simul auferantur vltra nocumentum doloris ingentis in extractione sequuti dura, cerebri membrana in molem insignem detecta calore natiuo orbata obnoxioque aeri extraneo exposita gangrena forsan, & conuulsione afficeretur itaque quod sæpiùs, tutius, vtiliusque esse in praxi ad inueni paucis dicam. Ego quidem in simili casu, os magnum confractum, atque ad interiora compressum simul totum euellere, atque extrahere non audeo, ne prædicta incommoda inde suboriantur, sed ossis peticulam super cerebri meningem magis innitentis, & comprimentis, ferramentis ad id paratis aufero, quo nempè emissario, & sufficienti puris respiraculo facto, & mundificantia medicamenta ad interiora labi, & pus ad exteriora egredi, valent. Reliquum verò compressum os purè iam genito: ossa laxata idoneis instrumentis in suam sedem sensim aliquatenus reducere conor: A carne etiam subcrescente partim expelluntur, eo maximè, quia ossa illa cum alimento iam careant postea, vel à natura expelluntur, vel à medico facilè extrahuntur, nulla interea temporis ex tali ossis dimissione noxa sequuta, vt experientia iam pluries, atque etiam nunc nobis condentibus hæc comperimus.


At verò, quia in perforatione penetrantis fracturæ cranei quidam cyclìscis, seu rasorijs instrumentis, quidam verò terebellis, seu trepanis vtuntur quæ à Celso libr. octauo. capit. tertio. modioli, à Galeno verò loco citato, atque à Paul. libr. sexto. capit. 90. abaptistæ, seu immersiles terebellæ nuncupantur. Itaque ea quibus tutiùs vti liceat ferramenta, ex Galeni sententia loco proximè citato in medium afferam. In magnis igitur fracturis quibus ossa valde sunt commota cyclìscis, seu scalpris rasorijs simul cũ colophiso, vel facotu, id est, lenticulari instrumento vti iubet. In penetranti verò fractura si ossa ipsam circunambientia plurimum firma maneant: Abaptista, vel terebella, seu trepano immersili. Cuius ratio esse potest, quia trepanum, tum suo pondere, tum etiam manus chirurgi maiori ad interiora compressu: cerebro, eiusque membranis longè magis læderet, tum etiam magis, ac magis fracta, atque compressa & commota ossa versus duram cerebri membranam comprimerent. In rasione verò admota nullo mõ. Cæterùm in simplici penetranti cranei fractura in qua ossa circũambientia plurimũ, firma manent ea incommoda non sequuntur, firmiora enim ossa firmiorem vim tolerare pñt, quàm fracta atque cõmota. Verum circa chirurga ferramenta quibus in penetranti rima

ti rima caluariæ opus molitur certè cum adolescentulus, atque in scientia chirurgiæ perscrutanda vigilantissimus essem, asserere audeo multa me ferramenta, nunquam antea à me neque à præceptoribus meis visa, nec forsan cognita condidisse vehiculo quidem aliquo sumpto ex Galeni sententia. 6. Method. capit. 6. atque etiam à Paul. libr. sexto. capit. 90. necnon à Cornelio celso. libro octauo. capit. 3. Nempe Abaptistas, seu immersiles terebellas, siue modiolos mares, & fœminas, ita enim à Cornelio vocantur (licet modiolus æquiuocet.) etiam ab Hippocra. libr. de fracturis ad instrumentum ex ligno fabricatum intúsque cauatum vbi lignum ingreditur ad reducenda ossa cruris fracti) quorum per totum Hispaniarum Regnum ac sensim exteras nationes deinde creuit vsus in dies, ita, vt multi ex chirurgis alieno labore in hunc vsque diem potiantur. Nec cui legentium sit mirum, nec arrogantiæ quod nunc narrabo tribuat. Cum Christianissimus Galliarum Rex Franciscus Primus Caroli Cæsaris Quinti Imperatoris nostri potenti exercitu in Italico bello victus atque in Hispaniam vectus principem chirurgum inter reliquos secum duxit, quem in oppido Caracensi vel Guadalajara patria nostra vbi tunc degebam forte fortuna hospitem habui, cui interea temporis veluti per otium varia mea chirurga instrumenta, & inter reliqua terebrarum varia genera quæ caluariæ fractæ accõmodantur ostendi, quæ eousq; sibi arrisere, vt pollicitus fuerit se quàm primum in patriam reuersus esset eadem conditurũ. Doctor præterea Ludouicus Lucena Physicus ac Medicus rarissimus conterraneus ac mihi amicissimus (qui in condendis illis ferramentis mecum semper aderat) tunc Romã profectus est, vbi diu vitam egit, indeque per totam Galliam & Italiam plusq̃ viginti annis diuagauit, semper cũ omnibus magni nominis Chirurgis versatus (erat em̃ chirurgiæ maximè deditus) quibus omnia illa instrumenta sensim diuulgauit. Tandem post multam temporis intercapedinem ecce Vidus Vidius in omnibus illis regionibus versatus, tandem Romæ librum in lucem edidit, multis certè ex meis ferramẽtis vafrè in eo depictis, quæ triginta annis antè edideram: quibus quidem longè securiùs q̃ antiquorum trepanis operatio molitur. Quibus triplex paratur incommodum. Primum quidem, quia illa antiqua trepana ęqualia cùm essent, atque circulo ad interiora penetrationẽ prohibente carerent, inter operandum præter medici voluntatem ad interiora penetrarent. Secundò, quia cuspide seu clauo in medio trepani affixo, quo tunc tẽporis vtraq; ossis lamina perforabatur, dura cerebri mẽbrana facilè pungeretur. Tertiò, quia antiquitùs vtriusq; manus compressũ illo instrumento non absque magno vulnerati periculo operabantur. Nr̃a verò instrumenta, horũ nocumentorũ sunt expertia, dummodo qs eis rectè vtatur, gradulus em̃ nr̃i instrumenti superstãs prohibet ipsum ac simul clauum ad interiora penetrare, est nanq; aliud instrumentum fœmina cuspide carens quo secunda ossis lamina debet perforari, & eo nullo modo cerebri membrana pungitur. Hoc præterea instrumentum non violenta vtriusque manus compressione vt illud, operationem perficit, imò facilè circunducitur veluti habena, vel chordula arcus, seu mimbrequi (vulgò dicto instrumento) circunducto à fabrelignarijs instrumentis partim mihi recepto. Vtilius denique fore putauimus illa priùs antiqua trepana hîc depingere, ac deinde nostra, vt quantum inter illa polleant apertiùs pateat.

se llamaba ... Debourges

Forma


Forma antiqui trepani, vt summa pernicies formidandi, tam maris, quàm fœminæ.



NOSTRA verò instrumenta duplicia sunt, mas videlicet trepanum, cauum, seu cannulatum, inferiusque instar circularis serrulæ dentatæ, in cuius cauitatis medio cuspidem aliquantulum longiorem (à qua maris denominationem accepit) affixam habet: vt primæ cranei tabellæ in orbem perforandæ innitatur, secus enim hincinde dilaberetur instrumentum: deinde fœmina cuspidis, seu claui expers, ne duram cerebri membranam in fine operationis violaret, in eodem circulari foramine intromittitur, vt in fine sine hac noxa opus perficiat. Potest etiam fieri hæc operatio vno eodemque instrumento, quod amborum vices gerat, nempe clauum, seu cuspidem mobilem adaptando, vt facta primæ tabellæ perforatione possit amoueri, & secunda tabella eodem sine cuspide instrumento tutò perforari.

Forma


Forma totius instrumenti.




Forma mei instrumenti maris sine torculari.




Forma fœminæ sine torculari.



Forma masculi torculati.




Forma fœminæ cum torculari.



VERVM quia caluariæ ossa perforanda, crassicie ac tenuitate valde differunt quò difficillimum ac forte impossibile esset eodem instrumento varia caluariæ ossa tutò perforari nisi plurima breuiora ac longiora instrumenta pararentur, vt 6. Meth. cap. 6. Gale. innuit, Quod moro sum admodũ esset, itaque plures ducens noctes insomnes tandem viam adinueni vnico duntaxat instrumento tam os crassum quàm tenue perforari posse in hoc tantum à modiolo, vel à baptista dissentiente quod orbicularis serrula qua ossis perforatio molitur duobus contiguis cabamis æqualiter torculari quodam coniunctis condatur quo quidem torculari: serrula vel elongari vel abreuiari secundum exigentiam subtiliter possit. Verùm enimuerò, quia connumerata instrumenta fracturis duntaxat cranei ad interiora penetrantibus à quibus ossis peticula integra in orbem extrahitur, accommodantur. Itaque dubijs, etiam fracturis attramento, & insuper rasione explorandis: alia instrumenta ex meo etiam (vt aiunt Marte) condidi nem-

di: nempe solida, plana, ac lenia, acuta, marem videlicet, tanticula cuspide in medio supereminente ad primam cranei tabellam perforādam ne instrumentum lubricet, fœminam verò sine ipsa cuspide. Circumagūtur autem, vt alia nempe, aut in ipso manubriolo per torcular, vel sine ipso, vt in hac effigie.

Forma totius integri instrumenti ingredientis in mimbriqui, vel manubriolo.



Forma masculi instrumenti solidi quod vel manubriolo, vel arcu circū ducitur.




Forma instrumenti fœminæ ad secundā laminam cranei perforandam.




VEL potest subtiliùs atque breuiùs præfatum instrumentum circunduci nempè arcu & manubriolo ex leui ligno fabricatis, & cordula lyræ, manu videlicet sinistra medici apprehenso manubriolo, dextra verò manu arcu circumuoluto, vt inferior indicat effigies.

Septimum



Ambo ingrediuntur in manubriolo arcus instrumenti.





Septimum documentum.

SEPTIMVM DOCVmentum Guidonis. Quod si os debet extrahi, & repugnauerit extractioni: cum oleo rosato infundatur ad hoc, vt taliter mollificetur quod indolorosè extrahatur. Hæc Guid. Quia violentam ossis extractionem haud immodicus dolor comitari sæpè solet, & hunc praua alia symptomata consequuntur: attrahit enim cucurbitulæ instar, vt omnes asserunt authores. Vnde Auicen. 4. quarti. capit. 1. ipsum dolorem, læsionem prauam rectè nuncupauit. Itaque ossa si qua sint vel eleuanda vel extrahēda: mitiùs atque indolorosiùs quò fieri possit extrahantur, vel eleuentur, iubet author ante ossis extractionem, atque etiam post: rosatum nempe tepidum superinfundi, Vnde magnopere aduertito: nulla ossa cranei violenta manu nisi coactè euellenda esse, vt pote cum cerebri membrana ab aliquo ossium compressa, coarctata, vel puncta sit, tunc enim ne apostima aut conuulsio suscitentur statim licet vel extrahere vel aliquatenus eleuare, vt optimè sanè Auicen. 5. quarti. cap. de fractura cranei, docet. Oleum igitur rosatum symetrium cum sit infrigidata calfacit: calfactaque refrigerat ac dolorem leuat atque inflammationem membranarum cerebri cohibet, vt Galen. 3. de medica. simp. facul. cap. 27. & Auic. 2. canonis capi. de oleo atque alij authores docent: ea propter magna certè ratione Guido, in hoc septimo documento, ipso rosato vulnus infundi iubet, & non solùm vbi extrahendi ossis necessitas vrget verum etiam in cranei trepanatione vel rasione quæ à principio vulneris fiūt hoc intelligendum est. At verò si non principio, sed multo tempore post ossiū frustula interdū nigricātia extraneo aere ambiente atque medicamentis, vt docet Hippocr. libr. De vulner. capitis, sint alterata: tunc neque vehementi extractione neq oleo rosato est opus: nam sua sponte discedūnt, vt ibidem, inquit: atque etiā ipsa experiētia apertè pandit, sed de hoc alias longiùs Deo auspice differetur. Sed si quis in hoc Guidonis documentum, obijciat oleum rosatum frigidæ, ac siccæ temperaturæ in primo gradu cum sit, vt

citato loco Gale. prodidit minimè mollificare posse cum mollificatio à calido & humido perficiatur, sed hoc dubium facile diluitur ad aliquid enim vel respectu corporis vel membri valdè sicci cui admouetur, nempe cerebri membrane vel ossis: oleum rosatum humens redditur, simile equidem suo modo olibano contigit. Quippe quòd siccum primo gradu cum sit: particulis siccis vulneratis pus adaugendo humectat, humidis verò econtra Galen. 3. 4. & 5. de medendi ratione asseuerante.

Octauũ documẽtum. Quod citiùs quo poteris expedias te de operatione maximè in compressiõne & punctione panniculorum quia ista citissimè consequuntur apostema & accidentia mala nec in descensu materiei de superius speres in æstate diẽ septimam neque hyeme decimam quia post suspicatur in panniculis esse talis impressio, [redacted] operatio non valeret: Hæc Guido.

ANteaquàm seriem eius explicemus, ne quis forsan prauitate translationis Guidonis operis decipiatur scire licet in omnibus eius codicibus perperam & absurdè satis legi ad ossis perforationem in fractura cranei penetrante non esse sperãdum in hyeme diem quartam: hoc enim quantum à rationis scopo deuiet nemo sui compos ignorabit, imo debere legi neque in hyeme decimam. Cum ex ipsa ratione atquè antiquo Codice Guidonis sequentis in hoc Auicenna. 5. 4. capitulo de fractura cranei aperte colligitur. Hoc igitur præmisso, octauum vltimumque documentum ipsius Guidonis bifariàm diuiditur: In prima namque eius parte author docet oportere medicum in actu rasionis vel trepanationis rimæ caluariæ penetrantis ocissimè operari: presertim cerebri mẽbranis punctis ab aliquo frustulo ossis vel compressis: Morosa nanque operatio tum dolore, tum etiam instrumẽtorum rugitu atque compressu, tum etiam aeris ambientis frigiditate vitæ discrimen eueniret: in quo Guido sententiam Gale. 8. de vsu partium capitulo secundo, imitatur, sic scribentis. Nemo est qui ignoret id nos maximè agere, vt quàm citissimè ossa capitis excidamus ne cerebrum refrigeretur quo refrigerato malorum vltimum sit illi cui caput fractum est. In secunda verò huius. 8. documenti parte author docet tutius ac melius esse ante præfinitum tempus ab authoribus signatum, quàm eo prorsus completo, rimam caluariæ penetrantem perforare. Ait enim minimè ad hanc detectionem expectandum esse in æstate diem septimam neque hyeme decimam: Sed cur quæso quispiam dicet Guido ab Auicennæ sententia citato loco discesserit, cum inquit. Et oportet vt non tardetur illud in æstate vltra diem septimã neque hyeme decimam. Verùm Guido illud tempus minùs esse expectandum docet, in quo non solum Auicennæ loco citato, sed etiam Paulo libro sexto. capitulo. 90. De fractæ caluariæ curatione, [redacted] atque Albucasi libro secundo capitulo, fractura cranei aduersatur, qui longius tempus ad cranei perforationem fore expectandum, constituunt: Nempe in æstate septimam, hyeme autem deci-

mamquartam diem. Sed primò Auicennam cum Guidone conciliabimus: secundò etiam Paulum, & Albucasim in hoc ex veteri traductione Hippocratis forsan deceptos. Pro primo igitur bifariam dicendum est. Aut Guidonis seriē fracturæ cranei pungenti vel comprimenti cerebri membranas seorsum esse adscribendam: de huiusmodi enim fracturis immediate loquitur. Quibus, vt sua symptomata à Guidone in serie posita prohibeantur, ocyssima detectione succurrendum esse: Auicennæ verò series de vniuersali cranei fractura agit. Aut aliter dicendum, nempe vt Guido intelligat constantibus nobis apertè à principio fracturæ indicijs sanguinis ad interiora prolapsi tunc non esse æstate septimam, & hyeme decimam diem expectandum, vt aliàs fieri assolet: quod videtur innuere cum dicit. Neque in descensu materiei, scilicet cum iam nobis descensus pateat. Neque huic expositioni Auicennæ sententia aduersatur, de curatione enim regulari agens, iubet vt nullo modo medicus piger procrastinator vltra illud tempus ossis perforationem differat: postea enim nil aliud esset, quàm (vt in verbo est). Operam & impensam perdere. Vnde in calce textus, Auicenna ipse tandem cum Guidone conuenit: dicit enim. Et quò citius, eo melius, & longinquius ab hoc, vt veniant nocumenta magna. Ad authoritatem verò Pauli & Albucasis locis citatis vbi æstate ante septimum, hyeme verò ante decimumquartum, os omnino fractum perforare imperarunt, dicendum certè, eos antiqua Hippocratis traductione libro de vulneribus capitis, forsan fuisse deceptos. Hippocrates enim in eo textu nouæ traductionis, nullum quidem verbum de tempore perforandi ossis caluariæ agit: vt cuilibet rectè inspicienti patebit, sed de symptomatum prauorum inuasione, quæ euenire solita sunt: si necessitate terebrandi supposita in illud tempus medici errore differatur terebratio. Quod eius series aperte pandit, quæ sic sonat, Cum quis os fractum aut ruptum aut contusum, aut per errorem reliquerit, nec raserit, neque perforauerit, quocunque modo fractum intelligens veluti os non opus habeat, & velut os sanum existat, ante decimumquartum diem febris corripiet, vt plurimùm hyeme in æstate verò post septimum diem: quæ quidem verba non tanquam præceptum ab Hippocrat. sed tanquam præsagium adscribuntur. Idem quoque ex Hippocratis sententia eodem libro patet, cum inquit, siquidem ad perforationem tendere, ossis sauciatio videatur, perforare oportet, & citra perforationem triduum non excedere: sed in hoc perforare tum aliàs tum tempore calido si ab initio curationem susceperit: hæc Hippocrat. Ego verò (si liceat) aliàs in regione calida, aliàs in frigida: atque aliàs in iuuenibus, aliàs in senibus etiam adderem. Alia etiam eiusdem series habet, postquam tres dies transeant terebrato, præsertim si tempus æstiuum calidumue sit. Nanque (vt ex Philosophi sentētia habetur) Putrefactio citius vere & æstate, quàm autumno & hyeme cōflatur. Quod Hippocrates eodem libro de vulneribus capitis testatur, senibus & iuuenibus lætha li vulnere capitis æqualiter vulneratis, mortem citius iuuenibus, serius verò senibus euenire: accelerata nimirum in iuuenibus putrefactione: demorata verò in senibus contraria ratione. Equiparantur namque ætate iuuenes veri, vel æstati: senes verò autumno, atque hyemi. Quocirca non abs re Hippocrat. 3. pronosticorum canone. 15. & 16. & Galen.

in eius commentarijs, atque Auicenn. 4. 3. de aurium affectionibus agens testantur, dolorem meatus auditorij interni iuuenes multò citius, quàm senes interficere. His igitur obiter (quanuis ad rem satis) ostensis vnde digressi sumus redeamus. De regulari igitur curatione, nullo antea vrgente symptomate, post triduũ riman cranei penetrantem, vel abaptista instrumento perforare, vel scalpris rasorijs radere (vt magis expedit) solitus sum Hipp. loco citato censuram, atque etiam praxim insignium Chirurgorũ, qui meo tempore in hac arte claruerunt, sequutus. ¶ Sed curnam Guido præcisum tempus ossis trepanandi tempore æstatis, atque hyemis prodiderit, non autem veris, neque autumni, forsan petetur. Dicendum breuiter ipsum Guidonem sub æstate ver, sub hyeme vero autumnum, etiam vsurpasse, imitatus forsan in hoc Hippocratem, citato sæpius libro, vbi inquit (vt iam antea diximus) alias tempore calido, aliàs tempore frigido: pro calido quidem ver, atque æstatem: pro frigido vero hyemem, atque autumnum comprehendere.

At verò de coacta (quam vocant) curatione duplex, ac varius scopus semper est inspiciendus, alter quidem, vt qui à principio os pungens, aut comprimens duram cerebri membranam (vt iam antea etiam diximus) reperiatur, tunc statim (si possibile sit) os, vel extrahendum, vel eleuandum est. Expectatio enim digestionis in vulnere (vt citato loco dicit Auicenna) non toleratur, nisi vbi non est panniculus nominatus mater coarctatus vel punctus. Alter verò scopus prædicto satis oppositus est, vt non solùm principio, imo post decimumquartum, atque vigesimum, & denique omni tempore, quo errore medici craneum non detegatur, vel alijs etiam (vt dicetur) causis praua symptomata appareant: nulla mora postea contracta craneum perforare oportet facto prius mortis præsagio, sic enĩ nõnulli (licet rari) præter spẽ ad Dei laudem euasere, non solum hyeme verùm etiam vere. Hæc autem sera terebrationis necessitas multis modis solet euenire, aut videlicet arctissima cranei rima (præsertim in summo capite) sensum medici plerumque fallente, quam Paul. loco citato rhogme nuncupauit, qua praua symptomata serius infestare contingit. Aut integro prorsus craneo venulis tamen cerebri, vel eius membranarum interius ex valida contusione, vel casu disruptis, sanguine inde intus cõcreto, atque corrupto lethalia inde symptomata post aliquod tempus proritante. Aut curatione à docto callosoque chirurgo serius quã oportebat [redacted], suscepta. Vel sutura coronaria, vel sagittaria à contusione grauissima citra vulnus relaxata, vel forsan craneo illæso putrefactione tamen ex immodico mollificantium vsu per suturam à periostio vsque ad duram cerebri membranam, à qua exoritur, impartita. In his igitur casibus integrum caluariæ os trepanare licebit in quibus coacta terebratio molitur: tunc enim certum terebrandi tempus nullum est sed aduertito in hac sera terebratione interdum aliquid puris ab interna parte egredi: interdum verò nil quod est deterius non quod non subsit, sed quia vt dicit Cornel. libro octauo. capitulo tertio. in ampliorem sedem vitiosa humiditas iam diffussa est, aut in rarissima cerebri substantia imbuta, aut forsan (vt nos addimus) pure loco trepanationis non correspondenti, aut distentis conuulsisque iam cerebri membranis motus iam expertibus, Orificio trepanationis adhærentibus indeque ipsum claudentibus. Quo fit vt puris intus latentis exitus pro-

 hibea-

hibeatur: inde ægro moriente. Sed hæc quidem lethalia symptomata citius vel serius vulneratum molestare consueuere secundum minorem, maioremue humiditatis vitiosæ intus concretæ quantitatem. Si enim eximia est, citius: si exigua verò, tardius infestant. Vnde Hippocrates libro de vulneribus capitis rectè dixit. ; Mala vulnerum capitis non statim patent, sed in calce huius octaui Guidonis documenti expositionis, casum (penè miraculosum) narrare non sinam: quem cum essem iuuenis, Deo fauente, curaui. Nempe octuagenarium senem post duos iam menses in osse parietali capitis atrociter vulneratum, læthalioribus iam symptomatibus laborantem, liuescente etiam iam dura cerebri membrana, facto tamen prius mortis præsagio, in parte decliuiori fracturæ admodum amplæ, atque disgregatæ ita vt digitum manus poteram intromittere, meo instrumento os terebraui, atque ipsius peticulā prorsus in orbem separaui, & reliquū os magnū partis superioris fregi, extraxique. Deinde vlcus satis cruentū velut recenti simile per partem superiorem futuram (quam Guido labiorum ad tempus ad seruatricem nuncupauit) consuimus: in parte verò inferiori terebrationis, linamento indito, medicamentisq; solitis, admotis, præter omnium spē omnipotentis auxilio incolumis euasit. Sed hic dubiū emergit, vtrū duabus cranei penetrātibus simul fracturis inflictis vtramq; terebrare liceat, breuiter dicendum, aut in eodem latere capitis illa vulnera fuisse inflicta: & sic sufficit illorum alteram in parte decliuiori terebrare, vt vtriusque vulneris vitiosa humiditas foras expellatur. Est namque inter duram cerebri membranam & craneum non nihil cauitatis, qua vnius vulneris humiditas per orificium terebrationis alterius possit communicari, atq; expelli. Cæterùm si penetrantia vulnera in varijs lateribus capitis sint inflicta (præsertim contusa) tunc quodlibet per se vulnus terebratione indiget: quippe cum putris humiditas in parte (verbi gratia) capitis dextera existens per vulnus læuæ partis expurgari nequeat.

Nota casum sunt

Verum huius octaui documenti Guidonis explicationi finem imponentes: Dubium a quibusdam percontatum efflagitatumq; diluamus. An videlicet ex sera terebratione, non nisi iam prauis symptomatis apparētibus, facta: chirurgi meritò taxari possent: in quo quid sentiam edam: Primò ergo taxandum haud immeritò mihi videtur, si à principio fracturam quantumuis tenuem & capillarem, præsertim in summo capite, atramētō superinfuso, deinde rasione non explorauerint. Solet enim per illam arctam rimulam humiditas retenta sensim ad interiora instillare, subsequutis inde prauis symptomatis, quibus postea subuenire forsan non possemus, etiam si terebratio moliatur. Secundò si arctū vulnus in vertice capitis cum cranei rimula à principio vulnerationis versus alterum latus (vt emissarium humiditati detur) non dilatauerit. Tertiò taxari (meo iudicio poterit) si diutius quàm oporteat oleo, alijsq; medicamentis mollificantibus, ac pus mouentibus vtantur: præsertim in futura coronaria, vel sagittaria: putrefactionem nanq; ad interiora per futuram ingerunt: putrefactis ibi ligamentulis, quibus periostium cum dura cerebri membrana (à qua ortum habet) committitur. Quartò si a principio vulnerationis à valida cōtusione, vel ingenti casu disruptionem internarum venularum sub craneo suspicemur, ex sanguinis exitu per os, nares, vel aures, indicio sumpto, tunc enim statim oportet vti ossis perforatione,

quæ, si negligatur, periculũ in ianua est.

Quintò si in principio, vel tractu temporis accidẽtia internum malum iudicãtia apparuerũt, in cranei perforatiõe Chirurg⁹ pigritauerint, tũc taxãdus certè magna rõne est: in alijs verò indignè certè.

CAP. XVII.

De completa vulnerum capitis cum fractura cranei penetranti curatione.



Nimaduersis hactenus octo Guidonis documentis (quorũ explicatio præcessit) in fractura cranei ad interiora pertingẽti obseruandis: superest mõ Curatoriã methodũ ipsius prorsus edere. Præcedẽti igit venæ sectione vt plethora minuat (si qua est): & fluxio, q̃ dolorẽ sequit arceat. Foueat igitur prius (vt iã antea dixi) totũ caput oleo, & aqua mixtis, calidisq;: postea pertundatur: neglecto in hoc Guilliemi atq; aliorũ præcepto, nẽpe cauendum maximopere esse ne aqua & oleũ vulnus attingat: cõglutinationi nanq; (vt dicũt) impedimẽto essent: quod tãquã ridiculũ omittimus. Vbi enim vulnus prima, quã dicũt curandi intẽtione (quæ aglutinatione immediata, vel ferè immediata molitur) curari põt ea sententia vera est, atq; ex Gal. 4. meth. cap. 1. hic verò nõ facessit negotium: simili nanq; vulneri tantũ abest immediata aglutinatio, vt carnis nõ solũ sectione, sed etiã ossis perforatione egeat. Perperã igit, ac turpiter Galenũ intellexêre. Vnde igit digressi sumus, nostra reuertat oratio. Quarta igit die de cura regulari, seruata bona victus rõne, atq; euacuatione (quarũ c. 14. meminimus) vulneratus terebrandus inter duo solaria si fieri possit curet, sin minus, in loco ab aere prorsus tuto, clausisq; fenestris nõ solũ hyeme, sed æstate etiã: huiusmodi enim vulnerata mẽbra caliditatẽ semper expostulant: ob idq; Galen⁹. 8. de vsu part. cap. 2. cerebrum (inquit) etsi æstas fuerit facile infrigidat. Cuius etiã sententiã Auic. 5. 4. c. de fractura cranei imitat, vbi inquit. Et in hmõi quidẽ dispositiõe imò in omni dispositione oportet, vt vehemẽter caueatur frigus, etiã in æstate, qm̃ in eo est timor magnus. Quod adeò receptum in praxi apud insignes chirurgos iam est, vt hyemis tempore linamenta, ac pannos, & omnia vulneri, atq; toti capiti admouẽda, & etiã manus, & denique instrumẽta calfacere cõsuetũ sit. Quod Nico. Florẽ. serm. 7. c. 54. de fractura cranei rectè docet. Itaque suauis lignorũ pruna in vulnerati cubiculo habeat, & tẽpore vulneris curãdi apud ipsum vulnus. At verò si patiẽs diues sit, aliter habitationis aer alteretur, & calefiat, nẽpe vapore calidarũ herbarũ earum nimirũ decocto feruenti hidrijs semiplenis in cubiculi angulis locatis. Sed aduertito isthæc calfacienda, biliosis temperaturis, vel intensè febrietib⁹ vel tpe calido, aut prorsus omittenda, vel admodũ moderãda esse, ne maiori calfactiõe tũ etiã inter spirandũ incendio sauciat⁹ afficiat. Soluta igitur prius aluo mane, vel cristere, vel sua sponte, obturatis auribus infirmi cotone, vt Paul. & Auic. locis citatis docuere, ne instrumentorũ rugitu caput obtundatur, ipsumque vtrisque ministri manibus planis comprehensum deuinctisque, inter radendum os, ipsi⁹ vulnerati extremitatibus: vt sanguinis reuulsione fluxio humorũ ad vulnus ꝓhibeat, decurrere: Capite etiã vulnerati & chirurgi, atque assistentiũ linteo magno coopertis in nomine Iesu operatio sic moliatur. Si magna sit fractura, & ossa fracta vehementer commota chiclis cis,

ſeu raſorijs,ſcalpris, vti licebit, verum ſi cum fractura,oſſa circumambientia plurimum firma ſint,foranda terebello ſunt vt Galen. 6.metho.capitul. 6.docet. Cuius ratio(vt aliàs etiam tetigi) eſſe poteſt; nam compreſſa oſſa terebello, ipſis ſinnitenti,atque comprimenti magis certè ad interiora ſuper cerebri membranam, premerentur. Quo tutiùs, ac ſecuriùs multò erit chicliſcis,ſeu raſorijs ſcalpris, atque lenticulari (ſi opùs ſit operari: In eis nanque adminiſtrandis multò minor vis,nulluſque compreſſus interuenit. Igitur vbi raſorijs opus eſt, atramento ſcriptorio ſuperinfuſo,tandiu radendum, vt Hippo.atque Paulus & Auicenna. atque alij locis citatis imperarunt, donec atramenti nigricies prorſus aboleatur: & iterum ſi opus ſit infundatur. Sed oportet (vt loco citato Galenus docet)prius ampliori raſorio,deinde ſtricto, poſtea anguſtiſsimo vti,ne multa videlicet membranæ cerebri detectio aeri ambienti pateat. Verùm,ſi liceat,(quod in praxi receptum iam habeo)paucis exponam, Nequis ita exiguam cranei quantitatem detegat, vt puris expulſioni non ſufficiat, præſertim ſi os craſſum ſit:neque admodum magna ita vt aeris alteratione atque ſpirituum & caloris natiui exalatione corrùptio: ipſius duræ cerebri membranæ naſcatur. Itaque mediocris detectio vtriuſque extremorũ expers molienda eſt:in quo certè maximam, ad Dei laudem, vtilitatem ſæpe inueni. Quando igitur iam raſione ad duram cerebri membranam peruentum ſit, tunc multò, cautius eſt agendum:nam detecta membrana,clauſis ore & naribus vulnerati, eoq; tuſsiente, vt ſanies (ſi qua intus latet) ad exteriora egredi poſsit, conandum eſt. Deinde lacte mulieris è mamma emulſo filiam lactantis (quia temperatius eſt) membrana abluatur. Demum vel cotone vel leniſsima atque molliſsima ſpongia(vt docet Hippocrates.libro de vulneribus capitis.)membrana abſtergatur. At verò ſi oſsis detectio conuenienti tempore moliatur, tunc triplo olei roſacei omphancitidis, vnaque mellis roſati colati commixtis medendum vulnus eſt, idemque medicamentum inter ipſam cerebri membranam,& craneum in panno ſerico rubro ſpecillo argenti mittatur. Poſtea immediate peticula molliſsimæ ſpõgiæ ei adhæreat:tum vt ab interna verſus externam partem ſaniem attrahat: tum etiam vt ipſam atractam in ſe imbibat:totum verò deinde vulnus vſq; in triduum linamentis in medicamento digeſtiuo (quod vocant) illitis, non multum compreſsis(ne dolorem inferant)repleantur. Conſtat verò in humidis quidem temperaturis ex oui luteo & guttulis olei roſati omphacitidis ſimul agitatis:in ſiccis verò ex terbintina & ipſo oui luteo, vt ſimul cũ curatione partis natura quadamtenus ſimul adſeruetur. Sed hoc vnum magnopere adnertito, magni ſanè momenti vt ſi forſan medici deſidia,vel quauis alia cauſa,craneum ſeriùs quàm oporteat perforetur nil olei neq; medicamentum oleoſum vllum ſuper cerebri membranã eſſe imponendũ,ne putrefactionẽ ipſi ingerant:ſed ſimplex tantum mel ro roſatum excolatum. Apparente verò iam laudabili ſanie, ab omni medicamento pus mouenti deſiſtẽdum eſt:imo mũdãtibus & aliquatenus exſicãtibus: deinde ſarcoticis vtendum. Quorum copiam ſecundum temperaturarum diſcrimen vſq; ad completam curam in antidotario impenſe inuenietis. Verùm enim verò ſupereſt modo in alio fracturæ genere cuius antea meminimus, methodum ferreis inſtrumẽtis operandi, docere. Quæ quidem non raſorijs ſcalpris, ſed abaptiſtis modiolis,ſeu trepanis molitur: quan

do

do videlicet in penetranti cranei rima cir
cũabiẽtia oſſa plurimũ firma manẽt, vt ex
Gal. cẽſura iã probauimus. Tunc igitur ea
dẽ dicta circũſpectione, clauſis etiam auri
bus vulnerati manu ſiniſtra medici manu
briolo trepani apphenſo, nẽpe inſtrumẽti
maris, ad primã cranei laminã pforãdã, vt
in. 6. documẽto docuim⁹: manu verò dex
tra verſus partẽ exteriorẽ circũuoluat dõ
nec ad finẽ primæ oſsis laminę peruẽtũ ſit
poſtea ablato mare inſtrumẽto, intromiſ-
ſoq; ſine cuſpide fœmina, eadẽ circũuolu
tione ſecũda oſsis tabella vſq; ad durã ce-
rebri meningis detectionẽ ſenſim pforet.
Sed interea tpis lac muliebre infũdito ne
ingẽti circũuolutiõe inſtrumẽtũ calefiat,
ac pariter oſſa circũambiẽtia: licet Hipp.
ad hãc phibẽdã calfactionẽ terebellã inge
lida infundi inter operãdũ iubeat. Prodeſt
rurſus id facere vt facilius os terebello or-
biculatim ſecet: qđ artifices in ſubcauãdis
lapidib⁹ aqua ſupinfuſa facere cõſueuêre.
Verũ cũ iã penetrationi parũ deſit, opor-
tet tũc accuratiſsimè, lẽti⁹, ac miti⁹ ipſum
inſtrumẽtũ circũducere, ne cerebri mẽbra
na violet, ac ſedulò ſpeculari & inſtrumẽ-
ti viã medicũ circũſpicere, an opatio iã fi-
niat, aut parũ perforationi deſit: & tũc vul
ſellis, vel eleuatorio inſtrumẽto, vel alio,
roſtrũ ciconię, nũcupato, oſsis peticulam
hinc inde ſenſim mouere, atq; extrahere.
Indiciũ verò à terebratione đſiſtẽdi (vt lõ
ga experiẽtia iã nos docuit) eſt, qñ in circũ
ductu pigrius multò inſtrumentũ mouet.
Cui⁹ cã meo imbecillo iudicio eſſe põt, qa
iuxta Philoſophi doctrinã, Omnis motus
alicui fixo innitit. Cũ aũt orbicularis oſsis
peticula iã nõ fixa, ſed mobilis ſit tũc tpis
terebra cũ circũagit multò lenti⁹ ac pigri⁹
mouet: ac rurſus icore oſsis ramẽtis com-
mixto, veluti cõglutinatoriũ quoddam li
mũ cõflat, terebrę motũ pigrũ reddẽs: tũc
tũc à terebratione ſtatim deſiſtẽdũ: Conã
dumq; eſt aliquo dictorũ inſtrumẽtorũ oſ
ſis peticulã iã labeſcẽtẽ (vt diximus) pror-
ſus ſeparare. Verum neceſsitate nõ vrgẽte
vbi parũ abeſt, vt os iã prſus pforet, & hĩc
inde nimis moueat, vſq; in ſequẽtẽ diẽ ſi-
nere Hipp. lib. de vuln. capit. docet: vt os
penè ſua ſpõte diſcedat ac cerebri mẽbra-
na aliquaten⁹ ex terebratione defatigata,
breuiori tpe nuda maneat: atq; etiã ne in
vltimo terebrationis forſan violet, haud
mediocri cura medici adhibita, vt inſtru-
mẽtũ ppẽdiculariter directè, æqualiterq;
ſup rimã orbiculatim pforãdã affigat. Cir
cũducaturq;: ſec⁹ em̃ orbicularis oſsis pars
extrahẽda certè inæqualis incõmodê ſatis
extraheret. Nã mẽbrana dura ipſius cere-
bri p artim nuda, partimq; cooperta mane
ret. Sed moneo vt hmõi inſtrumentis ille
chirurgus dũtaxat vtat, q lõgo tpe cũ do-
cto atq; exercitatiſsimo p̃ceptore verſat⁹
fuerit: ſec⁹ em̃ artificis & nõ inſtrumẽti cã
nõ raro à ſuo optato fine fruſtraret. Vñ ſa-
nè recte ſatis Damaſcen⁹ ſuis Aphoriſmis
inqt, operari ſcđm libros abſq; perfecta rõ
ne atq; ſolerti ingenio moleſtũ eſt. Verũ
ſi forſan ſanguinis pfluuiũ effatu dignum
ab interna parte ſubſequat, tũc vulneratus
ipſe, ſi eius facultas pmiſerit, gallinarũ ce-
rebellis nutriat, & balauſtiarũ aqua ſit po-
tus: ſin minus, edorũ capitibus ſiue extre-
mitatibus nõ excoriatis; ſed depilatis ſa-
tiſq; coctis in vulnere verò puluis ſangui-
nis draconis ex gutta cõmixtus humidita
ti ſub telicula quadã in cortice oui cõtẽta
admoueat. Reſtrictoq; iã ſanguine, ſedulò
inſpiciẽdũ erit, an mẽbrana cerebri ſitum
ſuũ naturalẽ, ac pariter motũ adſeruet, an
nõ: illud enim bonũ, hoc verò minimè: li-
cet ad Dei laudẽ nõnullos vitæ reſtitutos
curaui (præſertim ſenes) qbus mẽbranę ip
ſæ cerebri ſatis ſubmiſſæ fuerant atque na
turalis motus per quindecim dies exper-
tes, nẽpe eorũ ſubſtãtifica humiditate di-
minuta: atq; eadẽ rõne eorũ caluariæ oſsi
bus tenuioribus multò quã in iuuenibus

apparentibus. Peracta igitur ossis detectione vulnus ocissime curetur: postea pãni in lacte mulieris filiam lactantis infusi (quia temperatius est) oculis vulnerati superponantur neglecta in hoc AEtij alioqui doctissimi lib. 2. sermone. 3. opinione

AEtius declaratur.

asseuerantis, lac muliebre oculis infusum, quenuis dolorem, vt anodinum leuare, carunculam, tamen inipsis procreare, illud enim de oculis ophtalmia laborantibus, quibus lac diu infunditur intelligatur. Hîc verò pauco tempore atq; inter initia ipso vtimur: vt oculorum dolorem, tum à vulnere, tum etiam à terebratiõe inductum propter membranarum ipsorum consensum & compathiam cum eisque cerebri, atq; cranei sunt lac leuare possit: per aures verò iuxta Pauli & Auicennæ sententiam oleũ aliquod veluti rosatum, vel amigdalinum infundatur: vt dolorem leuent. Ac inflammationem arceant. Præstat etiam vulneratum sacculum cum rosis, sandalis, nenufare, atq; caphura, aqua rosacea superinfusa olfacere cuius iuuamentum sententia Galeni. 14. metho. cap. 20. atq; Abẽzoaris lib. sui Taisir colligi potest. Cruriũ quoque post curationem ante prandium atq; cœnam fricatio moliatur: vulneratus à luce caueat, à locutione abstineat, & postquam quieuerit chephalica vena ex brachio vulneri correspondenti secetur: vt facta reuulsione dolor, fluxio, & inflãmatio (quæ terebrationem sæpe consequi solent) arceantur. Rursus in collo, atq; ceruice, & alis, & inguinibus, vnguento contra conuulsionem actu calido linitio fiat: cuius compositionem in Antidotario inuenies: ventriculus etiam, qui in fractura cranei per compathiam, & colligantiam cum cerebro, mediante neruo quodam magno male affici solet, vnguento ad hoc in Antidotario ad eius cõfortationem parato vt liniatur oportet. Deinceps verò curatio medicamentis in Antidotario paratis vsque ad vltimã vulneris curationem molienda est. Cæterum quia interdum dura cerebri membrana dictis medicamentis mundificari non potest (nigricie enim maxima interdum afficitur) & tunc nisi melle mundificetur lethale signum esse Auicenna, & Guido locis citatis indicauêre. Quod durissimũ, videtur cum ipsa cerebri membrana malè affecta fortiora medicamenta tolerare possit: Itaq; medicamẽta ad eius absterfionem parata, tum periculo, tum etiam authorum sententia reperta in præsentia afferamus: inter quæ vnguentum Apostolorum (quod vocant) deinde AEgyptiacũ primas tenent: quanuis apud vulgus Chirurgorum malè audiant. Sed quæ sunt obsecro fortiora simplicia medicamenta in ijs ingredientia? nonne præter mel, flos æris, alumen & acetum? Sed horum sigillatim incolumitatẽ ostendemus. Et primò aceti, quod his vulneribus capitis dura mẽbrana cerebri etiã detecta Cornel. Cels. lib. 8. c. 4. tum etiam Hipp. lib. de vuln. cap. eo etiã acerrimo vtũtur. In quibus locis statim cerebri membrana mũda ossis perforatiõe detecta acetũ acerrimũ superinfundere iubẽt. Quod durius est, quã ipsa mẽbrana cerebri iã nigricie, atq; corrosione tẽtata. Eruginis verò siue floris æris, atq; aluminis in ipso vnguento ægyptiaco ingredientiũ securitas in simili casu cõstat ex Galeni sentẽtia, tũ 4. metho. tum etiã. 5. de cõpositione medicamẽtorũ ~~localiũ~~ per genera c. 3. vbi agit đ quodã vnguẽto Isis chephalici vel vnguento sacro capitali, ꝓpter eius maximã efficaciã aduersus ossis caluariæ præcisionẽ: sic enim ab Isi AEgyptiorũ dea, & chephalos græcè qđ est caput, vñ vnguentũ chephalici in quo quidẽ medicamẽto duræ cerebri mẽbranæ detectę superimponẽdo: tũ ærugo æris, tũ etiã alumẽ ip̃m ingrediunt̃. Qđ etiã medicamentũ à Gal. in fine. 6. metho. duræ cerebri membranæ detectæ mirum

in

in modum laudat. Non est igitur cur mireris, imo eo, atque melle, & aceto, siue oximellitæ mēbranæ superinfusis plures sauciatos capite per manū Eudemi conciuis eius senis euasisse fatet. Quàm alioqui, nēpe lenientibus medicamentis curatos. Vnde nō abs re Guiliel. à Saliceto in sua chirurgia agēs de fractura cranei penetrāti, Et scies (inquit) quod eadē est proportio vnguēti Apostolorū ad nigritiem, vel adauctam carunculā duræ matris mūdificandam, sicut proportio mellis rosati ad piam matrē mūdificandā. Membrana igitur iā pura ac munda, sarcoticis demū tergorizantibus medicamētis in antidotario describendis curet. Sed cōmodè satis (vt opinor) hæc aduertere licebit. In vulneribus capitis penetrātibus, auribus, vel naribus correspondentibus, nōnunq̄ per ea loca naturā saniem expellere, sauciato inde liberato, vt interdum periculo euenire vidi, idemq; ex Auic. sn̄a. 3.4: tract. 1. ca. 20. de exituris calidis, colligitur. Quādo igitur vulnus naribus correspondeat, tunc lauacro per nares siphone subtili iniiciendū est. Si verò auribus, ampliādæ speculo auris aliquatenus sunt, & siphone argenti exiguo sanies sugat, vt interdum feci. Lauacrum igitur in principio per nares immittendum cum aqua ordei, & melle rosato, vel aqua lactis cum ipso melle, demum cum vino veteri albo decoctiōis rosarum, & granorum mirthi & baccarū lauri cum myrrha, & similibus conficiat. Sed rursus aduertito in vulneribus capitis penetrātibus cū magna vtriusq; ossis tabellæ deperditione nuda cerebri membrana, oportere frustulum cucurbitulæ siccę crebris foraminibus perforatum optimèque munitum superimponi, vt Guido capi. de fractura cranei inter nouē documenta, & itidem Leonardus à Bertapalea, atq; alij docēt (haud immeritò profectò) quatuor em̄ non leuis momenti iuuamenta inde assurgunt. Primum quidē ne cerebri mēbrana detectatū linteis, tū fasciarū deligatiōe cōprimat: imò fit eis fulcimētū quippe cum mēbranarū cerebri coarctatio vna atq; potissima ex causis ipsarū inflāmationis sit. Scd̄m vt ipsa cerebri dura meninge ab externo aere ambiēte ptegat. Tertiū, vt mēbranarū ipsi⁹ cerebri motu p crebra foramina sanies foras pellat, ob idq; tenuissimā admodūq; mollissimā spōgiā immediatè superimponi oportet: tū vt saniē attrahat, tū in se emūgat atq; retineat. Quartū verò iuuamētū (licet ridiculū) Leonar. tn̄ à Bertapalea affert, nēpe, vt solidū vulgus admiret: cū em̄ nō semper, sed semel, aut bis vulgariū aliquis curatiōi forsan adfuerit, alijs verò sequētib⁹ minimè: postea euadente vulnerato, tūc vicatim ac ianuatim restant cucurbitæ frustrū intra vulnus aglutinatū fuisse: ridiculum sanè, atque cachino dignissimū. Nam si natura ipsa (vt experiētia docet) ossicula capitis sibi familiarissima cōmota, vel tm̄ aere alterata cōglutinare nō valet, ergo multo minus cucurbitā, rem prsus sibi extraneā: & certò scias hoc ministeriū vsus cucurbitę in simili cranei abolitiōe siue substātiæ deperditione esse optimū, atque subtili indagatione inuentū. Vn̄ Damasc. rectè ī suis aphorismis inqt, ingeniū naturale medici adiuuat artē, & naturā regentē, licet sit cū paruo artis instrumēto, cōtrariū verò è cōtrario. In quo quidē Cornel. Cels. libr. 3. c. 1. atq; Hipp. lib. de lege imitat, vbi inqt, Natura repugnante nil medicinę pficit: quo loco nō corpis nr̄i naturā regitiuā (vt qdā falso opinant) intelligit, sed naturā optimi ingenij medici: sine hac em̄ nil in tali medico sciētia medicinę pficit, imò irrita & cassa oīa in ipso fiūt. Verū si in hac cranei abolitione, in alijs fracturis aliquot ossiū schirolæ explanādæ supersint, tūc facoto, vel cholophisos. i. lenticulari instrumento id fiat: cuius vsus apud Gale. 6. metho.

ca.6.magni habet̃:qui ſic inquit̃: Vbi latã partẽ lenticulo ſup mẽbranæ ſtatueris, feries malleolo, ac ſic caluariã diuides. Eueniet eñ ita agentibus, quæ requirunt̃ oĩa: nam membrana, ne ſi dormitans quidem, quis agat, lata tantum lenticulæ parte occurrens vulnerari poteſt: qui ſicubi adhæreat caluariæ, huius quoq; adhærentiam innoxiè dirimit ipſa lenticulæ rotũditas. Poſt hæc verò, inqt. Subſeqtur verò ꝑeuntẽ eã à tergo ipſe ſcalper caluariã ſecans.i. ſcalpri inſtrumẽti, q os caluariæ ſecat ſubſeqt̃ a tergo inſtrumẽti, eã.ſ.lẽticulã prçeuntẽ. Ad rẽ igit̃ redeamus, pura iã, atq; ꝑrſus mũda vlceris carne, atq; ſarcoticis in antidotario nõratim d̃ſcribẽdis iã adaucta, cucurbitã tũc ſenſim minuemus donec à vulnere ꝑrſus eã abijciam⁹. Quo tpe craſsiori victu vti licebit, nõ ſolũ bono, ſed etiã tenaci, & q̃litate & quantitate mediocri: vt eo craſsior ſãguis carnis generãdæ materies, & callus innaſcant̃, vt.4.meth.c.1. ac multis ĩ locis alijs Gal.docet. Vñ ĩ capitis ꝑcuſsiõib⁹, ac pariter alijs oĩb⁹ cõe ꝑceptũ aduertito, nẽpe nõ eadẽ vict⁹ rõne eſſe vtẽdũ: qua ĩ alijs acutis morbis ad vnã criticã expulſionẽ materiã ſeruãtib⁹ vtimur: ĩ his eñ verſus ſtatũ tenuiſsimã inediã iniungim⁹: vt natura ipa in cibi cõcoctiõe, tũc minus impedita ĩ pugna futurç criſis expeditius, ac meli⁹, & morbũ ſuperare, & vincere valeat. E diuerſo verò ĩ vulneratis. Principio nãq; tenuẽ victũ ꝓpinam⁹, vt inde ſãguis ad vuln⁹ efflũes bon⁹ q̃litate, & quãtitate tẽperat⁹ euadat, Cohibito inde dolore, fluxiõe: quib⁹ inter initia æger moleſtari ſolet: cæterũ (his iam ꝓhibitis, vel ꝑrſus diſcedẽtib⁹) tũc optimo cõglutinoſoque, atq; tenaci alimento ad calli g̃nationẽ eſt opus: eo præſertim, qđ ex aĩaliũ extremitatib⁹ cõficit̃. Vñ Auic.4.1.c.đ ſolutiõe cõtinuitatis medicat̃ çquatiõe, & quiete & ligatura cõuenięti, & cibo conglutinatiuo, in quo habet̃ fiducia, quod ex eo nutrimẽtũ g̃nerat̃ cartilaginoſũ: qđ labia fracturæ claudat, & in vnũ conduçat: ſicut cibus extremitatũ aĩalium. Dũmodo, intellige, qđ vẽtriculus cõcoq̃re ipm & cõficere queat. Sed iã demũ his duob⁹ dicẽdis documẽtis ſatis inꝑſagãdo vtilib⁹ huic cap. finẽ imponam⁹. Primũ ſit circa tumorẽ, q oculis ĩ capite vulneratorũ euenire ſolet: hic eñ aut inter initia, ac parti cũ oculis directionem habẽti, accidit, poſtea ipſis detumeſcẽtib⁹ & hic tumor læthale ſignũ nõ eſt, ꝑſertim ipo tumore oculis nõ redeũte: verũ ſi poſt ſeptimũ diẽ tumor ſemel ablatus iterũ redeat, vel denuò contingat cũ alijs ꝑſertim malis indicijs lethale eſſe ſignũ. Sed reliquũ eſt admonere, ne oſſa vel cõmota ꝑrſus, vel aere ambiẽte, & medicamẽtis alterata violẽter extrahãtur: ſed dimittẽda eſſe donec ſua ſpõte diſcedãt, vel pauco iuuamine ſeparari poſſent, vt Hippo.lib. de vulneri.capitis.docet. atque itidẽ Cornel. Celſus ac perinde Auice.5.4.c.13. vbi inquit, & qđ eſt melius, eſt vt nõ feſtinet̃ in extractiõe eorũ, imò dimittant̃ naturæ, & illud cũ attractiõe pauca eorũ quæ extrahunt in ſpatio nõ feſtino; & nõ moueant̃ cũ medicinis nec opatiõe man⁹: nã qđ extractũ eſt violẽter nõ euacuat̃, quin faciat accidere vlcera fiſtuloſa [redacted]: ideq; Leonardus de Bertapalea in arte chirurga nõ poſthabendus cap. de fractura cranei docet. Cuius cãm Petrus de Argelata tracta. .1.c.de vulnerib. coxarum. His verbis affert. Scies (inquit) quod fruſtra oſsium quç extrahuntur à vulneribus quantò tardius, tantò leuiùs extrahũtur. Vnde quãtò maiorem moram in loco facient, tãtò magis illa à carne ſeparãtur: quare facilius extrahũtur, & hoc (inquit) ſæpe ſum expertus. Sed oportet futuram oſsium à natura expulſionem prædicere, ne medicus apud vulgus malè audiat: cogitat nanq; vel inſcitia, vel ſcelere chirurgi ea oſsiũ fruſtra in vulnere fuiſſe derelicta, vt olim mihi contigit.

contigit. Sed certè vidi in quodam œconomo Marchionis à Cenete post decimumtertium annum os à natura expelli à vulnere quod diu in crure receperat, de quo in dies magis miror.

CAP. XVIII.

De discrimine à vulnere inflicto à telo contundenti sumendo.



QVIA in principio huius libri vulnera capitis trifariã distingui diximus, nempe, aut ratione loci, aut ratione modi, aut ratione teli. Duobus igitur prioribus iam præostensis de vltimo vulnere nuuc agẽdum est, quod à telo cõtusiuo discrimen accipit. Hæc igitur contusiua percussio, vel cum vulnere est, vel sine ipso, si cum vulnere, nullum in curatione contusi vulneris ab alijs est discrimen, nisi in aliquãtula mollificatione vel digestione, vt cõtusio, quę immediatã aglutinationem prohibet, separetur: quod Hippocr. tum lib. de vulnerib. capitis, tum etiam de vlceribus, & Galen, 4. Metho. cap. 5. sic docet, Necessum est carnes contusas & incisas in pus verti, idemq; Auic. 4. 4. cap. vniuersali de curatione vlcerũ testatur, omnia (inquiẽs) vlcera indigent exsicatione præterfacta ex attritione lacertorũ, & ipsorum contusione. Sed non intelligas, obsecro, omne quod contusum est necessum esse in pus verti, passim nanque experimento vidimus, maximas sugillationes, & contusiones citra vulnus per insensilem difflatum discuti: sed eam duntaxat contusionem quæ cũ exteriori vulnere est, in qua natiuus calor, atque spiritus ad exteriora exhalant, atque extraneus aer ambiens ad interiora penetret. Quo fit, vt natura, vel imbecilla, vel impedita nequeat, nisi remota prius contusione, vulnus aglutinare. In contusione verò ~~cum~~ sine vulnere exteriori contraria in omnibus ratione sanguis intus concretus sepiùs à natura discutitur. Deducit apertè hoc, vltra experiẽtiam, atque eam quam adduximus, rationem, ex ipsa Hippocratis, & Galeni serie quæ loco citato sic sonat, Necessum est carnes contusas atque incisas in pus verti. Itaque tam huiusmodi capitis vulnera, quàm alibi semper composita nuncupantur ex eo quod præter solutã continuitatem aliud accidens, putà contusio immediatam aglutinationem per primã intentionem prohibens, associatur. Ad huiusmodi igitur vulneris curationem prius ad digerendam contusionem properandum est deinde ad mundificãdum atque carnem alendã: sed in capitis vulneribus ne periostium putrescat breuiori multò tempore, quam in alijs vulneribus mollificantia quæ contusa vulneri adaptari solent sunt admouenda.

CAP. XIX.

De magno tumore cõtusiuo in capite tam absque cranei rima quàm cum ipsa euenienti.



SAEpius à contundenti telo velut lapide, ligno, ferro, & casu, vel morsu, & similibus, ingens contusio capiti euenire solet nulla extrinsecùs apparente ruptione: sed hæc interdũ absque cranei fractura, interdum verò cũ ipsa. Nanq; Auic. 5. 4. cap. de fractura cranei asseuerãte multoties accidit vt scindat craneũ, & nõ cutis, ideq; experientia ipsa docet: cum enim forte agens passum debile ꝓpter vtriusq; disproportionẽ prorsus negligat, atq; in passum magis resistẽs fortius agat, vt Philos. 3. Metheo. satis probat. Itaque in valida capitis

percuſsione à forti, & contundenti telo caluariæ os magis reſiſtens citra cutis ruptionẽ, ſępè frangit. De primo igitur euẽtu nempe ingẽtis cõtuſionis abſq; fractura cranei caſum penè miraculoſum narrabo. Deinde verò fracturã cranei, intus latentẽ, quibus indicijs dinoſcam⁹. Quã etiã methodo curandum ſit in hoc eodẽ capite docebim⁹. Quidã igitur puer quatuordecim annorũ fortè ab excelſa turri ſuper locũ lapidoſum admodũ cecidit. Totum illico caput oculi, ac naſus, ac vultus, ac pene omne corpus intumuêre, capite nullibi exterius obrupto: & puer denique motus & ſenſus expers velut mortuus in humo iacebat. Quã primũ igitur extracta per venę ſectionẽ ſanguinis quãtitate, ac rurſus cũ æſtas eſſet ſindone gelida madefacta totũ inuoluim⁹: quod ex Hippocratis ſnĩa. 5. Aphor. 21. colligi poteſt, vbi inquit iuuene bene carnoſo æſtate media frigidę aquæ multa ꝓfuſio calorẽ reuocat, calor autẽ exoluit ſcilicet per antipariſteſim calore natiuo fortiore euadente, atque Gal. lib. 1. de medicamentis ſimplicibus cap. 4. eiuſdẽ quoque ſnĩæ Algiabas reperitur, atque Guido lib. 6. c. 5. de caſu & offenſione. Vnde ſiue hac ſiue alia rõne ſuffulti, non ſolũ vulgus ſed etiã medicorũ plurimi ad hauſtũ gelidæ in caſu, & offenſione bibendũ ꝓperãt: & certè multis iuuamento fuit incraſſato forſan inde ſanguine ad affectamq; partẽ fluere inepto. Virtutibus etiã naturalibus gelida confortatis, vt 2. canonis capi. de aqua Auic. innuit. Quidã verò ẽ diuerſo hyemali tpe ſyndone meraciſsimo vino calido infuſa patientem inuoluunt: deinde potionem Meſues contra caſum cap. de rhabarbaro ipſum puerũ deglutire fecimus. Quippeque ad interna membra roborãda magnã opem affert: in cuius doſi non grana rhabarbari, vt perperã ibi inſcribitur, ſed dragmã intelligas. Deinde pertuſo capite ouorũ candidũ roſato oleo omphancitidis, atq; myrtino cũ puluere etiã roſarũ, & myrtillorũ cõmixtum, agitatũq; toti capiti ſtupis adaptauimus pannis, atque deligatũ ſuper admotis: quo ſingulis diebus ad quintũ vſq; vſi fuimus aliquãtula aleuiatiõe puero inde ſequuta: licet Gal. placitis. 5. de cõpoſitione medicamentorũ ſcdm locos, Myrtus (ſaltim inter initia) ſugillationũ, & cõtuſionũ nõ arrideat ꝓpter vehementẽ eius (vt inquit) aſtrictionẽ. Sed eius iuuamentũ in hoc iã ſatis experti ſumus: neq; Gal. ipſe (vt eius ſeriem rectè inſpicienti patebit) myrtum abſolutè in ſugillationibus, & contuſionibus vetat, præſertim ſi color ſugillationis ſit liuidus: interimq; cucurbitulas cum ſcarificatiõe tibijs, natis, atq; ſcapulis admouimus. Poſt quintum vero diem oleo roſato myrtino & camomillino mixtis caput totum fouimus ſuperſparſo puluere roſarũ myrti, atq; baccarũ lauri, & floris camomelli æqs portiõib⁹ mixtis atq; deſuper pannũ cũ eiſdẽ oleis actu calidis madefactũ: deinde ſtupas, pãnos, atq; deligationẽ applicauim⁹. Sed interea tpis tenui victu, nempe iure pullorũ puer nutriebat, vt natura nõ impedita in cibi craſsioris coctiõe meli⁹ cõtra morbũ operaret. Sexta vero die medullæ caſsiæ fiſtulæ, & olei amigdalarũ dulciũ ana vnci. j. cum iure gallinaceo infulſo ęgroto propinauimus, vt Auic. 4. 4. trac. 2. c. 5. de caſu & cõtuſione docet. Reliqua verò quæ ad integrã victus rõnẽ, reliuulſionẽ, & corpis euacuationẽ pertinet ex capitibus ſuperioribus colligãtur, trãſacta verò ſeptima die diminutoq; iã aliquatenus tumore toti capiti decoctum hoc actu calidũ ſtupis, atq; pannis cũ ſolita deligatione admouimus. Quod recipit florum Camæmelli & melliloti, & roris marini, baccarũ lauri, ſthecadis granorum myrti, cumini singulorũ. P. ſemiſsẽ

omnibus

omnibus conquaſſatis, & ſecundum artem in tribus libris vini nigri, vſq; ad medietatis conſumptionem incoctis, & excolatis fiat decoctum in quo vnci. iij. mellis communis diluantur, tractu verò temporis per aliquot dies emplaſtro, hic deſcribendo maximum iuuamentum fuit aſſequutũ: cuius hæc fuit permixtio. R. vini rubri lib. ij. olei camomelli, & maſtichini ana vnci. j. & dimidia, mellis communis vnci. iiij. pulueris maioranæ, aniſi, florum camomelli, calamenti, melliloti, farinæ fabarum, panis à quo furfur non omnino ſeparetur ana vnci. iiij. ad modum cataplaſmatis conficito, & in ſeparatione ab igne addatur luteorum ouorum numero. ij. croci in pollinem redacti. ſcrup. j. verum licet diminuto tumore adhuc tamen puer ſemper delirabat, atque inter curandum lucernæ flammã manibus accipere conabatur. Tranſactis igitur iam quindecim diebus, ſequenti emplaſtro totus integer tumor per inſenſilem difflatũ exalauit: quod Recipit vini auſteri nigri lib. iij. citoniorũ immaturorũ minutiſsimè ſciſorum [redacted] nume. iij. coquanť optimè, deinde addãtur mellis communis vnci. iiij. pulueris baccarum lauri, vtriuſque aniſi, furfuris torrefacti, & triturati olibani maſtichis ſingulorum vnci. iiij. arte ad ignem emplaſtrum conficiatur, thure videlicet, & maſtiche extra ignem admixtis. Fieri etiam poteſt ſola citoniorum in vino decoctione, & expreſsione, alijſque ſimplicibus commixtis, atque incoctis: hac denique medendi ratione puer ille nutu Dei præter omnium, atque meam ſpem à morte euaſit, nulla in capite facta apertione: manſit tamen circiter medietatẽ anni immemor, ac veluti mente perturbatus propter cerebri ventriculorũ, atq; eorum virtutum maximam cõmotionẽ.

Cæterùm ſi vnq̃ contigerit hmõi contuſionẽ non poſſe per halitum digeri, ea ſuppurata conuenienter referetur: hinc verò vleus (vt iam ſupra latiſsimè oſtendimus) curetur. ¶ Hactenus de magna capitis contuſione ſine cranei fractura, & pariter abſque vulnere cutis latiſsimè diſſeruimus: nunc verò de ea in qua os caluariæ (vt iam antea diximus) abſque vllo exteriori vulnere frangitur cuius Auice. citato iam loco meminit agendũ eſt. Cuius fracturæ hæ ſunt notæ, oculorũ caligatio, vertigo, vomitio, caſus, ſyncopis, quibus apparẽtibus veriſsimile eſt os eſſe diruptum, vt Cornel. Celſus lib. 8. cap. 4. docet ſed vltra hæc pretiũ operæ eſt atq; expertum ad hanc latentẽ fracturã explorandã ſequens emplaſtrũ actu calidũ raſo capiti ſuperimponi, quod recipit thuris, cæræ, labdani expurgati, ana vnci. & ſemi. confice ſecundum artẽ emplaſtrũ, & per diem integrã cum decenti deligatiõe dimittatur. Semoto verò emplaſtro ſi fractũ os ſit, pars ipſius emplaſtri, quæ fracturæ correſpõdet, ſiccior quã in alijs apparet ac perinde pars ipſius cutis exiccata, ac tenuior euadit. Tunc ergo nulla interpoſita mora ad apertionẽ & cranei detectionẽ properandũ eſt, donec quicquid læſum in ipſo eſt in conſpectu pateat: deinde vt capite de penetranti cranei fractura dictum eſt, curetur: quæ quidem fracturæ cranei ſpecies nobis condentibus hæc cuidam puerulo euenit, nullibi cute vulnerata, quem deliria, vomitiones, febres infeſtabant, eique explorandi gratia apertiũculam feci, atque extemplo non ſolum latentem oſsis fracturam, ſed etiam ipſius ſuper cerebri membrana compreſsionem inueni: & tunc ampliorem faciens ſectionem fracturæ ſine non inuento, longius enim diſcurrebat, nempe ad ſagittalem vſque ſuturam, & propter ſubiecti puerilis imbecillitatem operiſq; apertionis ſæuitiem,

nō auſus fui vulnus amplius dilatare: ſed curatione poſita capit. de fractura cranei penetranti ad Dei laudem ſanitati fuit reſtitutus. Alios etiam caſus huic ſimiles enarrare poſſem, niſi prolixa oratione legentium aures offenderem.

CAP. XX.

Diſruptionis venularum ſub craneo à forti ictu vel caſu, in qua craneo ipſo integro ſymptomata aſſurgunt quę penetrantem fracturam comitari ſolent.

PAVCI quidem authorum reperiũtur, qui huius ingentis mali meminerint, inter quos antiquiſsimum Cornelium Celſum libr. 8. cap. 4. atque ex neothericis Dynum Florentinum ipſum ſequentem potiſsimũ inuenio. Sed eos certè mirari ſatis nequeo, quippe cum atrocem hunc caſum tantum cum afferāt de eius remedio nullum penè verbum fecerint: Deterrimum quidem præſagium qui citato loco ſic inquit. Raro ſed aliquādo tamen inuenitur vt os totum integrũ maneat: intus verò ex ictu valido aliqua vena in cerebri membrana rupta aliquid ſanguinis mittat, isque ibi concretus magnos dolores moueat, oculos quibus obcęcet. Sed obcæcari oculos, nō intelligas oculos inflari, nec viſu priuari, vt medicus quidam afferebat, ſed in mortis caligine vulneratum incurrere. Nōnulli enim ex ſimili percuſsione citra oculorum cęcitatem, vt experientia vidi, mortui ſunt, præſertim oculis vulnere non correſpondente, in hiſtoria etiam Beatę Lucię legim⁹, eius matrem, mortem oculorum nuncu paſſe: huic etiam meæ apertiſsimę ſententiæ antiquior alia Cornelij ſeries ſubſcribit, quæ loco illius dictionis, Oculos quibus obcæcet, habet, à quib⁹ nemo liberatur. Denique quia veluti deſperata ſalute nullum penè effatu dignum conſiliũ authores tanto malo attulerint, itaq; longa mea experientia ductus nonnulla forſan vtilia tā circa indicia, quibus hæc peſſima affectio à principio dignoſcat̄, quā circa eius curandi rationem afferam. Primò igitur hæc erunt huius mali notæ, nempe ſi vulneratus deficit, cecidit, euomuit, oculi caligauerint, atque vertiginem & ſoporem æger patiatur, excitatusque deliret, ſi aliquid etiam ſanguinis per aures, nares vel os emiſerit tunc credibile eſt internam aliquam cerebri mēbranæ venulam intus eſſe diſruptam maximè accuratiſsimè cranei fractura poſt apertionem carnis amplam perſcrutata, ac nullibi inuenta, vt experimento vidi cuidam iuueni prædictis ſymptomatis laboranti euenire. Cum igitur hoc cōtigerit, cōſultis priùs antiquis medicis (quod chirurgos facere non pudeat) facto mortis preſagio, craneũ integrum terebrādũ eſt facta priùs venæ ſectione, atq; cruentis grumi ſuper durā cerebri mēbranā inuētis, atq; optimè abſterſis prędicta curatione capite de fractura cranei penetrāti curet̄, hoc vno addito vt ſyphone, vel ſiringa ſubtili argēti ſanguis à dextra ſugatur, extrahaturq;, atq; aliquo lauacro mũdificante & confortante eodē inſtrumēto iniecto locus mundificetur, & roboretur, quod in antidotario nominatim dicam. Super duram verò cerebri membranam commixtio quædam mellis roſati & aquæ vitæ æquali portione infundatur, atque in peticula panni ſerici rubri argēti ſpecillo etiam adaptetur: deſuper vero vnguentum gummi henemi, vel reſinæ attractiuum, vel confortantia emplaſtra

plastra in antidotario describenda admoueantur. Sed hoc intelligas, si propter inscitiã chirurgi, vel aliam causam trepanatio serius quàm oportuerat moliatur, facta trepanatione non admouẽdum esse miscellam illam qua in alijs casibus vtimur: nempe olei rosati omphacitidis tribus partibus cum vna mellis rosati, sed admouendum esse duntaxat mel rosatum simplex. Hoc vnum tandem scito, interdum venulas tenuis meningis siue piæ matris etiam disrumpi, quod si contigerit, tunc trepanatio, siue citius, siue serius fiat nullum facessit negotium, sed cassa ac prorsus nulla esset: quoniã cruenta humiditas è vasculis suis iam egressa intra cerebri substantiam facilè illabitur, atque eam corrumpit.

CAP. XXI.

Cuiusdã speciei fracturæ caluariæ à contundenti telo euenientis, in qua interdũ vtraq; ossis tabella ad intra comprimitur: interdum verò interior duntaxat altera nempe superiori suum locum adseruante.



Contingit interdum, vt in vulnerum capitis diuisione, ostensum, atque periculo à me compertum est: ex contundenti telo, vel ingenti casu, modo vtranque ossis laminam frangi, ad interioraque comprimi: modo verò tantum secundam internam, priori non compressa, vt in vrbium mœnibus tormentis concussis nonnũquàm euenire solet. Cuius fracturæ speciei Galenus sexto. Method. capi. sexto. & Paul. libr. sexto. capit. 90. at Bertapalea. 6. libr. suæ Chirurgiæ sunt memores: quæ quidem fractura ob id, quia camera modo exaltata relinquitur, ab ipsis Camarosis, vel Camaromata nuncupantur, in qua internæ tabellæ, & os cerebri membranæ intùs innititur prima non compressa: sed huiusmodi certè fractura admodum difficilis cognitu est. Verum præter communia aliarum fracturarum indicia, hæc adsunt nempe spiritus angustia, atque frequẽtia, febris ac symptoma morbo commitiali similis propter membranarũ cerebri compressionem. His igitur internam noxam ominantibus ad detectionem, atque internum malum præscrutandum prope accingendum est, tum vt cerebri meninges ossis eleuatione degrauentur, tum etiam ne cruenta humiditas intùs concreta, ac deinde membranæ ipsæ putrescant: statim igitur prædictione facta, osse satis detecto emissariã sufficiens moliatur: atque respiraculum aptiori aliquo ex nostris, supra commemoratis instrumentis, deinde per cranei, quod fecisti orificium, in prima tabella specillo immisso, interna ossis peticula compressa tactu solida reperietur: tunc eleuatorio ferramẽto indolorosius quò fieri posit vel extrahatur, vel in suam sedem sensim reducatur, cura adhibita, vt cranei orificium vtranque ossis tabellam comprehendat. Deinde pro huius vulneris completa curatione ad capitulum de fractura cranei penetranti, necnon ad antidotarium recurrendum est. Nec sub silentio prætermittã per q̃ rarissimum casum. Vidi certè puerũ, quatuor suæ ætatis annos agẽtẽ, cũ maxima cranei fractura multis in locis cõpressa læthalibus symptomatis iam laborantẽ, cui ossa tenuissima ad intra compressa eleuatorio instrumẽto sensim in suã sedem eleuaui, paruò in decliuiori pte ossis relicto foramine: reliqua

reliqua verò ossa propter pueri imbecillitatem eleuare minimè ausus fui: & ecce præter spem reliqua ossa, quæ inæqualia reliqueram ocissimè callo conglutinata inueni, puero ad Dei laudẽ euaso.

CAP. XXII.

Cuiusdam percussionis caluariæ os citra fracturam comprimentis, vt infantium, ac puerorum, vt plurimum, capitibus interdum cum vulnere interdum sine ipso euenire solet.

QVIA vt experientia sæpè docet, atque Paul. libr. sexto. ca. 90. & Haliabbas 9. practicæ atquæ alij authores huius speciei cranei fracturæ, vel potiùs flexus sunt memores. Itaque de ipsa quam nonnunquã vidi & Dei auxilio curaui caput edere decreui, quæ quidem à Paulo loco citato thlasis dicitur. Quod contusio, vel cõpressio ossis Græcè sonat. Hæc igitur ossis ad interiora citra fracturam impulsio à contundenti semper telo infantibus, ac pueris vt plurimum: interdum verò mulieribus ob similium corporũ humidam habitudinem, vel ob ossis molitiem euenire solet: quia in ipsis ossa humidiora cum sint potiùs flecti, quàm frangi sunt apta, vt in plumbeis vasculis atq; virentibus cucurbitis lapide, seu baculo percussis contingit. Flectuntur enim & non franguntur, cuius oppositum in ossibus siccis euenit, & certè non solum capitis ossibus, hanc flexionem citra fracturam euenire vidi, sed etiam in puerorum brachijs, inter quos vidi filium domini mei Ducis Infantatus Inachi à Mendoça, cui in brachio eadem ossis flexio accidit. Eadem que ossis cranei flexio, & signa à Nicol. Floren. serm. 7. c. 54. de fractura cranei, in hunc modũ adducunt̃ patiẽs somniat hostes eũ inuadere, dormiẽdo surgit, & fugit, vel arma, vt se d̃fendat inuadit, q̃a eius imaginatio est lęsa. Curationi igitur accedentibus eandem ossis compressionem distinguam⁹. Aut enim cum vulnere, aut absque ipso, huiusmodi compressio euenire solet: quæ autem cum vulnere exteriùs apparente, facta ipsius sufficienti ampliatione, vulnerum capitis curationem (iam commemoratam) expostulat. Cæterum depressum os sequenti methodo in suã sedem reducere conandũ est, suppositis videlicet, congrua victus ratione, & aluo soluta, & vena secta (vt iam antea diximus) in teneris verò pueris, crura scarificare potiùs quàm venam aperire commodius est, vt author est Gale. tum Commentario. 17. 2. libri Aphor. tum etiam libro de reuulsione cucurbitulis hirudinibus, scarificatione, intitulato.

Ossa igitur siccis linamentis optimè abstersa iam fluxione ad affectam partẽ minimè irruente, capite pertuso cucurbitula loco percussionis citra scarificationẽ admoueatur. Sed interea tẽporis ne materies ad locum vitiatum cucurbitulę tractu magis fluat: dolorificis extremitatũ tum frictionibus, tum deligaturis arctis vtendum est. Post aliquam verò moram cucurbitula subitò violentia quadam sursum eleuetur, atque auferatur: mox medicamentum resinę attractiuũ quod vocant vulneri immediatè admoueto, vel gummi henemi, modo emplastri superponatur, cæterùm super totum caput sequens medicamentum admouendũ est. ℞. vini rubri lib. ij. olei absintij, & camomeli singulorũ vnci. j. & dimidia. mellis com-

communis.vnci.iij.roſarum,florum ca-
momeli,& ſthecadis, mellilloti, furfuris
torrefacti & triturati ſingulorum P.j.tri-
turatis triturandis ſecundum artem em-
plaſtrum conficiatur,atq; in ſeparatione
ab igne ouorum duo lutea addenda atq;
commiſcenda ſunt.Præfatę cucurbitulę
vſum in huiuſmodi oſsis compreſsione
vltra quotidianam obſeruationē ex ver-
bis etiam Guido.tracta.7. cap.de cucur-
bitulis,deprębēdere poſſumus:qui ad re-
ductionem coſtarum & aliorum oſsium
plicatorum cucurbitulam admoueri iu-
bet,idemq; ex ſententia Auic. colligi po
teſt.5.4.cap.de fractura coſtarum:qui ad
reducendam coſtam fractam in ſuam ſe-
dem ipſa cucurbitula vtitur ſed oportet
(vt inquit) vt in eius retentionem nō de-
moremur.Cęterum ſi oſsis depreſsio abſ
que vulnere prorſus cōtingat) vt ſępe vi
di(tūc aut contuſa caro in molē inſignē
attollitur,ſanguine nimirum extra vaſa
propulſo,intuſq; concreto,aut non,ſi pri
mum, ad digeſtionē per halitū tēperatis
medicamentis inter initia properādum
eſt:fortia enim diſcutientia potiùs dolo-
rem atq; fluxionem concitarent. Sed o-
portet corporis euacuationem per ſan-
guinis miſsionem atq; alui ſolutionem
ſaltim per clyſterem pręceſsiſſe.Nam vt
docet Gale.13.Metho.atque pluribus a-
lijs in locis nullo euaporantium auxilio
rum ante corporis euacuationem vten-
dū eſt. Tumore igitur iam cōmemora-
tis medicamentis prorſus diſcuſſo, tunc
ad oſsis depreſsi eleuationem cucurbitu
la parti affectę admoueatur,vt iam dixi-
mus,ita vt ſenſim in ſuum locum os de-
preſſum reducatur:poſtea medicamen-
tum ex fermento cum modico terbinthi
nę admixtum cum pauco ſulphure con-
ficiatur.Ad idē quoq; ℞.mellis decocti
lib.j.cui adde furfuris torrefacti, & tritu
rati P.j.ſulphuris.vnci.j.ſalis.vnci.& dimi
dia pulueris ſummitatum abſintij. vnci.
ij.fiat emplaſtrum vel ex ſolo gummi hę
nemi quod manibus oleo camomillæ
perunctis ſubigatur,ad eandem quoq; cu
rationis methodum emplaſtrum cero-
neum,amoniaco mixtum accomodatur
nec non ~~fermentũ~~ ex reſina,cera, lique- cerotum
factis,armoniaco, ac longa ariſtolochia
in pollinem redactis ſimul commixtis
& vltimo oleo ſiſamino ſubigatur, ſed ſi
forſan omnis oſsis depreſsio omnibus
commemoratis auxilijs in propriam ſe-
dem non reducatur:non ſemper cucur-
bitulis vtamur,ne immodica humorum
attractio in partē affectam fiat:ſed ſi exi-
gua quantitas compreſsi oſsis ſuperſit
prauis ſymptomatis deficientibus tunc
intrepidè ſic dimittenda eſt:citra vllam
namque noxiam in pueris nonnul-
lis vidi ſimilem modicam compreſsionē
per longam temporis intercapedinem
minime nocere;imo multos poſt annos
à virtute adolendi os ipſum in ſuam ſe-
dē à natura in ea penitus reduci, & quod
miror,narrabo me vidiſſe poſt duos mē
ſes vulnus capitis cuiuſdam pueri cum oſ
ſe cōpreſſo in quātitate vni⁹ aſsis,nullo in
feſtante ſymptomate, & non auſus fui
os eleuare, ſed ſic compreſſum dimiſi
& ſic deo auſpice puer integrè ſanitati
fuit reſtitutus.Verum enimuerò ſi huiuſ
modi oſsis flexio vt ſæpe vidi citra tumo
rem carnis euenerit tunc præmiſſa venæ
ſectione vel crurium loco eius ſcarifica-
tione,cucurbitula alijsq; præſidijs in ſuū
locum os illicò reducere conandum eſt.
Quidam certè Italus chirurgus haud ob
ſcuri nominis dentibus ſuis cuti per-
cuſſę partis infixis,omni die mane ie-
iunus ſenſim puerile os extrorſum tra-
hebat quod multis iuuamēto fuit. Idem
etiam fieri poteſt longis capillis digitis
reuolutis,cute ſurſum fortiter eleuata.
Sed ſi forſan ob nimiam oſsis ad intra

oppresſionem cerebri membranis vel ipſarum venulis noxia vel ruptura impartiatur quod ſymptomatum indicijs perito medico palam erit, tunc quidem nulla mora interpoſita os ipſum veluti aliàs fractum & compreſſum terebratione & eleuatorijs inſtrumentis vtendum eſt, octo documētis iam ſuppoſitis in oſsium perforatione animaduerſis cura maxima adhibita vt membranarum cerebri noxiæ ſi qua eſt pro virili ſubueniamus & curatione iam dictæ capite de fractura cranei omnino penetranti ad finem vſque procedatur.

CAP. XXIII.

De relaxatione compaginis ſuturæ ſagitalis vel coronariæ.

POST omnes fracturarum cranei ſpecies ſupereſt modo de laxatione alicuius capitis ſuturarum ſuperiorum agere, quam interdum periculo iam euenire vidi: cuius Razes ſui Cōtinentis lib. 1. c. 10. atq; etiam. 15. eiuſdem Continentis meminit. Vbi enarrat ex caſu iumenti cuidam viro vtriuſq; ſuturę, nempe coronariæ, atq; ſagitalis laxationem eueniſſe: ſed hæc trifariam (vt experientia iam didici) vt plurimum puerorum capitibus ob eorum molliciem euenire ſolet: nempe aut ex tēplo percuſsione accepta abſque vllo extrinſeco vulnere. Secundò poſt aliquam temporis intercapedinē, ſanguine videlicet extra vaſa effuſſo, ibique ſenſim retento, ac ſuturam ipſam laxante. Tertiò arctiſsimo vulnere in ſummo capitis inflicto nullo facto meo humiditati expellendæ emiſſario: quo fit vt pus ibi retentum non ſolum ſuturam laxet, ſed reſirdatione, & inſtilatione ad interiora penetret, conſcitatis inde prauis ſymptomatis. Si primo igitur modo ſuturę laxatio contigerit ijs, vt experientia docet, cognoſces, oculi lachrimantur grauantur lumen fugiētes, quos veluti à ſopore excitati, ac ſpergefacti aperire nequeunt: locus præterea percuſsionis naturali ſuturarum ſedi ineſt molliori ſolito loco redacto: in pueris præterea (prę ſertim infantibus) cerebri membranarū motus percipitur: quod ſi contingat præmiſſa corporis euacuatione, ſecta vena, vel aluo cita, confortantibus ac ſtipticis ac diſcutientibus medicamentis veluti ſtecadis, Roſis, abſinthio, baloſtijs, ſchinanto vacis lauri camæmilla, alchermes & ei ſimilibus vino incoctis vtendū eſt: addito in ligatura, inter quoquendū puluere. Thuris Maſtychis gūmi iuniperi, quod vel ſtupis vel triangulatis pānis ad moueto conſtringenti deligatura duorum imitiorum ſuper impoſita. Ad idem quoque operæprecium eſt, totum locū ſuturæ [illegible] laxatæ, ſirupo mirthino & citoniorum ſimul ad punctū penè ſolidū incoctis linire: puluere corticum citri, coriamdri præparati, Roſarum, capulorum ſerici, ligni aloes, Maſthicis ſtechadis atq; bretonicæ ana ſuper ſparſo. Sed hoc medicamento non niſi principio iā trāſacto vtēdū eſt. Verū ſi tēporis tractu ex ſanguine citra vulnus (vt diximus) ibi retento ſutura laxetur: eiſdē medicamentis etiā vtaris aliquantulo mellis cōmixto, & cum noua ſpongia, decocto calido ſupra commemorato infuſa, locus foueatur. Nec alienū erit, factis iā vniuerſalibus vacuationibus, ſiccam cucurbitulam (vt extrorſus materia trahatur) loco admoueri: brachijs atq; cruribus interea tēporis funiculis conſtringentibus deuictis. Verū, ſi forſam cōtigerit, vt ego nonnunquā in hoc affectu vidi, puerorū oculos poſt tēpus lachrimari, ac penè caligari, ſectionē retro collū cucurbitula etiā præcedenti

denti, vbi prima vertebra cum capite cõmittitur, eis conuenientissimum est, admoueri eundemq; locum linimento sic confecto antea liniri. ℞. olei vermium terrestriũ, Irini, & delateribus. ana. drag. j. pulueris vermium terrestrium, granorum paradisi, galangæ, ana. scrup. j. cum pauca cera vnguentum conficito super suturam verò aliquibus iam elapsis diebus, oleum balsami, seu delateribus, cum aqua vitæ commixtũ in pannis admoueto: & in fine emplastrum baccarum lauri rectè applicatur, si autem huiusmodi suturæ laxatio ex materia in vulnere arcto retenta fiat, nempe ipsa materia ad interiora sensim resudante, vel instilante: sub sequuto postea aliquo lætali symptomate, tunc periculi vulnerati, præsagio facto, vulnus ad sufficientem vsq; ossis detectionem versus alterum latus, vt emissarium supersit, secare oportet, atq; à sutura quantum remotiùs fieri possit, craneum perforare, & curatione penetrantis fracturæ cranei Iam tradita curari: & licet tempus terebrationis seriùs debito videatur, vt pote post decimũ quartũ: tñ contingibile & rationi nõ alienũ erit cõ numeratione a die percusionis facta, esse decimumquartum & instillationis humiditatis super cerebri membranam sextum, aut septimum quod in alijs etiam fracturis euenire poterit. Si verò suturæ ampla relaxatio cum magno vulnere in carne, & periostio contigerit vt nonnunquam vidi ita vt concretus intus sanguis ad exteriora ore, & naribus clausis spirituque retento egredi possit & medicamentum mundificans ad interiora ingredi, tunc curatione fracturæ caluariæ penetrantis cuius capitulum iam præcessit curetur.

CAP. XXIIII.

Quo indagatur, vtrum menstruantium mulierum aspectus & earum lintea, vel panni vulneratis nocumento sint.



CVM in vtero materno sagacissima humana natura, cuius opus intelligẽtiæ est. 12. Meta. Phil. asseuerante perfectius opus, nẽpe virũ edere nequeat: fœminã nempe, veluti ex occasione produxit. Quocirca occasionatus vir mulier nuncupatur. Quę quidẽ tũ quia, virtutis robore masculi, tũ etiam ab eius forti exercitio lõge abest: nec nõ quia calidissima mulier frigidissimo viro est frigidior, vt Philosophus tenet licet. Hippo. lib. de morbis mulierũ aliter sentiat: hoc tñ ex accidenti est intelligẽdũ. In his igitur nutrimentũ non itidem in nutritũ vt in viro vertere neq; cõficere natura valet. Sanguis igĩ qui membrorũ nutrimẽto superat, veluti prorsus extraneus corrũpitur atq; per mulieris vterũ quolibet mense vt plurimũ extra corpus expellĩ. Quocirca mẽstruũ à mense nomenclaturã accepit. Vñ Gal. nõnullis in locis mẽstrua, lunares excreationes nuncupauit & quia spatiũ temporis mensurã di motũ lunæ dominãtis super vnũquodque humidũ est. Cuiꝰ mẽstrui assueti fluxus suppressione mulieres, ac potissimũ iuuenes multis ac prauis (vt notũ est) affi ciuntur morbis. Tẽpore igitur huius infecti sanguinis mẽstrualis expellẽdi mulieres ac præsertim praua tẽperatura ac prauis moribus prędite quadã tenus veneno participãt, his verò opposite nõ itidẽ. Illę igiĩ tunc tẽporis vsq; adeo visum, anhelitũ, tactumq; habẽt infecta, vt etiã speculũ nitidum maculent vt experientia docet, idemq;

ideq;.2.de somno & vigilia Philosophus testatur atq; etiā Plinius lib.7.cap.15. Ac perinde Conciliator differentia.64. sanguine etiā menstruo à canibus degustato in rabiem aguntur. Mulieris rursus mēstruātis peruētu atq; contactu acescunt musta & arborū fructus marcescunt, & in alueis apes moriuntur: & alia monstrifica eueniunt quæ loco citato à Plinio & lib. 28. c.7.cōmemorantur atq; etiā vt Selinus.c.4. asseuerauit huiusmodi etiā menstruātes mulieres præsertim vt diximus tēperaturis atq; moribus prędite efascinatrices publicè vocant, quia puerulos tenerrimos visu, anhelitu, & tactu inficere sæpius solent. Vulnera igitur ab ipsis inspecta longè magis inficient & certè huius rei oculatus sum testis, vidi enim vuln⁹ cuiusdā adolescentis hilaris atque rubentis coloris, visu mēstruātis mulieris statim liuescere. Modus igitur inficiēdi vulneris forsan est. Si visus iuxta Platonis & Empedoclis sententiā extramittendo visorios spiritus fiat, ipso medio aeris infecto vulnus attingente ipsum inficiūt veluti speculum solidum longè minus passibile inficere solēt. Si vero intus suscipiēdo vt Aristotelicū peripateticis placuit, eodē ferè pacto aere cōtaminato medij, muliere mēstruāte vulnus inspiciente inficit, vapores enim putridi vt venenati, q in motu visiuos spiritus ab anima immissos ad cristalloidē vsq; insequunt ac inde exhalantes mediū inficientes vulnus inficitur cōtinuata nimirū aeris infecti successione. Cæterū si visus vtroq; modo nēpe extramittēdo & intus suscipiēdo (vt nōnullis visum fuit) perficiatur tūc visiui spiritus infecti extramissi obiecti speciebus adiūcti per modū pyramidis pupillę & cristalloide delatis ac reflexis densissimū speculū, vt prædictū est, intra sphærā suæ actiuitatis sæpius maculātes à fortiori tenerrimū vulnus maculabunt. Quocirca receptū iā à callosis chirurgis in praxi est, mēstruātes mulieres procul à vulneratis abijcere. Ad Hæc Lanfrācus in facultate chirurga nō postremæ notę tract. 1.doctr.3. c.6.magnopere monet ne mēstruata mulier ad sauciatū accedat, neque ipsum intueatur: eadem certè imo à fortiori ratione mēstruantiū pāni internarū tunicarū vulneratis nocumēto erunt. Res enim cōtactu reali seu physico, vel intētionali intēsiùs multo agit. Cauēdū quoq; haud mediocri solertia est, ne linamenta, neq; pāni vulneribus admouenda ab ipsis menstruantibus mulieribus tāgantur: ex hoc enim vt lanfrancus ibidē asserit maximū parant vulneratis nocumentū. Nonnulli, etiā callosi chirurgi cauendū esse asseuerāt, ne panni ac linamēta, quæ à vulneribus auferunt à radijs lunaribus tangant: nocere enim hoc periculo cōpertū sibi esse dicunt. Suscepta forsan inde influentia aliqua vulneribus obnoxia.

CAP. XXV.

De Antidotis vulnerum capitis secundum varia vulnera & tempora atque temperaturas variasq; curandi intentiones.

PRIMO inter initia si sanguinis profluuiū instauerit peculiari ad hoc medicamēto succurrat, nempe cādido oui addito puluere thuris, aloes, pilorum leporis minutis incisorū ana.drag.j.plurimū simul agitato, verū in humidis tēperaturis plus thuris, in siccis verò pl⁹ aloes cōmiscendum est: quod Gale. 5. metho. c.4.mille effert encomijs: supra verò pannū ex posca, vel oxicrato madefactū admoueto, ita vt omnes vulneris circunferētias attingat. Verū si huiusmodi vulnera ex eis sint, quæ suturā postulēt, nēpe in partibus capitis lateralibus inflicta atque à telo

à telo incidenti tunc aglutinātibus medicamentis procedendum est, veluti vnguento gummi vernicis vel iuniperi super vulnus admotum: de super verò pannū in austero vino siue stiptico (quod vocant) imponito vel puluerem infra, debet dicendum vulneri immediate spargito, super imposito panno in sequēti instillatione madefacto R. olei communis. lib. iij. aquę vitæ lib. j. & semis bistortæ vnc. viij. radicis pentaphilonis. vnci. iiij. thuris, myrhæ, aloes, ana vnci. i. puluerizatis puluerizandis & optimè mixtis cum oleo & aqua vitæ per instillatorium vitri distilletur. Puluis autem superspargendus sic conficitur R. thuris, masticis, sarcocollæ, sanguinis draconis, tormentillæ aloes, myrrhæ, ana. drag. iij. fiat puluis. Fieri etiam potest priùs linitio præfati olei: demum prædicti pulueris sparsio. Ad idē quoque non parum confert oleum illud instillatum cuius lib. 2. de vulneribus neruorum in antidotario meminimus, in quo potissimum herba hipericonis, & valerianæ, & cardi benedicti ingrediuntur.

Medicamentum digestiuum (quòd vocant) quo non aliter vtendum erit nisi quando vulnera capitis secunda intentione (quam vocant) curantur.

R. Luteorum ouorū num. ij. olei rosati omphancitides guttatim mixti simul, atq; agitati, quod sit satis, confice ad mellis crassiciem. Competit præsertim temperaturis quidem humidis, vel vulneribus contusis nō immediatè aglutinandis, in siccis vero temperaturis digestiuum hoc ex terbintina de beto vnci. j. luteorum ouorum num. ij. sensim mixtis vngentum conficito.

Medicamentum pro circum ambitu vulneris.

R. Albuminum ouorum num. ij. olei rosati completi vel omphancitidis vnci. j. & semis. plurimum agitetur & in stuppis in circumambitu vulneris superponatur, facta priùs oleo rosato calido fomentatione.

Aliud ad idē medicamētum.

R. Olei rosati omphancitidis, vnci. iiij. cæræ albæ quod sufficiat ad coagulationem: quibus simul ad ignem liquefactis addito boli armenici. vnci. semis. rosarum rubrarū, sandalorum rubeorum coralli rubri, granæ finissimæ, puluerizatorum ana. drag. j. quibus optimè agitatis candidum oui atq; guttæ aliquot aceti rosati addantur, & plurimùm sensim agitentur. Vnumquodque enim istorum medicamentorū fluxum cohibendi atq; dolorem leuandi vim obtinet. Cæterum quia in capitis percussionibus præsertim cum cranei læsione ventriculus ob eius cum cerebro continuitatem compatitur cōcitata inde vomitione. Itaque ad ipsius ventriculi confortationem sequenti vnguento illiniatur.

Ad ventriculi confortationē ex affinitate cum capite laborantis medicamentum.

R. Olei rosati omphancitidis, olei masticini, vini albi, decoctionis rosarū, mentæ, & spicæ nardi ana. vnci. ij. coquantur simul vsque ad vini consumptionem: post addatur pulueris rosarum mentæ, & masticis, pulueris aromatici rosati ana. scrup. ij. cum sufficienti quantitate cæræ vnguentum conficietur.

Vnguentum ad prohibendam conuulsionem, quæ vulnera capitis comitari sæpe solet quo spinalis medulla collum atque emunctoria linienda sunt.

R. Axungię gallinæ, & anseris olei irini & camæmelli & vermium terrestrium

ſtrium olei vulpini ana. vnci. ſemis cum pauca cæra vnguentum conficito: cui ad de pulueris vermium terreſtrium. drag. j. yſopi humidę drag. iij. pulueris caſtorei ſcrup. j. Quo quidem medicamento tranſacta iam ſeptima die potiſsimum erit vtendum.

Ad tenſionem conuulſiuam membranarum cerebri.

VErùm ſi vnquàm contigerit cerebri membranam poſt oſsis perforationem tenſione conuulſiua tentari hoc medicamentum primas tenet. R. corticũ radicũ altheæ recentis, fenu græci camæmilli: maioranæ ſthæcadis ana. P. ſemis fiat decoctum in aqua ſecundum artem poſtea excoletur & exprimatur & hoc decocto calido caput totum priùs pertuſum atque etiam partes colli, & ceruicis ſordida lana in eo infuſa imbibito poſtea pannis calidis humiditas illarum partiũ exſicetur, & prædicto vnguento contra cõuulſionem (cuius ſupra meminimus) liniantur, membranæ verò tenſę medicamẽtum ex mucillagine corticum radicũ altheæ modico pulueris olibani albi gũmoſi, nec nõ pauculo croci ſuperadditis optimum eſt, ea methodo eo vtentibus, quam ſuperiùs recenſuimus.

Ad cõfortationẽ duræ membranæ cerebri, tenſione iam remota, medicamentum.

R. Pulueris granæ finiſsimæ foliorum auri ana. drag. j. mellis centaureę vnci. ſemis aquæ vitæ, mellis roſati ana. vnci. ſemis miſce.

Medicamentum membranæ poſt oſsis perforationem nudatæ adaptandum.

R. Olei omphancitidis, ex oliuis atq; roſis vtriſq; immaturis confecti partes. iij. mellis roſati colati optimi partẽ. j. ſed in hoc medicamento vt iam ſupra etiam tetigimus: oleum ſenſim minuendum ac mel roſatũ addendum eſt donec ad mel ſimplex perueniatur. In ſera vero oſsis perforatione nequaquã oleo vtendũ intra vulnꝰ erit vt iã latiùs ſupra aſſeuerauimus: ſed ſimplici melle. Ad idẽ inter initia atq; etiã poſt quomodolibet applicetu oleũ Hipericonis operæ pretium eſt.

Ad carnis productionem in in membrana cerebri.

CAEterum cum iã carnis productione opus fuerit ipſa mẽbrana iã pura in ſiccis temperaturis ſequens fiat commixtio R. pulueris corticis thuris qui valentius quã reliquæ olibani ſpecies exſiccat Authore Gal. 3. meth. cap. 3. Ariſtolochię vtriuſque ana. dragm. j. farinæ orobi ſcrup. ij. miſce cum mellis roſati excolati. vnci. ij. & terbintinæ ex beto vnci. ſemis. mellis centaureæ. drag. iij. miſce.

Ad productionem carnis ſuper duram cerebri membranam in temperaturis humidis.

R. Granorum myrti, thuris albi gummoſi farinæ ordei ana. dragm. j. fiat puluis. Quo tam per ſe quàm melle roſato commixto vti poteris.

Ad idem in temperaturis mediocribus ad carnem producendam.

R. Corticis radicis oppoponaci granorũ mirthi, ſãguinis draconis ex gutta, farinæ fabarũ ſarcocollæ, mirrhæ, mumiæ ana. drag. ſemis. mellis roſati excolati, quod ſit ſatis commiſceto: & vtere eo ſiue in polline cum linamentis ſiccis, ſiue melle roſato admixto, vel cum modico melle centaureæ.

Medicamenta vulneribus capitis admonẽda deſuper, nempe poſt admota linamenta inreriùs.

R. Vnguenti gummi, vnguenti aurei elemj Guidonis emplaſtri centaureæ cuiuſque

iuſque

iuſq; vnci.ſemis.omnibus liquefactis vnguentum confice. At verò ſi ſolidius, quã oporteat, fuerit, guttulæ olei maſtichini, vel roſati addantur.

Ad idem, maximè temperaturis humidis, profuturum medicamentũ.

R. Vnguenti tetrapharmaci, ſeu baſiliconis partes.ij.emplaſtri centaureæ partem.j.vnguentum confice.

Ad idem quoque proficuum medicamentum.

R. Olei roſati, & maſtichini ana. vnci. & ſemis, ſucci betonicæ vnci.ij. vini albi odoriferi ex decoctione cẽtaureę roſarũ, & baccarũ lauri ana.vnci.ij.& ſemis ferueãt ſimul vſque ad vini & ſucci conſumptionẽ poſtea addatur reſinę, terbintine ana.vnci.j. thuris maſticis, puluerizatorũ ana.drag.iij.ceræ quod ſit ſatis vnguẽtũ confice ſuper addito puluere granæ finiſsimę drag.j.in pueris vero vnguẽtum pallidum, ſeu baſilicon præſertim aliquantulo thuris admixto ſat erit.

Vnguentum Iſis chefalici ad cranei præciſionem vt Galenus tradit tum.4.tum.5.de compoſitione medicamentorum per genera.

R. Cæræ denarium põdo.c.terbintinę denariũ põdo.cc.ſcammę ęris rubri denariũ pondo.viij.æruginis raſæ denarium põdo.viij.Ariſtolochiæ rotundę denarium põdo.viij. thuris, denariũ põdo viij. ſalis amoniaci denarium põdo viij. guttæ amoniaci denarium põdo.viij.aluminis cõbuſti denarium pondo. vj. æris vſti denarium pondo viij. mirrhæ denarium põdo.xij.aloes denarium põdo.xij. galbani denarium põdo.xij. olei veteris heminam.j.aceti heminas.ij. quæ liquari poſſunt ſiccis in mortario ſuper infundãtur. Hoc vnguẽtum Epigonij q̃dã alij verò heras appellãt. Cęterũ vnus ex Galeni pceptoribus vt ipſe inq̃t dracunculi radicis denariũ cõmiſcebat. Hoc nẽpe medicamẽtũ eſt q̃d in antiqua traductione vnguentũ Ephiſeos corrupte nũcupabatur: hoc etiã vnguẽtũ eſt quo Eudem⁹ ſenex ſtatim mẽbranis ab oſſe detectis vtebatˀ & pręter ſpẽ multis fuit auxilio vt Galen. 6.meth.c.vlt.in fin.teſtatˀ licet apud ipm nõ ſemper tutũ erat vt lati⁹ ibi inuenies.

Vnguentũ gũmi enhemi Cõciliatoris dĩa.181.quo (vt aſſerit) cranei fractura ad interiora penetrãs citra oſsis pforationẽ curatˀ tracta ab eo materia intus coaceruata ad exteriora.

R. Gũmi enhemi vnci.iij.reſinę puriſſimę vnci. iiij.cæræ vnci.vj.olei roſati vnci.iij.ſemis.amoniaci. drag.ij.terbintinę vnci.iij.drag.v.fiat vnguẽtũ. Vbi aduertito hoc vnguẽtũ apud barbaros corruptè dici gũmi elemi cũ rectius dixiſſet gũmi enhemi, quod eſt olea AEtiopica. j.gũmi oleaſtri, vt patet ex Plinij ſnĩa lib. 12.nat.hiſt.c.18.Dioſc.c.162.De olea. lib. 1. c. 116. ex Andreę Lacunę translatio. ex Virgilio v. Marcello lib. 1. c. 128.

Aliud ad idem nempe medicamentum reſinæ attractiuum quod vocant ad ſaniẽ & oſsiculam cõmota in fractura cranei extrorſus trahendã.

R. Reſinę pini vnci.vj.cæræ vnci. v. liqueſcant ſimul & addatur pulueris propollis & radicis cannæ ana. drag. iiij. & fiat emplaſtrum quod manibus multùm ſubigatur.

Aliud ad idem.

R. Fermenti acris lib.ſemis piſterˀ optimè, & eimiſceatˀ pulueris ppollis, & radicũ cãnæ acbdelij ana.drag.iij.hoc nẽpe medicamẽtũ opẽ fert ad attrahẽdã ſaniẽ per rimulã caluarię ad exteriora, ad eleuãdum os flexum citra fracturã in capitibus puerorum, atq; ad extrahendũ infixa omnia atq; pus à cauitate thoracis. ,atq;,

Vinum auſterũ & confortatiuũ quo tẽpore carnis producẽdę comperto vulnere in pannis adaptamus.

R. Nucũ cupresſi,foliorũ lauri,& mirti foliorũ oliuæ,balauſtiorũ centaureæ,roſarũ,florũ roris ~~maximi~~ maioranę ſthæcadis cuiuſq;. P. j. oĩbus cõquaſſatis bulliãt in quatuor libris vini albi veteris, vel rubri,ſcd̃m artẽ ad medietatis vſq; cõſumptionẽ,& vtere in pãnis in eo madefactis & expſsis,modo iã dicto,habita animaduerſione iuxta doctrinã Gal.multis in locis methodi circa temperaturam ac tempus & particularum diuerſitatem. In ſiccis nanq; tẽperaturis ſicciora cõmiſcẽda ſunt ſimplicia medicamẽta,ĩ humidis vero parũ ſicca,veluti inprimo gradu.

Medicamẽtum ad diſnoſcendum in magna contuſione capitis abſque vulnere exteriori, An caluariæ os ſit fractum vel non.

R. Ceræ vnci. vj. Labdani vnci. j. & ſemis.thuris pulueriſati vnc.ſemis & cũ labdano & cæra liquefactis fiat miſtio manibus ſubigando & capite prius abraſo parti læſæ ſuperimponito : & ſequenti die remittẽ. Et experimẽto cognitũ eſt, quod ſi fractura ſubeſt, pars cutis ſibi correſpondẽtis, exſiccata euadit ſi autẽ fractura non ſit, nullibi cutis exſiccabitur.

De cõtuſiõe cap.abſq; vulnere cutis cũ ſãguine cõcreto ex trauaſſa aſq; fractura cranei.

INter initia ſumito ouorum albumina nu.iij,pulueris roſarũ & gran. Myrti.ana.drag.iij.olei roſ. vnci. & ſemis agitentur. Simul, & in ſtupis parti læſæ ſuperimponito.

Ad idem procedente tempore.

R. Vini rubri lib.ij.roſarũ,camæmelli, aniſi,granorũ myrti,& baccarũ lauri ana.P.ſemis:buliãt ſcd̃m artẽ admedietatis vſq; cõsũptũ,& collentᷣ:poſt addantᷣ mellis coĩs vnci.iij.olei camæmelli & roſati ana vnci.& ſemis:panis furfuracei, farinæ fauorũ,pulueris meliloti,camæmelli,& baccarũ lauri,floris roſis marini ana P.ſemis arte & igne fiat emplaſtrũ.Et in ſeparatione ab eo addantᷣ ouorũ num. ij. croci.ſcrup.ſemis ſalis modicũ miſce & fiat emplaſtrũ qđ tumorẽ cõtuſionis perhalitum digerit, vt ſum expertus.

Aliud ad idem.

R. Cotoneorũ nu.iij.coquantᷣ in vino rubro pri⁹ minutè ciſis:& poſt integrã decoct. piſtenᷣ & addaᷣ vini p̃dictæ decoctionis vnci. viij.mellis vnci.iij.thuris maſthicis granororum myrti,maioranæ,ſthecadis aniſi puluerizatorũ cuiuſq; P.ſemis.fiat emplaſtrũ ſcd̃m artem.Fieri etiã p̃õt ex ipſo decocto cithoneorũ ex collato, additis pulueribꝰ prædictis, atq; melle. Oportet tñ priùs totũ caput foueri molli ſpongia madefacta in dicto decocto tepido,atq;modico ſalis immixto.

Ad vulnera lateralia capitis à telo inciſiuo glutinanda:nec non ad omnia alia in quibus aglutinatio potiſsimum expectatur.

R. Aquę vitę lib.j.olei peryconis lib.ij. biſtortæ,radicũ pẽthaphilonis virẽtiũ ana.vnc.vj.thuris,mirrhę,aloes ſingulorũ vnc.j.& ſemis,in pollinẽ,quę redigẽda ſunt, rediganᷣ radicibꝰ nimiũ cõtuſis, & oleo,atq; aquæ victæ rectè oĩbꝰ cõmiſtis p vitreũ ſublimatoriũ inſtillenᷣ. Qua inſtillatiõe&ſeq.puluere innumeri penè ſunt curati.Methodꝰ aũt curatoria eſt, vt ſutura vulneri recẽti, atq; inciſo admota (ſi ea opꝰ ſit)vel oſsiculis(ſi q̃ p̃rſꝰ cõmota ſunt)extractis,vulnꝰ liniẽdũ eſt,penna ĩ p̃dicta diſtillatiõe madefacta: deinde ſequẽti puluere ſup ſparſo:cuius hæc eſt cõpoſitio.R.thuris maſticis ſarchocolę ſanguinis draconis ex gutta tormẽtillę aloes mirrhæ ſingulorũ vnci.j.ex oĩbꝰ puluerẽ cõficito,poſtq̃ vulnꝰ p̃dicta inſtillatione illitum ſit, & deſuper puluere admoto, ſicca linamenta admoueantur.

Emplaſtrum in fine curationis vulnerum capitis, ad confortationem.

R. Emplaſtri exicrocij & cẽtaureæ aut brithonicæ, quod ſit ſatis. Quibus, vel per ſe,vel mixtis vtendum eſt,addito puluere granæ finiſsimæ & corali rubri momẽto. In magnis ~~etenim~~ fracturis oſſium cap.tres quatuorve panes auri addãtur,& muſci ambræ ana.g.iij.

Finit liber primus de vulneribus capitis.

ANDREAE ALCAZARIS Medici, ac Chirurgi.

Liber Secundus. De vulneribus neruorum, alijsque ipsorum affectibus.

CAPVT PRIMVM.

De neruorum definitione, seu descriptione.

VM CAPITIS VVLnera omni ex parte hactenus tractauerim⁹, insequitur accōmodè, neruorū vulnera, & affectus pertractare, cū ab ipso capite, nēpe à cerebro, oēs sensorij atque motiui nerui, mediatè vel immediatè, originē suā trahāt: & prius q̄ vulnerum neruorum documenta aggrediamur, definitionē, seu descriptionē nerui, deinde eius anatomē præmittere, oportet. Est igitur neruus, iuxta Guidonis traditionem, tract. 1. cap. De neruorum anatome, membrum homogeneum, ad tribuendum sensum, & motū musculis, ac cæteris particulis sensitiuis, creatū. Quæ quidem definitio, aut descriptio, exacta vr̄, constat em̄ genere, & dr̄ia: Nā illud homogeneū membrū, in definitione positum, loco generis est, dicitur em̄ de omnibus alijs mēbris simplicib⁹, quæ specie differūt, nēpe, osse, cute, carne, pinguedine, & alijs: dr̄iæ loco, stant verba illa, ad tribuendū sensum, & motum, nāque, alia mēbra simplicia, nec mouēt, nec sensum præstāt, verbū illud (sensitiuis) ossa, & cartilagines, quę sensu carēt, excludit, & quāuis nerui quidē, à posteriori cerebri parte propagati, motiui nuncupent̄: & alij q̄ ab anteriori parte exoriunt̄, sensitiui, non t̄n intelligas, motiuos sensu, nec sensitiuos motu carere, sed analogicè, ex præcipua vnicuique vi indita, nūcupari, q̄d potissimū, nimirū isti, sensum, illi vero, motum p̄seferant, exēplo sunt, brachiorū motiui vulnerati nerui, q̄ sæpè intensum dolorē, & sæpè etiā cōuulsionē, præ nimio sensu, afferunt, & sic è contrario, oculorum, palpebrarum, & linguæ sensitiui nerui, motū etiā inferunt, vt docuit Auicen. Fen. 1. 1. doct. 2. quo fit, vt eisdē neruis, sensus & mot⁹ actu, vel aptitudine, inferat̄. Nec definitioni obstat, q̄ videat̄, dentibus inesse sensum, cū doleant, dolorque euulso dente aliquo, sedetur, nam, non dens, sed nerusculi quid à dentiū radicibus impacti in causa sunt, q̄d si dolor mitescit, aut tollitur, p̄uenit ex eo, q̄ humor, q̄ prius dente operiebatur, illo euulso, remoto impedimēto exhalat. Suadetur hoc, alia rōne, q̄d si dentē aliquē raseris, nisi gingiuas tetigeris, dolor non insurgit. Sed definitionē impugnare vr̄, quod nō soli neruo, sed etiā musculo, ipsa cōueniat: nā musculus (vt Gal. lib. de motib⁹ liquidis placet) est electiui, aut volūtarij motus organū. Cui difficultati, bifariā r̄ndeo. 1. definitionē, nerui non diuisim, sed copulatim prædicari de suo definito, quasi neruus sit, non sensus solius, sed motus simul organū: at musculus, licet aliquantuli, voluntarij organum sit, non t̄n simul sensus. Scd̄ò, vt q̄uis muscul⁹ electiui, seu volūtarij mot⁹ organū sit, hoc t̄n nō ex se efficere, sed p̄ ipsum neruū, q̄ ipsius principiū est, quia aīalis motiua virtus, primit⁹ immediatiusque neruis ipsis influit, & secūdariò musculis, q̄ppe cū nerui copulatiores cum sint, vt ipsis adiuti, motū perficiūt: sic musculi motus, ea ratione, neruorum virtuti po-


Marginalia: Neruorum definitio, aut descriptio. — Obiectio. — Responsio. — Alia obiectio. — Responsio.

ti potiſsimum tribuendus eſt, ſiquidem, prædicta animalis virtus, propriè à cerebro (vt dictum eſt) influit, iuxta medicorum placita, atque Cauliaci tract. primo, capit. primo. vniuerſali de Anatome, vbi ait, quod & ſi ethereogenea membra ex pluribus conſtent particulis, gratia nempe commodioris actionis, & paſsionis, ſolus tamẽ neruus totius actus principium eſt, hoc placuit Gale. primo & ſecundo. devſu par. quod, ratione etiam conuincitur, nam etſi ad motum, præter neruum, quibuſdã alijs opus ſit, vt muſculis, chordis, & alijs, ipſe tamen neruus, animalem virtutem à cerebro manantem, primitus emittit, cæteræ partes, tanquam medium quoddam cenſendæ ſunt.

CAP. II.

De neruorum origine an ex corde, an verò ex cerebro oriantur.

Nerui ſecũdum philoſophos ex corde oriũtur & opinionis hui⁹ argumenta.

Vod neruorũ ortum, diſsidium per maximum inter Philoſophos, ac medicos, legimus, nanque Ariſtot. animalium libris, & Auerro, colliget. 2. multique alij ex Philoſophis, ex corde neruos oriri, ſcriptum reliquere, fundamenta iſtorum illa ſunt, cor corporis totius motus & ſenſus principium eſt, nõ cerebrum, quod ex ſe, nec ſentit, nec verè mouetur, vt docet Philoſophus de partibus animalium ſcdo. eſt enim velut coagulata pituita, ergo cor neruorũ erit origo, quod corporis inſtrumenta omnia gubernat, ad hæc, quod in humano corpore prius mouetur, & vltimo motum prorſus amittit, ipſum cor eſt, tanquàm corporeæ, virtutis, & actionum omnium radix, iuxta philoſophũ animal. 9. & Auic. 5. vnde conſequẽs eſt, vt à corde, non à cerebro oriantur nerui, quibus tãtæ corporis partes mouent. Verum contrariã ſniam, apertè tenet Gal. 6. & 7. de Hippocratis placitis, ac de vſu par. 8. vbi in Ariſtot. vehemẽter inuehit, tum etiam de neruorũ diſſectione, quem medici pene vniuerſi ſequũtur, qui ex ipſa anatome, demõſtratione clariſsima facta, docet, neruorũ principium, & originem cerebrũ eſſe, idq; certè in anatomicis adminiſtrationibus mediocriter exercitatis incõperto eſt. Et experimẽto per ſæpe videmus, cum vulnus aut percuſsio, cerebro, vel eius membranis, vel ſpinali medullæ infligit, neruos ipſos contrahi verſus eorum principiũ, nẽpe cerebrum, inſigniterque lędi, imò conuulſionẽ inſequi vnde Gal. de loc. affect. 1. & 4. cap. 5. affirmat, quendã ex dorſi ictu, alium verò ex madefactæ veſtis humore, circa ceruicem, ſenſificã digitorũ facultatẽ amiſiſſe, applicatoq; duntaxat medicamine ceruici, ſanatos eſſe, Quod nos etiam experientia docuit, & infeſtari neruos, aliaſque partes, quibus nerui inſeruiunt, ob cerebri affectus, & è contrario, ex neruorũ vulnerib⁹, cerebrũ lædi, quaſi per quandã cõpaſsionẽ, Hippocrates ipſe de vulneribus capitis, & Auic. 1. 3. tract. 3. c. de plaga, & inciſione capitis. & 4. 4. cap. vulne. neruorũ apertè docuerunt: & nos, latius multo, ſupra libr. 1. diſſeruimus, vbi cum Hippoc. ſupra citato loco & Auic. 4. 4. dicto capit. vulner. neruor. diximus, veluti ex ramis, ad arboris radicẽ, ex affectis neruis ad cerebrum nocumentũ aſcendere, quo fit, vt vigiliæ, delirium, ſæpeq; inſania, atque conuulſio, ex neruorum percuſsione, conſequantur. Huius ratio ab Auic. citato cap. vulner. neruo. redditur, vbi inquit, neruis ꝓpter vehementiã ſenſus eorũ, & continuitatẽ ſuã cũ cerebro, accidũt ex vulneribus, dolores vehementes, &

Secũda medicorum opinio affirmantiũ neruos non à corde ſed à cerebro ortum habere & eorũ fundamenta.

Percuſsio cerebro, aut eius mẽbranis vel ſpinali medulla nerui verſus cerebrũ contrahuntur ac inſigniter læduntur.

Ex neruorũ vulnerib⁹ cerebrũ offenditur.

Ex neruorũ percuſsione delirium, inſania atque cõuulſio oboriuntur.

tes, & læsiones valde magnæ, sicut spasmus, & permistio rationis. Quod & ipse periculo sæpè intellexi, quia in ciuitate Abulensi ex paruo vulnere in supercilio, Iuuenem quàm ocyssimè caligine obductum, laterisque vulneri oppositi paralysi, aut resolutione affectum, Segobiæ quoq; (vbi tunc degebam) vidi punctura in pedis neruo facta vulnusculoq;, quod vix cerni poterat, puerum conuulsione correptum, perijsse, hisce oculis conspexi noxa nimirum ex neruosis ramis, ad cerebrum eorum radicem tracta.

Casus notandi.

Ego vero in hoc opinionum conflictu, quid sentiam, hic scribere destinaui, & arbitror quidem, rem attentius considerans, tam varias sententias posse sic conciliari, vt & Philosophorum & medicorum placita, in idem, varia tamen ratione recidant.

Autoris opinio quod ad neruorũ originem.

Nam philosophica propositio ex corde neruos suboriri contendens, de latenti, ac pene inperceptibili origine intelligenda est, nanque neruusculus quidam tenerrimus, tenuissimus, occultè immediatè, ex corde ad cerebrum vsque conscendit, quo duce, tum sensoria, tum motiua virtus ab ipso corde ad cerebrum defertur, à quo nimirum neruulo, ipsi cerebri substantiæ colligato, nerui omnes vigorem contrahentes, potentia adactum penes sensoriam, ac motiuam functionem, redacta, in humanum corpus propagantur, quod ex ipso Galeno de vsu partium. 12. capite vndecimo. colligi potest, vbi cerebrum veluti fontem esse, & spinalem medullam fluuium, ex illo tanquam fonte manantem, atque inde neruos, veluti riuulos, deriuari, ac deduci, probat, nec hoc sine magno consilio, à natura parente, factum censendum est, ne enim tanta neruorum compaginis mole, tantoque artificio, cor grauaretur, eam curam cerebro iniunxit, iuxta Auicennæ placita. 5. de animalibus, quia contra philosophicas traditiones esset, in membro quod virtutis alicuius principium est, ipsius functiones, vehemẽtius operari, cum oporteat, suis instrumentis exerceri.

Alia est neruorum origo occulta, ac in perceptibilis ex corde, alia manifesta ex cerebro.

Cerebrum fons spinalis medulla fluuius ex illo manans, nerui riuuli inde deriuati à Gal. dicuntur.

Cur tota neruorũ cõpago immediate à corde nõ ꝓcedat.

At medicorũ sententia, quæ neruorum ortum cerebro tribuit, de origine manifesta, atque conspicua, vsurpari debet, constat enim ex anatomicis administrationibus manifestè, neruos omnes ex cerebro deriuari, quod etiam ipsa experientia (vt exemplis pluribus supra ostensum est) luce clarius demonstrat. Igitur vt summatim dicam, nerui immediatè subtili illa, ac imperceptibili propagatione à corde, mediatè verò, manifesto, ac sensibili ortu, à cerebro proficiscuntur, & sic neruũ eandem cum cerebro habere substantiam constat sed compactiorem ne à quolibet pateretur, vt Galenus de Hippoc. & Platonis decretis innuit.

CAP. III.

Vtrùm sensus & motus per vnum neruum, an per diuersos ferantur.

ERANTVR. Circa sensus, & motus delationem, non vulgaris dubitatio se se offert, per vnum ne, an per plures neruos fiat, quàm Guido noster, capite de neruorum anatome. tractatu primo. obiter duntaxat, perstrinxit, & quod per plures, sunt argumenta. Primum, quòd sensoria virtus ex passionis genere censetur, motiua vero actionis, nanque sentire quoddam pati, mouere quoddam agere est, de lo. aff. primo Galeno asseuerante, cum igitur, tam late huiusmodi

Quod ꝑ vnum neruũ sensus, & motus non deferantur argumenta.

virtutes

virtutes dissideant, non vno, sed varijs instrumentis regi, necesse est, consequenterque, non per vnum sed per plures neruos deduci. Ad hæc Galenus de morbo, & Symptomate. 4. asseuerat, interdũ per vnum, interdum per varios, sensum, & motum deferri neruos, igitur non semper per vnum. In contrariam tamen sententiam medici penè vniuersi erũt, cum Galeno libr. 1. de symptomatum causis, quæ vel ipsa definitione nerui conuinci videtur, dum inquit, neruum, membrum homogeneum esse, ad tribuendum musculis, & reliquis sensitiuis partibus, sensum & motum esse, vbi simul ac copulatim, neruus sensui & motui deferendo instrumentum aptum dicitur. Ergo pluribus neruis ad hoc opus nõ est. Insuper vitalis spiritus à vitali sanguine, substantia longè dissidet, ac perinde naturalis spiritus, à sanguine nutrimentali, & tamen per eandem arteriam, vitalis spiritus, cũ ipso sanguine, perque eandem venã, spiritus naturalis, ac nutrimentalis sanguis simul deferuntur, ergo per eundem neruum, motiua & sensifica virtus, rursus vnum & idem numero, circa duo etiam diuersa, vim habet: veluti lingua, circa gustum atque sermonem, ergo sic neruus circa sensum, & motum, & ad contraria argumẽta. Respondeo, ad primum, vt quanuis sensus & motus dissona sint, specialiter, conueniunt tamen in communi, ita vt anima, cum natiuo calore delato: in eorum organum possit diuersum effectum imprimere. Ad Galeni verò authoritatem, motum, & sensum interdum per vnum, interdum per diuersos neruos humano corpori deferri asseuerantis, dicendum, velle Galenũ, vt neruus qui in prima origine vnus erat, sensum & motum simul deferens, postea in diuersos ramos, eundem sensum, & motum simul deferentes, dispergatur, non vt intentum Galeni sit, affirmare, per vnum neruum sensum, per alium vero separatim motũ importari, nam vnum neruum in plures diuidi, sicut vnam venam in diuersas, docet Galenus. 1. de lo. aff. l. 2. respõdeo, ex mente Galeni esse discrimen constituere, inter corporis humani membra, sic, vt quibusdam, nempe his, quæ actu, & potentia sensu, & motu indigent, per vnum neruum, sensus, & motus deferantur, alijs verò, nempe motiuis, quibus nerui adeo profundè delitescunt, vt sensibile obiectum, ad ea deferri, aut penetrare nequeat duntaxat motus per vnum neruũ importetur, sensus verò tantum in potẽtia maneat, sic locũ obtinet, quod inquit, interdum per vnum, interdum per diuersos, nam si separatim, per diuersos neruos, sensum, & motum, deduci vellet Galenus, sibi quidem esset contrarius lib. 1. de symptom. cau. ca. 5. dum inquit, quod si spinalis medulla (à qua nerui motiui propagantur) fuerit læsa, si læsio magna est, insensibiles, immobilesque, quæ infra sunt partes, statim fiunt, si parua verò, torpent, rursus eodem libr. & capite paulò antè, ait, quando autem partes per neruum voluntariè mouentur, eædem protinus sensum quoque per eundem possident.

Per vnũ neruum sensus & motus deferuntur, & fundaměta.

Respõsio ad argumenta.

Galeni loc' bifariam interpretatus.

CAP. IIII.

An sensus & motus substantialiter, an verò radicaliter deferantur.



Difficilis est proposita quæstio, & quæ Guidonem nostrum, vsque adeo ancipitem reddiderit, vt in fine sui textus, citra vllam aliam resolutionem, in hæc verba eruperit, me-

rit, melius est obdormire, id est, huius quæstionis diuisionem silentio prætermittere, in cuius interpretatione, ipsius Cauliaci series, ipsaque addubitatio, bifariam intelligi potest. Primò, vt sit dubium, vtrum nerui, ex cerebro, aut corde (modo de quo superius) substantialiter, id est, iuxta substantialem formam, qua motum & sensum inferunt, deriuentur: an vero radicaliter, hoc est secundum radicalem corpoream materiam. Secundò, vt aduerbium substantialiter, Guidonis serie, stet pro corporea materia, aut substantia largius sumpta, & aduerbium illud radicaliter, pro radialiter, hoc est radianter, typographi vitio legatur, quasi addubitet Guido, an per neruos, ex cerebro, aut corde, ad vniuersas corporis partes, sensus, & motus, substantialiter, vel corporaliter deducantur, an radialiter, seu irradianter: ita, vt quemadmodum, à solaribus radijs vitro percusso, illico splendor transmittitur, ita sensoria & motiua virtus, per neruos, radialiter quasi illuminando, ad reliqua corporis membra, influant, atque irradient, qua vltima interpretatione admissa, vtraque quidem assertio probabilis videtur, nam ex neothericis non desunt, qui contendant, animales spiritus, irradianter, non vero substantialiter, hoc est secundum corpoream materiam, per neruos, tanquàm instrumenta, ad membra permeare, argumento sumpto ex Galeno de neruorum dissectione asseuerante, præter opticos oculorum neruos, nullum alium conspicuas habere cauitates, inferentes inde, supradictos spiritus non substantialiter, sed irradianter, per neruos deduci posse, vt per vitrum, aerem, vel aquam, solis radij transmittuntur, iuxta Galenum primo. de symptomatum causis capit. quinto. sed contrarium, nempe animales spiritus, substantialiter (vt cum Guidone loquar) vel materialiter largius materia sumpta, per neruos deferri, vel illud argumentum conuincit, quod si intentis viribus membrũ aliquod fune constrinxeris, sensui, & motui occludes viam, nõ alia ratione, quàm quòd ipsi spiritus omnes vitales naturales, atque animales transmitti ad membra nequeunt, nam si irradiare spiritus possent, compresio impedimento minimè esset, & ad Galeni textum respondetur, de insigni atque clara cauitate intellexisse, quæ exceptis opticis, alijs in neruis non conspicit, sed imperceptibilẽ cauitatem reliquis esse non negat Gale.

Guidonis series bifariã explicatur.

Guidonis series restituitur.

Sensus & motus irradialiter, an vero substantialiter seu corporaliter p neruos deferantur.

Probabile est per neruos sensum, & motũ radialiter, vel substãtialiter deferri.

CAP. V.

De Neruorum breui anatome, vbi Guidonis subobscurus textus interpretatur.



NVNC de neruorum anatome paucis agamus, & præmitto, terminum neruus, quo microcosmi mẽbra omnia motiuas, ac sensorias functiones recipiunt, iuxta authorum traditiones, trifariam vsurpari, primò, atque proprius, pro substantia subalbida flexibili, sed dura, & separatu difficili, quadamque tenus rotunda, quæ secundum medicos, sensus & motus propriè organum siue instrumentum est, cuius origo, immediatè cerebrum, mediatè verò spinalis est medulla. Secũdò pro duriori substantia, subalbida, quæ ex ossibus nascitur, ea inter se se connectens. Vnde syndesmus, hoc est ligamentum, dicta est, hæc duplex existit, altera interius ossa copulans, sensus expers, eaque ratione, valentisima tolerans præsidia, vt docet

Terminus neruus trifariam vsurpatur.

Syndesmus qui interius ossa connectit sensus expers est, ob idq; valentisima tolerat psidia.

Aliud est ligamentũ exterius cũ osse musculũ colligãs sensu preditum cuius fibræ vix pcipiuntur.

vt docet Galenus sexto. Method. capite quarto. & de lo. aff. primo. in hæc verba, cor non sustinet abscessum, quemadmodum neque pulmo, neque sindesmi dolorem, altera musculum exterius cũ osse colligans, ea videlicet parte, qua musculus osi mediatè inhęrescit. Atque huiusmodi quidem ligamento sensus inest, latius ac planius neruo est, eiusque fibræ tã connexæ, vt non percipiantur, iuxta Auicennam. Fen. 4. 4. tract. 4. ca. 1. vbi etiam tradit, ligamentum hoc, transuersim incisum, tutò à chirurgo consui, quãuis interdum, quando nimirum vulnus articulo valde proximum est, insutum relinquere (meo iudicio) conueniat, cum sindesmus ille prope articulũ oriatur, nec à cerebro procedat, quo fit, vt nec versus cerebrum contrahatur, nec perinde, in mẽbro sensus, & motus tãta fiat iactura non tanto poro, seu callo, futura inter sindesmi incisi partes omissa, procreato, quod in neruo inciso, nec consuto, longè aliter contraria ratione, cõtingeret. Tertiò largius pro chorda, seu tendone, à musculo orto ex neruo, atque ligamento composito, cui solidior, duriorque ipso neruo, substantia est, vsurpatur, quo præmisso, neruos omnes priore modo acceptos, in sensorios, atque motiuos diuido, ex cerebro inquam immediatè, ex ipsius spinali medulla mediatè ortos, illincque in vniuersum corpus propagatos, ex parte ergo cerebri anteriori, ac molliori, Primò, septem sensitiuorum neruorũ paria, immediatè ex cerebro, iuxta mammillares (quas vocant) caruunculas, olfactoriæ virtutis sedem, exorta, interdum in ramos sparsa, membra præsertim sensoria ingrediuntur, ex his, duo primi nerui optici inscribuntur, visui inseruientes, quibus opticorum nomen quòd visoriam functionẽ obeant inditum est: ij crassitudine, mollis summa substantia, atque cauitate, reliquos sensorios neruos antecellunt, eorumque radicibus oculi hærent, nec illis, vt alijs, in ramos dispergi contingit, & hæc est sensitiuorum prima coniugatio. Secunda vero, durior ac multo tenuior in musculos, qui oculos mouent, distribuitur hæc ex calua foras exit, dumque per illam procedit, consociã reperit. Tertiam neruorum coniugationem, qui quidem ortus initio multi sunt, sed vsque adeo omnibus molliores, vt nisi attẽtius intuearis, vnum iudices: capillorum enim formam referunt: horum, quidam temporales musculos frontem, supercilia, atque labra intrant, quidam, inferioris mandibulæ articulationi, atque epulis tum gustandis, tum mandendis inseruiunt, quidam vero in gingiuas, & dentes porriguntur. Quarta verò neruorum coniugatio, paulò durior, cum tertia quã primùm nascitur, commixta, duriorem membranam, atque caluariæ os percurrens ad palatum defertur, per eamq; sensoria, atq; partim gustatoria functiones, importantur. Ex quinta, duo auditorij nerui à cerebri lateribus nascuntur, quorum alter, ad auditorium meatum, cerebri membrana interius dilatata fertur, alter, in alterum foramen ossis petrosi procedit, ab insigni eius duricie, lithoides, id est petrosum, vel anfractuosum, à græcis dictum. Sexta, ab extremitate suturæ. λ. Græcę literæ, formam referentis, atque posteriori cerebri parte oboritur, quæ in neruos quosdam diuiditur, ex quibus alij, gulæ, musculis, ac linguæ radici: alij scapularum musculis, atque illis subditis membris, inseruntur: alij, carotidibus arterijs connectuntur: quibus læsis, aut laqueo interceptis, mutum animal redditur, ob idque reuersiui, seu vocis nerui nuncupati sunt: alij denique, ad pulmonem, & cor decurrunt. Septima, atq; vltima sensitiuorum neruorũ coniugatio, in-

Ligamentũ qđ exterius musculũ, cũ osse connectit trãsuersim incisum tutò cõsuit, sed si vuln⁹ articulo proximũ sit satius est insutũ relinqre, & ratio.

Nerui pprie accepti i sẽsorios & motiuos diuidũtur q immediatè ex cerebro, mediatè ex spinali medulla pcedunt.

Prima sensitiuorum neruorum cõiugatio.

Secũda sensitiuorũ coniugatio.

Tertia coniugatio.

Quarta coniugatio.

Quinta coniugatio.

Sexta coniugatio.

Septima cõiugatio.

tio, inter cerebrum, & nucham exoritur, partimque in linguæ musculos, partim in communes laryngum cartilagines, atque inferiorum laterũ osis. A. speciem præferentis, musculos protenditur, illud tamen animaduerti à te volo, commisceri quidem neruos, qui ad inferiora capitis feruntur, cum ijs qui à tertia, quinta, atque sexta coniugatione proficiscuntur, quæ omnia petita sunt à Galeno de neruorum dissectione, ac de anatomicis administrationibus, libris, eas tamen omnes neruorũ propagines, in humani corporis dissectione prorsus videri, nisi forsan (vt Mundinus rectè aduertit) à rapidi fluuij assiduo cursu, dissoluti, vel ad solis ardorem temporis tractu, arefacti, est impossibile, Post sensitiuos neruos, restat motiuorum anatomes. Oriuntur ergo motiui nerui mediatè, ex spinali medulla, quæ à posteriori cerebri parte immediate (iuxta medicorum multorum placita) originem suam ducit. Ego tamen ab ipsa anatome doctus, non à posteriori, sed à medio cerebri ventriculo, exoriri, affirmare intrepidè ausim. Et errare medicos fortasse fecit, quòd spinalẽ medullam posteriorem cerebri partem ambire vident, quæ ratio, friuola est, vt clariùs, quàm alia probatione egeat, apparet, est hæc, substantia, atque colore ipsi cerebro ad similis, pertenui fibra, secundum longitudinem diuisa. Quo fit, vt altera eius parte resolutione affecta, altera illæsa maneat. Inuoluit eam, membrana quadam neruea, ipsa natura, tum vt motiua, atque sensoria virtus, toto humano corpori mediantibus ab ea ꝓpagatis neruis, importarentur, tum etiam, ne vertebrarum duricie offendi posset. Ducitur hæc, per triginta veros dorsi spõdilos, ad latera perforatos, fortibus ad ligatos ligamentis, decurritque in eam vsque partem, quo sacrum os terminatur. Que tantorum ossium compago, non sine magno consilio, à natura comparata fuit, nam si vnicum totius spinalis medullæ, os fuisset, velut veru quodam confixus, immobilisque, ijs partibus homo staret, aliaq; nascerentur incommoda, quæ Galenus de vsu part. libr. 12. capite. 11. eleganter enarrat. Ex huius igitur spinalis medullæ perforatis ad latera, vertebris, triginta neruorum paria, aliusq; sine comite neruus, ex ossis sacris anteriori parte, cui vnicum tantum est foramen, ortus, per vtranque partem, nempe dextram, & sinistram, in ceruicis scapulas, brachia, crura, ac denique reliquas humani corporis partes, deriuantur, motum potissimum deferentes, sed sensitiuis neruis commiscentur, sensum etiam importantes, nanque sunt ipsi nerui velut riuuli ex spinali medulla velut flumine, ipsa verò, ex cerebro tanquam ex fonte manantes, vt Galenus rectè de vsu partiũ. 12. capite. 11. optimè imaginatur, sed omissa in alias partes neruorum delatione, de illa solum quæ ad chirurgum pertinet, agamus, quia neruorum anatomẽ, exactius, ac diffusius multò, Galen. Auicenna, Guido, Zerbus, Mundinus, Carpus. atque nouissimè Vvesalius, pertractauerunt, ergo percolli spondilorum lateralia foramina ad singula brachia, quatuor insignes mittuntur nerui, Syluestri, domesticæ. Superiori atque inferiori brachiorum partibus inserti quò secũdum variam motus, exigentiam in omnes partes inflectantur, quale indigitis apertius videre est, iuxta Galeni sententiam. libr. primo. de vsu parti. capi. 18. ij nerui, vel soli, vel musculis, chordis ac tendonibus, seu ligamẽtis commisti, atque in musculos transformari, pectori collo, atque scapularum articulo inferuntur, eum instar dilatati tendonis, circuentes, inde adiutorij ossi implantati, ipsum mouent, & postquam ab hu-

Nerui q̃ ad capitis inferiora ferunt cũ neruis q a. 3. 5. & 6. cõiuga. profiscunt commiscent.

Supradictæ oẽs neruorũ cõiugatiões in corpis dissectiõe conspici nõ pñt nisi forsã in cadauere flu minis cursu dissoluti vel ad solem à refacto.

Motiuorum neruorũ ortus.

Ex authoris snĩa spinalis medulla à medio cerebri ventriculo originem trahit, q̃uis multi ex medicis à posteriori cerebri pte exoriri existiment.

Spinalis medulla ipsi cerebro substãtia & colore adsimilis est q̃ p tenui fibra diuidit, & mẽbrana neruea, ob voluitur & quas ob causas.

Spinalis medullæ processus.

Cur dorsi tot sint spondili, nec vnicum os.

Nerui velut riuuli ex flumine ex spinalli medulla procedũt ipsa vero ex cerebro veluti ex fõte.

Authores, q neruorum anatomẽ scripserunt.

Motiuorum neruorũ processus.

ab humeri articulatione ſeceſſerũt, ad digitorum trium ſpatium, inferiùs, quaſi rotunda chorda fiunt, vbi carni, atque ligamẽto, quod à ſcapulæ oſsis capite procedit, commiſcentur, ac ſupra adiutorij os, muſculi redduntur, ex quibus iterum chorda procedit, quæ ad tres digitos, prope articulum, amplificata, illum circundat, brachiumq́; paruum (quod vocant) mouet, hac etiam ratione, manus digiti, ac aliorum membrorum articulis connectuntur, atque mouẽtur, tam interiùs, vt flectantur, quàm vt extendãtur exteriùs: idemq́ue accidit neruorum propagationi, quibus per lateralia ſpondilorum foramina, crura mouentur, niſi quod iſti nerui, per varias ſemitas tendunt, alij enim ſub carne deliteſcunt, alij apparent, alij muſculis operti ſubmergũtur, cuius tam varij inceſſus rationem docet Auicẽna. Fen. 1. 1. dict. 5. capite de Anatome neruorum nuchæ, alchatin, ex quo illud etiam colligo, ſenſoria motiua atque mẽbra, quæ flexionis, atque extenſionis munus obeunt (prout ſupradictum eſt) neruoſas chordas, quibus viciſsim, ipſa membra introrſum, atque extrorſum flectuntur, atque extendũtur, velut marſupium quoddam continere, his tamen, illa addubitatio rectè connectitur, quæ ex Guidonis ſerie. text. 1. capit. de neruorum Anatome, colligitur, dum inquit. Situãtur ergo nerui in circuitu membri, ita vt intrinſeci membrum trahant, extrinſeci verò ipſum extendunt, eſt tamen, quod quãdo vnus trahit, alter relaxatur, itaque per inciſionem extrinſecã; perditur flexio, per intrinſecam extenſio: quod ex mente Galeni de vſu part. lib. primo. capi. 17. excerptum videtur, in hæc verba, flectitur quidem vnuſquiſque ipſorum articulus, à dictis tendonũ implãtationibus, extenditur aũt ab externis carpi tendonibus, nã videt, non vt Guido cẽſet, ex extrinſeca neruorum inciſione flexionem, & ex intrinſeca extenſionẽ amitti, ſed potiùs è contrariò, extrinſecam in cauſa eſſe, vt extenſione membrum careat, intrinſecã verò, flexione. Sed pro reſponſione præmitto, neruos quidẽ, ſeu tendones, iuxta Galeni doctrinam vbi ſupra, vt motum exerceant mutuo ſe ſe iuuare, dum enim intrinſeci flectuntur, extrinſeci eis cedũt & ex diametro, nam ſi ſimul ad ſe vtriq; traherent, fruſtra eam pugnam iniri, ſineq́ue victoria incomperto eſt, cum manus tunc nullibi infixa recta ſtaret. Ad obiectionem ergo reſpõdeo, quod cum inciſis neruis, ſarcoides porus, ſeu callus, inter medius neceſſariò procreetur, quo mediante, huiuſmodi vulnera conſolidãtur, ceſſat mutua illa neruorum coadiuuatio, nec ſibi opitulari poſſunt, quo fit, vt inciſis externis neruis, flexionis iactura fiat, callo illo ſua duricie impediente, inciſis verò internis, extenſionis.

Senſoria atque motiua membranernoſas chordas velut marſupium quoddã cõtinens.

Addubitatio ex Guidonis text. tractatu

Nerui ĩtrinſeci, atq; extrinſeci, vt motum exerceant, mutuo ſe iuuãt & qua rõne.

Reſpõſio ad dubium Guidonis.

CAP. VI.

De neruorum, Chordarum, & tendonum temperatura.



NEruorum, & Chordarum, atque tendonum, temperaturam perſcrutari, non inutile videtur: eſt ergo frigida, ac ſicca, vt Galen. decimo. De tempera. atque Auicennæ prima primi capite. de complexione membrorum placuit, nanq; ex elementorum commiſtione, ac generationis primordio, huiuſmodi qualitas magis quàm alia comparata illis eſt, idq́ue Auerroes colliget ſecundo. capit. 2. non ineleganti ratione probat: quod nimirum huiuſmodi neruoſa membra calor coxerit, ac frigus

Temperatura neruorũ, chordarum, atque tendonum frigida & ſicca eſt, obidq; calore & humiditate nimia offenduntur quare. pultea & id genus medicamina vehementer nocent.

gus congelauerit, ob idq;, calore & humiditate nimia offenduntur, quare, pultes, & id genus medicamina, longe nocentia ab auctoribus iudicantur: sunt tamen, qui à posteriori cerebri parte, & spinali medulla propagātur, ficciores ijs, qui ab anteriori nascuntur, vt docet Auic. Fen. 1.1.doctri.3.ca.1.de complexione membrorum, & ratione fulcitur, cum illi, per spinalem medullam, perq; fortissima atque siccissima vertebrarum ossa percurrant, ex quibus siccitatem illam contrahunt. Adde, assiduo etiam motu siccioré nancisci temperaturam. Sed offerunt se se hic dubitationes quædam, quæ prædictis aduersari videntur. anxiosq; chirurgos reddere solent. Prima quod Auic. 4. 4.tract.4.capite.3.de cura vulnerum neruorum, ex quadam humida à frigore cōcreta materia, constare neruos dixit, ex eoq; mollificantia medicamenta, eis nocumento esse, pro vt Galenus etiam. 6. method.capi.2.&. 3. de comp. med. per genera affirmat, si humidę temperaturæ nerui sunt, non igitur siccæ. 2. quod frigidum, nullo pacto naturæ opus, & informatiuæ virtutis, subintrat, iuxta Galeni sententiam. 6. de symptom. causis. capite finali, ergo nerui frigidi esse non videntur, falsoq; Auicen. prædicto loco à frigido conflari docet. 3. si frigidi nerui sint, quorsum philosophus. 2. de generatione animalium cap.4. ab intenso calore, neruos fieri tradidit. Sed ad huiusmodi dubitationē rńdeo, ad primā, non intellexisse Auicennam in connumeratione mēbrorum neruos, natura esse humidos, cū carnis respectu, sicci ab auctoribus omnibus censeantur, quin potius, materialē ipsam causam, ex qua nerui procreantur, attendit, quæ in generationis primordio, humida recta ratione dici potest, cum omnia seminalia membra ad sui generationem humidam quandam necessario supponant materiā, quale est semen, aut mēstruus purus sanguis, qui secūdum humani corporis particularum exigentiam à natiuo calore, & informatiuæ virtutis functione densatur, deindeque prædicta membrorum materies indurat, redduntur q; membra ipsa, alia sicca vt nerui, alia sicciora, vt ossa, quanuis (vt diximus) à fluida, atque humida materia progenita sint, sicq; non obstat. 1. Auicen. obiectio. ad. 2. respondebis, intense quidem frigidum non ingredi naturæ opus, remissius tamen ingredi posse, vnde de remissiore frigido, quod largius quodammodo, calidum dici potest, intelligendus Auicenna est. Ad. 3. obiectionem respondere poteris, vt quanuis à calore interiore conficiantur nerui, siccescente tamen humore, exhalatoq; calore, vt in testa, in fornace videre est, frigidi ac sicci supersunt.

Dubitatio.

Secunda dubitatio.

Tertia dubitatio.

Respōsio ad primum argumentum.

Respōsio ad Secundā dubitationē.

Ad tertiam obiectionē responsio.

CAP. VII.

De causis vulnerum neruorum.



IN vulnerum neruorum causis immorandum non est, sunt, quæ aliorum vulnerum, nēpe omnia, quæ scindere, perforare, rumpere contundere, quocunqueve modo continuum soluere apta sunt.

CAP. VIII.

De vulnerum neruorum signis.



VUlneratos esse neruos, oculis aliquando conspici solet, sin minus, dolor ingens locus neruosus, vulnerati membri motus, & sensus amissio, vel hebetatio indicant.

CAP. IX.

De iudicijs, aut præsagijs neruorum, cordarum, ac tendonum vulnerum, siue punctim, siue cæsim contingant.

Vulnera neruorum chordarũ, & tendonum perniciosa præcipuè punctim illata, & ad tres digitos prope iuncturam.

Frig⁹ inimicũ neruis.



VVLNERA quidem neruorum, chordarum, ac tendonum, maxime punctim illata, periculosa valde, ac sæpius (potissimũ ad tres digitos prope iuncturam) lethalia sunt, ob neruosas chordas quę ibi carnis expertes sunt, nullo impediente, & quòd quam primum vulnerantur externo aeri exponuntur, nam frigus quidem neruis inimicum est, iuxta Hippocratem Aphorism. 5. aph. 28. qui in hunc scribit modum frigidum inimicum ossibus dentibus, neruis, & deinde frigidum autem conuulsiones, distentiones, &c.

Nerui qbus symptomatis infestari solent.

Multi ex paruo neruorũ pũctim illato vulnere discedunt, symptomatis obortis & sanie retẽta, alij quos hęc nõ inuadũt, sanantur.

Vnde nerui præcipuè ex ratione, insignis sensus, continuationisq; cum cerebro, dolore, fluxione, inflammatione, delirio, syncopa, vigilijs, conuulsione, atq; interdum resolutione infestari solent: vt Galenus. 3. artis medicæ & 6. meth. cap. 3. Paul. lib. 4. cap. 54. & Razes, 2. continen. cap. 13. nos docuerũt, atq; ipsa experientia.

Quæ sint in neruorũ vulneribus salutis, vel mortis causa aut occasio.

Multum valet sex rerũ non naturaliũ vsus vel abusus.

Quid considerare debeat medic⁹ in ęgrotãte, quo ad curãda neruorũ vulnera.

Sæpe enim ex paruo neruorum punctim illato vulnere, prædictis symptomatis obortis, & pure retento, plurimos è vita quàm ocyssimè discessisse vidimus. Cõtra alios, quos huiusmodi symptomata non inuaserunt, sanie intra vulnus minimè latente, sanatos: alia multa sunt vel salutis vel mortis causa, aut occasio, nempe ægrotantis temperatura, varius humor, ætas, ars, tẽpus, cœlestis influxus, atque etiam regio, vnde Auerrois collig. 1. inquit, ægritudines quæ in terris Hipp. simpliciter acutæ existunt, in nostris peracutæ sunt, nec minus operatur, sex rerum non naturalium, vel vsus, vel abusus, his concinit Auenzohar, tract. 2. lib. primi theisir, dũ ait, & custos curæ (idest medicus) considerare debet, dispositionem infirmi, tempus, & habitudinem ipsius, & eius naturam, temperaturamq;, in quo sequutus est Hippocratem aphor. 2. aph. 34. quæ vt varia, ita variam medendi methodũ expostulant, ad hæc, illud scire oportet, si bilis flaua vel sãguis exuberauerit, sæuiora ægrotantem cõcitare simptomata, si pituita, si bilis atra nõ adusta, remissiora, insuper, pus album, leue, æquale, non graue olens, non immodicum, optimum præsagium est, nanq; dolorem, teranos, atq; rigores sedare solẽt, vt Hippocrates in prognosticis. cap. 46. & ibi Galenus in commentario docuerunt, & idem Galenus in commentario aphor. 22. contra, vbi vlcus recrudescit, vulnusq; tumor occupat, maxime doloribus, & alijs symptomatis, ægrum infestantibus, quare Hipp. aphor. 5. 67. molles tumores inquit boni, crudi vero mali, nam vt Galenus in commẽtario probat, fieri nequit, vt tumor sit renitens, si natura humores ad membrum confluentes bene concoquat, pus tamen in vulnere nõ semper approbandũ est, sed ita demũ si symptomata ægrotantem torserint, quæ puris fluxu mitescunt, cum tũc temporis ad hæc temperãda, totam curandi rationem cõuertamus, si vero illa ab fuerint, quia tunc de vulneris agglutinatione (vt vulnus est) duntaxat agendum est, profluens sanies incommoda erit, quippe cum agglutinationem quæ vnione, atq; exsiecatione comparatur, impediat. Sed inter neruorum symptomata, nullũ quidem perniciosius conuulsione, qua nerui persæpe corripiunt̃, vnde Hippocrates apho. 5. apho. 2. conuulsio, inquit, ex vulnere lethalis, & Galenus in cõmẽtario

Vbi bilis flaua exuberat sæuiora sub oriũtur symptomata, vbi pituita vel bilis atra nõ adusta remissiora.

Pus album, lene equale non graues olens nõ immodicũ optimum pręsagium, nã symptomata sedare solet.

Vbi vlcus recrudescit, & vulnus tumor occupat pcipuè cum alijs symptomatis malum.

Vbi natura humores ad membrũ cõfluentes, bene concoquit impossibile est vt tumor sit renitens.

Pus in neruorum vulneribus non semper probãdum, sed ita demũ si infestẽt symptomata, nã si absunt, agglutinationẽ, quæ tũc procuranda est impedit.

Inter neruorũ symptomata nullũ pernicios⁹ cõuulsione.

Cõuulsio ex vulnere quo pacto intel-

ligẽda sit le thalis, & Hipp. aph. declaratur.

mentario intelligit Hippocratis verba, vbi in neruosis particulis vulnus contigerit, sed non perpetuò lethalis conuulsio est, vt ibidem docet Galenus, sed frequẽter, vel quãdo ex cõsummata inanitiõe, & siccitate, insurgit, nanq; cõfirmata siccitas, authore Gal. 7. meth. insanabilis est,

Confirmata siccitas insanabilis.

sed ex repletione orta cõuulsio, nõ adeo periculosa, & interdũ sanabilis, potissimum cui febris superuenit, cùm febris calore, humiditates consumantur, à quibus conuulsionem fieri, certũ est: quare Hippo. apho. 4. aph. 57. qui à [illegible] cõuulsione, inquit, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente, liberatur, idem voluit Hipp. apho. 2. aph. 26. dũ inquit febrẽ

Febrem cõuulsioni superuenire melius est q̃ febri cõuulsionẽ, & declarat Hippo. aphor.

conuulsioni superuenire, melius est, quã febrẽ conuulsioni, cuius ratio est, quia vbi febri cõuulsio superuenit, indiciũ est, ex siccitate conuulsionẽ suboriri, sed febrẽ intelligas vel diariam, vel aliunde, quam à conuellente materia natam, meliorem esse, nam si à conuellente materia, duo iã essent infestissimi affectus, nec supra dictis obesse debet, quorundã sententia, falso arbitrantium, à siccitate, conuulsionẽ non contingere, ex eo scilicet, quod in tertiæ speciei consumptis hecticis, illa nõ reperiatur, in quibus summa viget siccitas, nã ob hoc hectici conuulsione non afficiuntur, ꝙ omnis corporis humiditas, exsiccata prorsus, & consumpta est, vnde nerui non contrahuntur, quia prorsus siccum, contrahi amplius nõ potest, & aliæ sunt respõsiones, quas breuitati consulẽs prætereo.

Quorũdam falsa opinio reprehendit cuius fundamẽto respõdet.

Hectici consumpti non conuellunt.

Prorsus siccum contrahi non põt.

Circa verò tumorũ præsagia, quæ his neruorum vulneribus superueniunt, Cornelius de notis vulnerum lib. 5. multũ, inquit, intumescere vulnus periculosum, nihil vero, periculosissimum, illud enim, indicium magnæ inflammationis est, hoc verò, emortui corporis, in quo Hipp. 5. apho. apho. 65. visus est, imitari, dum ait, quibus tumores in vlcerib⁹ apparent, non cõuelluntur maxime. &c. & apho. 66. inquit, Si in vulneribus fortibus, & prauis, tumor non appareat, ingẽs malum, & quanuis hoc, aduersari videatur Gal. in cõm. illius aph. 66. in secũda illius verbi (ingẽs) interpretatione, conforme tñ est primæ, quã probat ipse, vt verbum (ingens) verbo (appareat) nõ cohæreat, sed verbo (malũ) vt sensus sit, vulneribus prauis existẽtibus si tumor nõ appareat, ingens est malum.

Multũ intumescere vulnus, malum, nihil pessimum.

Interpretatio aph. Hippo. quæ probari debet.

Cæterum de tremore, siue totius corporis, siue affectæ tãtũ particulæ ac crebris rigoribus, neruosa vulnera comitari solitis de inuasionis modo, deq; causis eorum, iam libro primo copiose disertum est, insuper, illud ex Guid. tract. 1. cap. de anatomia neruorũ, & ex Gal. mente de vsu partiũ lib. 1. cap. 17. animaduertere oportet, ex neruorũ incisione ad membri extrinsecam partẽ, flexionem amitti, & ad intrinsecam extẽsionẽ cuius causam superius, cap. de neruorũ anatome, latè scripsimus, quæ ideo hic repetenda nõ est, ad hæc, symptomata in neruorum vulneribus, suarum materierum naturã referunt, atq; insequunt, Si enim homo sanguinea tẽperatura sit, creberrima suboriuntur, si biliosa, tertio quoque die, & sic de alijs: sed illud memoriæ perpetuò tradendum est, si in neruorũ vulneribus copiosus, ac penè assiduus sudor, vulneratũ occupauerit, futuræ cõuulsionis sæpe esse præsagiũ, vnde Auic. Fen. 2. 3. cap. 6. inter spasmi præsagia, sudorẽ connumerauit, & Gal. lib. 2. Hipp. de morbis vulgaribus, in commẽtario illius canonis, scilicet, sudores multi, vbi rationẽ reddit, ꝙ nimirũ, corporis humiditates, veluti in torculari quodã, cõuulsionis vi, exprimunt, varij tñ sunt neruorũ vulnerũ, & prosperi, & aduersi successus & ego nõnullos mirabiles cõspexi, è quibus in mediũ quosdã afferã. Primũ, nobilis quidã vir & magnis, atq; sæuis neruorum

Ex extrinseca neruorũ incisione, flexio ex intrinseca extẽsio amittitur.

Symptomata in neruorum vulneribus suarum materierum naturam referunt & insequuntur.

In neruorũ vulneribus, sudor copiosus, & assiduus futuræ cõuulsionis præsagium.

Casus in neruorum vulnerib⁹ satis admirandi.

rum vulneribus,quem omnia ferè nouẽ ſymptomata huiuſmodi vulnera comitari ſolita,inuaſerant,noſtra curatione (fauente Deo cui gloria ſit) ſanitati fuit reſtitutus, Contra puer, ſola acus in neruo pedis punctura,cõuulſis pedibus duntaxat,& genis rigidis,inter medijs particulis illæſis,è vita diſceſsit, adoleſcens alius,conto haſtæ pede transſixo,cum chirurgus,per vulnus lemniſcum ſiue faſciolam tranſmitteret,brachia,& genæ extẽplo quaſi cõuulſa riguere, ſed faſciola extracta,ſtatim ſymptomata ſedata ſunt, & ille breui ſanatus alium non citra admirationem conſpexi,genu ſæuiſsime ſauciatum,ingenti,aſsiduo,acerrimoq; dolore affectum,cui omnia ad temperãdum dolorem præſidia,nullum afferre potuerũt leuamen,ſolus tamen aſſumptus cibus attulit,nam dum veſcebatur, dolore carebat,cum aũt à prandio ceſſabat,dolor ſtatim reuertebatur,alios in articulis,præſertim in genu,vel apud ipſum,quam leuiſſimis vulneribus percuſſos, victus ratione,medendique methodo,exacte obſeruatis, naturæ conceſsiſſe, memini,vnde Lanfrancus ſua chirurgia,cap.de vulnere in genu,huiuſmodi vulnera quãuis leuiſſima,recta,&à perito medico adhibita curatione,lethalia creberrime fore, exiſtimauit,prudenter me hercle,cũ in his vulneribus,vulneratũ q̃ſi agmine facto,tãta ſymptomata adoriantur, hinc Auic.4.4. tract.1.c.3.vulnera inquit,quæ cadunt in genu, apud rotulã, ſunt periculoſa, & ad ea quandoque,ſequuntur accidentia mala, à quibus pauci liberantur: & Razes 2.continentis cap.6.& 13.authoritate ductus Galeni,quibuſcunq; accidit vulnus ſuper articulum genu in parte moriũtur, & in parte cum labore ſaluantur, quoniã genua patiuntur laborem ex motu, diſpoſitione ſana,quanto magis ex morbo, quod & Paulus lib.4.cap.54.docuit.

Vulnera periculoſa in genu vel prope.

CAP. X.

De cauſa acerrimi doloris qui vulneratos neruos infeſtare ſoleat.



NON extra rem, dubitari hic poterit, cur nerui tam ſæuis crucientur doloribus,nam primo intuitu,doloris expertes fore neruos, videbatur,cum ſecundum medicorũ placita,primum tactus ſenſus inſtrumẽtum ſint,ſi ſunt,cum tanguntur, dolore carere debuiſſent,quia iuxta philoſophum.2. de anima,capit.11.ſenſibile ſi ſupra ſenſum ponatur, ſenſus non ſit perceptio, quemadmodum color, oculis nimis admotus, non percipitur, ſed reſponſio in promptu eſt,nam tunc Ariſtotelis traditio procedit,quando ſenſibile ſenſui immediate adhæreſcit,at in neruis,cute,carne,& tenuiſsima neruorum pellicula mediantibus,vel.2.de obiecto viſus,non tactus,aut aliorum,intelligendus eſt philoſophus,quod ſi quis obijciat,neruos à carne nudatos,nondũ putrefactos,tactos tñ, ſentire,reſpondebis,de naturali & perfecto ſenſu,non de corrupto præter naturam, de quo impræſentiarum ſermone, propoſitionem philoſophi intelligendã eſſe,& erit tertia,& accommoda ipſius intelligentia,cauſa igitur tam acerrimi doloris,qui neruorum vulnera conſequi ſolet,duplex eſt,& ſenſus vehementia qua nerui præditi ſunt,& cum cerebro principi membro,continuatio,vt docet Gal.6. method.cap.3.& Auic.4.4.dict.cap. vulnerum neruorum,& Truſianus ſupra. 3. artis medicæ,ſed an ſenſus acumẽ,an vero cum cerebro continuatio potior cauſa doloris ſit,non immerito addubitatur, & certe(meo iudicio) ſenſus acrimonia potiſsima doloris cauſa eſt,nam ſi quod nerui

Senſibile ſi ſupra ſenſũ paratur, ſenſus nõ ſit perceptio, & quo pacto id intelligatur.

In vulneratis neruis doloris duplex cauſa,altera ſenſus acumen, altera cum cerebro cõtinuatio.

Senſus acrimonia potior cauſa

doloris est in vulneratis neruis q̃ cũ cerebro cõtinuatio.

Arteriæ à corde oriun tur.

nerui cerebro continui sunt, doloris potior causa esset, cum arteriæ præciduntur, vel pungũtur, acrior dolor, sæuioraq; suborirentur symptomata, quam vulneratis neruis, cum à corde, sensus, & mot⁹, imo totius vitæ principio, originem ducant, nerui autem, ab ignobiliori cerebro, quod nec sentit, nec vere mouetur, iuxta Gal.4.de causis symptomatum, &

Arteriæ in sãguinis mis sione secure punguntur.

tamen nec dolorem insignem, nec symptomata vehementia, præcisis arterijs insurgere, in comperto est, nam & quotidie arteriæ in sanguinis misione, secure punguntur, & si neruum pungas, conuul

Puncto ner uo in sangui nis misione conuulsio se quitur.

sio consequitur, quæ non nisi ab acerrimo dolore contrahitur, sed & si potior causa doloris sensus vehementia sit, valet tamen non parum ad symptomata periculosa, quæ punctis præsertim, aut incisis neruis nascuntur, concitanda, cum cerbro continuatio, quia cum nerui quò dolorem lædentem fugiant, naturaliter

Nerui quo fugiant dolorem contrahunt versus cerebrũ suum principium, vnde fit conuulsio, & delirium.

versus suum principium, cerebrum nimirum, contrahantur, fit, vt conuulsio, & delirium insurgant, quæ ipsi affecto cerebro peculiaria sunt, quare recte Galenus alijq; supracitati auctores, sensus acrimoniam, atq; cum cerebro cõtinuationem simul, doloris causam esse, arbitrati sunt:

Dolor an lędat neruos, ablatè an diminutè an vero corruptè.

sed quo nam pacto dolor neruos lædat, an ablatè, an diminute, an vero corruptè. Quibus modis iuxta Auicennam canticorum.3.cap.2.& Galen.3.artis medicæ, vnaquæq; operatio affici solet, dubitari poterit. Et primo non ablatè, nec diminutè dolorem lædere, clarius est, quam

Obiectio.

Sensus tact⁹ in doloris impresione, id quod est, iudicat.

vt probari debeat: Quod autem non corruptè, illud suadere videtur, quod sensus tactus in doloris impresione, id quod est, iudicat, nempe calidum, frigidum, acutum, mordicans, ergo corruptè lædere non potest, cum certum sit, cuiusq; potē

Potētiæ perfectio in hoc cõsistit vt rēcte de obiecto iudicet.

tiæ perfectionem in hoc consistere, vt recte de obiecto id quod est, & quale est diiudicet sed contrarium, imo corruptè lædere, probandum est. Ad argumentum

Responsio.

respondeo, non ex eo quod dolor calidi, frigidi, vel similis obiectus sensum discernat, corruptè lædere dici, nanq; tactui, tã

Tactui tam propriũ est, excellēs percipere quã commensuratum.

proprium est, excellens, quam commensuratum percipere, sed ob id quòd humanæ naturæ proportionem, atque necessariam conuenientiam excedat, eaque ratione sæuius reliquis, à nostratibus sym-

Cur dolor corrupte lædere dicatr.

Dolor sæui⁹ omnib⁹ symptoma dicitur.

ptoma iure optimo dolor censetur vel secũdo dicendum quòd imaginari quãdoque falso aut corruptè cogat, quod non

Dolor quandoq; imaginari cogit, quod nõ est.

est, vt puncturam acus, terebelli, vel his simile, de quibus Auicen. 2. primi doctr. 2.capit.20.de varijs dolorum generibus agens meminit, sicq; in dolore, sensus tactus corrumpitur, vt non rectus, sed iniquus iudex censendus sit vel tertiũ dicendum ꝙ temperaturæ, vel vnitatis, vel vtriusq;, corruptelam ostendat vel deniq; corrupta operatio in vniuersum dicitur, quando effectus naturali contrarius producitur.

CAP. II.

De differentijs vulnerum, neruorum, chordarum atque tendonum.

Eruorum, chordarum, atq; tendonum vulnera, quædam punctim, quędam cęsim cõtingunt: quę cæsim, alia secundum nerui rectitudinem, alia pertransuersum, & tunc, aut abscisso prorsus neruo, aut partim, alia cum substantiæ partium, quę neruũ cooperiunt, abolitione, sic vt nerui nudi supersint, alia sine abolitione, & istorum quædam à telo incidente, quædam à contundente, & dilacerante illata, quæ vt varia, ita variam medendi rationem expostulant.

CAP. XII.

Vniuersale, de curatione vulnerum, neruorum.

Decem vniuersalia documenta.

Ntequam particularẽ neruorum vuluerum curationem aggrediar, è re esse arbitror, quasdam generales traditiones, vniuersaliaq; documenta præmittere, quæ chirurgos præ oculis habere oportet, hæc decem numero sunt.

Primum documentum.

Primum documentum. Frig' in neruorum vulneribus maxime fugiendu, & ratio.

PRimum igitur, vt summopere vulneratus frigus fugiat, est enim his vulneribus aduersissimum, quòd neruos condenset, atq; infartæ illis materiæ exhalationem impediat, quod Galenus animaduertens. 6. methodi capite tertio. in primis inquit, habendum curæ est, ne quid ex his quæ vulnus contingent frigidum sit, quandoquidem ipsa laborans pars, & sensilis maxime est, & principum partiũ primati continua, & temperamento suo frigida, quorum omnium occasione, & ex facili à frigido offenditur, & suam offensam impertit cerebro, cuius sententię author est Hippoc. 5. aphor. aphor. 18. dũ inquit, frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullę, ob quam rem, & medicamenta, & panni, atque deligaturę, & deniq; omnia vulneri adaptanda præsertim hyeme, calfacta esse conuenit, vt docuere Auerroes. 7. colliget tract. de cura solutionis continuitatis neruorum, & Razes. 7. continentis capite. 6. & 13. in quo, reliqui conueniunt, sed hoc non perpetuò in omnibus sauciatis obseruandum est, nam si iuuenis ætate florens biliosa temperatura sit, pene frigida, æstiuo potissimum tempore medicamenta applicanda illi esse innuit Galenus. 3. meth. cap. 8.

Frigidũ inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro spinali medullæ.

In neruorũ vulneribus, & medicamenta, & pãni, & deligatura calfieri debent: nisi æger iuuenis & biliosa temperatura sit.

Secundum documentum.

Secundũ documentum.

SEcundum documentum esto, vt victus ratio, tenuis, ad septimum vsque diem, quo tempore dolor humorum fluxio, atq; inflammatio insurgere solẽt, exhibeatur, quod ex Hipp. 1. aphor. aphor. 7. & ibidem Galen. in commentario, atque etiam Auic. 4. 4. dict. cap. vulnerum neruorum satis colligitur, nec solum intra septimum tenuis victus exhibendus, sed vbicunq; symptomata inuaserint, tũ vt sanguine quantitate, & qualitate temperato, inflammatio minimè oboriatur, tum etiam vt natura ipsa concoctione cibi non occupata, morbũ oppugnare vehementius possit, nec non quia [redacted] ipsa causa vulneris imbecilla plurimum alimentum conficere nequit, quod ita demum procedit, si ægrotantis virtus, aut vires tulerint, nam si imbecillis virtus, aut vires confractæ sint, non adeo tenuis inedia iniungenda, sed hæc victus ratio, quæ sauciatis paratur aliter dispensanda est, atq; illa, quæ citra vulnus febricitantibus exhibetur, istos enim ab ipso ægritudinis exordio, crassiori cibo vti necesse est, quò natura in morbi statu, ad Crisin, & complendam & iuuandam robustior & agilior sit, sed postquam, ægritudo ad statum suum peruenerit, tenuis cibus ne natura impediatur exhiberi debet Auic. 1. 4. tract. 2. cap. 8. asserente. At vulneratis, cum symptomata principio sęuiora sint, neque naturæ opus quo ad Crisin tunc spectemus, gracilem victum damus, deinde solidiorem, quò sanguis producendæ carnis materies conglutinosior reddatur, iuxta Auic. sententiã. 4. 1. c. 28. de medicatione solutionis continuitatis, vsque adeo, vt ipse Fen. 5. 4. tract. 2. c. 18. de cibatione restaurati, hędinã pellẽ decoctã, ad sauciatorũ cibũ, cõmendet, Ego vero ipsum hædũ calida expilatũ, & incoctũ, vel

Vulneratis vsque ad septimum diẽ & vbicũque symptomata torserint tenuis inedia iniũgenda, & ratio, nisi virt' imbecillis sit.

Differt acu' aliàs morbus à neruorum vulnere, quo ad victus rationem, quia in illo principio crassior cibus exhibetur, postea tenuis, cõtra in vulnere & ratio.

Quibus edulibus & quo

vel pedes, & capita arietina decocta simi liauè edulia exhibere soleo, virtute nimirũ cõcoctrice sauciati tolerante, secus verò ab eis abstinendum, Vnde Gal. 7. metho. medẽdi. c. 6. si enim, inquit nutrimẽtũ ipsum seipsum cõcoqueret, ac in partes digereret, præterea alendis partibus assimilaret, & quibus alimento plurimo est opus, adhærescerent, proculdubio maximè nutriẽte cibo esset opus. Verũ quoniã nõ aliud est, quod nutrimẽtũ desideret, aliud quod ipsum conficit, sed quod nutriẽdũ est, ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & cõcoquit, & adiungit, & adsimilat, ad duo nimirũ nobis in opportuno cibo eligẽdo, spectãdũ esse dictat, vnũ ipsius cibi naturã, alterum, vires suas proprias, insitasq;, Vulneratis igitur, principio lẽtiũ iusculũ, vbi prius lẽtes ex alia aqua incoctæ fuerint, exhibeatur, incocta ibi acresta, aut dabis pan[illegible] albi medullã gelida lotã, saccaro suprasparso, & acresta etiam infusa, abluit panis ille gelida, ne calor nimius à furno cõtractus, & fermẽti putredo, nocumẽto sint, cibus etiã erit ex cucurbita, & lactucis, vel iure pulli, vel amigdalato, vel amylo, saccaro condito, sensimq;, solidior cibus instituẽdus est, sic vt pullis, gallinis, & altilibus, vitulina, arietinaq; carne vescatur, & tandẽ pedibus, capitibusq; hædinis, & arietinis, & vitulinis, vt sanguis cõglutinosior fiat, vt superius dictũ est, potus esto, principio ex aqua, saccaro albissimo incocta, vel ordeo excorticato, maxime æstiuo tpe, deinceps, vinũ satis tẽperatũ propinabis, si mõ symptomatũ iã oĩs suspicio cesset, & præsertim si pituitosa, vel atrabiliosa tẽperatura ęger pditus sit, vel mõtana loca seu frigida inhabitet, aut assuetus vino, vel vbi immodicus sanguis è vulnere pfluxit, cui sniæ cõcinit Cornel. lib. 5. cap. de victus rõne & notis vulnerũ, sicq; recte nec aliter intelligẽda est Theodorici, Henrici, atq; anglorũ vinosa (q̃ vocãt) victus ratio, deniq; paulatim ad cõsuetudinẽ qua sanus vtebat̃, æger reducendus est, ad hæc, sex reb⁹ nõ naturalibus ea tenus vtatur, quatenus in naturales res, quę prosperã valetudinẽ, & faciunt, & tuent̃, conuertantur, & à venere summopere caueat, cuius ratio iã lib. 1. à me scripta est.

Vinũ in neruorum vulneribus, qñ & quibus seruatis propinandum.

Sauciat⁹ paulatim ad cõsuetudinem qua san⁹ vtebatur reducendus.

Sex reb⁹ nõ naturalibus quo pacto vtendum.

Venus fugiẽda summopere in vulneratis neruis.

Tertium documentum.

Tertium documentum.

Tertium documentum, circa sanguinis missionẽ & alui solutionẽ versatur, est enim principio mittẽdus, vt dolor neruorũ vulnera comitari solitus, humorũq; fluxio, atq; inde inflãmatio, facta reuulsione, præcaueantur, snĩa est Hippo. lib. đ vlceribus, Gal. 6. meth. c. 2. Paul. lib. 4. c. 54. de neruis cõuulneratis Auic. 4. 4. dict. cap. neruorum vulnerum, properandũq; esse ad sanguinis missionẽ, neglecta syncope suspicione, cõsulit, Auerrois, colliget. 7. tract. De cura solutionis cõtinuitatis neruorũ, & deniq; venę sectio, ad sedationẽ doloris eo vsq; competit, vt Gal. 13. meth. c. 5. etiam si corpus ab excremẽtis purũ sit, tundere venam iusserit, cum dolor fluxionis causa fiat, non enim (vt ipse Galen inquit lib. de curandi ratione per sanguinis missionem capite. 8.) quando magna fuerit ægritudo, sed cum suspicabitur vehemens, mittendi sanguinis est tempus, sed hoc ita demum, obseruandum est, si ægrotantis virtus, & vires tulerint, sin minus, vel parcius mittẽdus sanguis, vel cucurbitulæ cum scarificatione, vel citra eam, secundum ægri tolerantiam, affigendæ, tutò enim affiguntur, vt eleganter probat Cornelius, libro. 2. capite. 11. dum inquit, vbi sanguinem mitti vires non patiuntur, id auxilium, vt minus vehemens, ita & magis tutum, nec vnquam periculosum, & Gale. lib. de sanguinis emissione, & de reuulsione, cu-

In neruorum vulneribus principio mittendus sanguis & ratio.

Quanuis ab excremẽtis corpus purum sit mittendus sanguis est in neruorũ vulneribus.

Nõ cum ægritudo magna est, sed cum suspicatur vehemẽs mittẽdi sanguinis est tẽpus.

Si ægri virtus sanguinis missionẽ non toleret vel parcius mitti vel cucurbitulę affigi debent tuto enim af

figuntur vel conſtrictionibus & deligaturis vtẽdum.

curbitulis,& ſcarificatione,& in commẽtario.2.aphor.aphor.17. vel conſtrictionibus,& deligatiõibus crurium, ſi in brachijs vulnus conſiſtat, brachiorum, ſi in cruribus,atq; etiam lauacris vtẽdum eſt, authore Gale.13.meth.cap.6.& cap.21.

Clyſter ſanguinis miſſionem præcedere debet in curatione regulari, licet in coacta hoc peruertatur & ſic Hipp. accipiendus eſt.

ſed curæ tibi ſit,vt clyſter ſanguinis miſſionem præcedat, iuxta Auic. præceptũ 4.1.cap.20.& Pauli lib.6.cap.40. qui quidem in regulari(quam vocant) curatione,intelligendi ſunt,ne cõtrarius ſit Hippo.lib.4.de victus ratione in morbis acutis canone.18.dum ait, nam præcipuum in his propoſitum eſt, in primis ſanguinem detrahere, deinde clyſterem exhibere,accipiendus enim eſt, incoacta curatione,vbi à ſanguinis miſsione incipere cogimur,

In neruorũ vulneribus vbicunque ſymptomata vrſerint, mittẽd⁹ ſanguis eſt virtute & ætate ferẽtibus.

ſed illud maxime te animaduertere volo, non ſolum principio, ſed quocunq; tempore quo ſymptomata vrſerint, mittendum eſſe ſanguinem, virtute,& ætate(vt ſæpe dictum eſt) ferentib⁹ Galen.docente.9.meth. cap. 5. & lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionẽ, prope finem,

Si in brachio vulnus conſiſtat vena ſaphena ex talo correſpondenti ſecanda, ſi in crure aut pede baſilica ex brachio eiuſdẽ partis rectitudine ſeruata.

vena autẽ ſi in brachio vulnus ſit,ſaphena ex talo eiuſdẽ partis, ſi in crure aut pede,baſilica ex brachio correſpõdẽti ſecãda eſt,ſeruata catexi,id eſt,rectitudine,vt tradit Gal.lib.de reuulſione.

Quartũ documentum.

Quartum documentum.

Aluus cienda in vulneratis neruis. Pharmacũ & nocẽtem humorẽ reſpicere nec efrene nimis eſſe debet quia neruorum affectus ſub acutis connumerantur.

QVartum ad alui ſolutionem pertinet,eſt enim in comperto, vt ſi vulneratus vitioſis ſuccis redundet,niſi exacte purgat⁹ ſit, rectè curari nequeat,ergo cienda ei albus eſt,vt pręcipit Gal.6.meth.c.2.Paul,lib.4.c.54. Auic.4.4.c.1.vulnerũ neruorũ, Auerr.loco ſuperius citato,& penè omnes, verũ ſoluens pharmacum,nocentem humorẽ reſpicere, nec nimis efrene eſſe, opus eſt, quando neruorũ affectus,ſub acutis quibus forte pharmacum noxium eſt, cõnumeratur à Gal.de victus ratione in morbis acutis,

Si neruorũ vulneris inferiorib⁹ partibus ſint, nõ ſolutiuo pharmaco ſed vomitu vtendũ,contra in ſuperioribus.

ſed illud non leuis momenti, memoria nunquam excidat,quod ſi neruorũ vulnera inferioribus partibus ſint, non ſolutiuo pharmaco,ſed vomitu vtẽdum eſt,contra in ſuperioribus,quod eleganter tradit Galen.4.meth.cap.6.&.13. meth.cap.6.Auic.4.1.cap.4.Auerr.colliget.6.cap.pharmaciæ,Razes.11,continẽtis cap.1.

Qui ſomniauerũt ſe crurium læſionibus affectos,euomere debent ex ſentẽtia Hippocratis.

ex quo mire Hipp.lib.de inſomnijs euomere illis præcipit, qui vlceribus vel crurium læſionibus ſe affectos ſomniarunt quod mirum eſt,aurire etiã aquã putei ſepiùs in die vlceribus crurium maxime prodeſſe experientia compertum eſt,

Quo pharmaco aluus cienda & pharmaci q̃titas certa lege præſcribi non põt.

quo autem pharmaco aluus ciẽda ſit, certa lege perſcribi non poteſt, ſed medici peritiæ relinquendum, nec ſcd̃m Gal. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem cap.12.in principio, certa exhibendorum quantitas aſsignari poteſt.

Quintũ documentum.

Quintum documentum.

Linamenta in neruorũ vulneribus quibus punctura nõ eſt principio immittenda nõ ſunt, quia poti⁹ agglutinatio tentanda, quæ ſi non reſpõdeat breui turunda vtẽdum.

QVintum documentũ eſt, vt principio linamenta,aut turundam in neruorum vulneribus, indere minimè auſus ſis, quin prius naturæ opus experiaris,quæ ſæpe agglutinationem aſtruit,cuius artificium, linamentis deſtruitur,& ſi primis curationibus proſperi ſucceſſus ſpes fouerit,reliquis idem intentum obſeruabis,coaleſcentia duntaxat admouendo præſidia, quod ſi forſan ſymptomatum in curſu natura impedita, ab inſtituto ceſſet, vanaque prima auxilia fuerint, tumente vulnere, latenteque interius pure, quod reſpirare nequeat,tunc ad breuia linamenta, ne tangantur nerui, atque dolorem inferant, coacte ſane deueniẽdũ eſt, & facile erit, vulneris oras,vel digitis,vel ſpecillo aperire,equidẽ mea hæc eſt ſententia, totius vitæ periculo probata,quam cum ſequeremur

remur magna certè neruorum vulnera quam ocyſsime perfectã agglutinationẽ ad Dei gloriã conſequunt̃, cõtra, hac nõ obſeruata methodo multi è vita diſceſſerunt, & vidi duos eiuſdẽ ætatis, ac ferè tẽperaturæ, eodẽ tpe, atq; eadẽ corpis parte ſauciatos, quorum alter, linamẽtis inditis, dolore, ſymptomatis, cõuulſione correptus, intra. 14. diem mortuus, alter, citra turundã curatus, in priſtinã ſanitatem diuino numine, redactus eſt, & hæc doctrina rõnibus certè vrgentiſsimis communitur. Primùm, illa, medici in curãdis vulneribus, ſcopus eſt ipſa agglutinatio, ſed eã linamẽta impedire incõperto eſt, ergo ab illis abſtinendũ. Conſequentia patet nã ſi qđ minus vr̃ ineſſe ineſt, ergo & id qđ magis. Sed oleũ & aqua vel pill⁹ ſiue puluis: vulneris agglutinationẽ prohibent, ex Gale. 4. meth. ca. 4. ergo à fortiori linamenta. Ad hæc, medicus naturę adiutor eſſe debet, & ab vniuerſis doctoribus ſic vocatur, ſed natura pro virili vulnus agglutinare contendit, ergo iuuare, eius intentũ debet, & non impedire: iuuabit autem, ſi linamẽta fugiat, impedimẽto erit, intra vulnus ea immittendo, accedit, vt linamenta tangendo neruos, præ nimio ſenſus acumine, & dolorem acerrimũ, & inflãmationẽ, & interdũ cõuulſionẽ accerſeãt, cui etm̃ ſnĩæ Corne. lib. 5. c. 26. de agglutinatiõe vulnerũ ſubſcribit, quæ poſt habita turũda, ceſſant, rurſus, linamẽta hæc vbi pus expelli oportet, duntaxat imittunt̃, at principio, de quo nobis ſermo, nulla ſanies incruẽta plaga eſt, neceſſaria ergo nõ ſunt, Præterea, argumẽto, qđ à fortiori dr̃, cõprobat̃, nã ſi in thoracis penetrãtibus vulneribus, linamẽta (ne ſcilicet naturæ opus impediãt) à multis prohibent̃, fortius ergo in neruorũ exteriore vulnere, principio, vbi agglutinatrix deligatura rectè adaptari, dãnanda eſt, inſup illorũ opinio iuxta Gale. ſnĩam

Multi linamentis immiſsis mortui multi citra ipſa ſanati ſunt.

Caſus notãdi.

Rationes q̃ conuincunt fugiẽda eſſe linamenta.

Prima rõ.

Medici ſcopus in curandis vulneribus agglutinatio vulneris eſt.

Secunda ratio.

Medicus naturæ adiutor dicitur, & eſſe đbet.

Natura vulnus agglutinare cõtendit.

Tertia rõ.

A linametis dolor acerrimus inflãmatio & interdum conuulſio inſurgunt.

Linamenta ſolum vbi pus expelli oportet, immituntur.

Quarta ratio ſumpta ab argumẽto à fortiori.

Linamenta in thoracis penetranti vulnere prohibita ſunt ne agglutinationẽ (naturæ opus) impediant.

tertio artis medicæ, &. 3. meth. cap. 4. vbi vulneris oræ vt iungendæ, coniunctæq; manere debent aſſerit, quẽ Guido noſter ſequit̃ tract. 3. capi. vniuerſali de curatiõe vulnerum, intentũ hoc inter reliqua ſummè cõmendat, cui linamẽtis vtentes, aduerſi manifeſtè iremus, nec huic nr̃æ traditioni defuerunt authores, ſi quidẽ Guilielm. de Saliceto chirurgiæ facultatis, & peritia, & experiẽtia vir nõ contẽnendus libr. 20. cap. 18. & Petrus Argelata libr. 3. tract. 1. cap. 19. linamenta quæ neruũ tangant, fugienda eſſe docuerũt, affirmãtes ſi linamentis nerui tangant̃, dolorem, fluxionẽ, inflãmationẽ, conuulſionẽ, & denique ſæpe mortẽ euocari, quę mala multis ſæpiſsimè eueniſſe, experimẽto & ipſe vidi, quibus authoribus ego, addo, nullo modo principio, etſi neruum non tangant, linamẽtis vtendum, ſi modo alia agglutinationi minimè aduerſent̃, ſed fortaſsis, me falſæ ſectæ inuentorem, vaniloquumque triuiales & cute tenus chirurgi, arbitrabuntur, retorquentes in me Galẽ. authoritatẽ. 6. meth. cap. 2. &. 3. artis medicæ cap. 6. vbi maximè admonet, nõ agglutinatoria præſidia in pũcto neruo, ſed quæ dolorẽ mitigent, & ſaniei exitũ patefaciant, eſſe admouenda, & Auic. Fen. 4. 4. dicto cap. vulnerum neruorũ, iubentis ne ad conſolidationẽ ꝑperemus, ſed incipiendũ à doloris ſedatione. Sed ego quidem, iuuenes veritatis ſtudioſos, quã doctrinã, & rõne verã, & longa experientia probatã ſcio, nec à doctis aſpernendã fore, ſpero, docere cupio, nam imperitos alios multos, ab inueteratis erroribus reuocare, & à praua conſuetudine auertere, per quã durũ eſſet, quibus minimè fauet Gale. qui in nerui punctura cæca, ex qua dolor ingens diſtorquet, apertè loquitur, nec Auicẽna, qui quando principio ſymptomata inſurgunt, intelligẽdus eſt, ſed nos non de punctura nerui, ſed de

Generale eſt vt vulneris oræ iungantur.

Guiliel. Saliceti laus: cuius & Petri Argelatę auctoritate ſententiam ſuã probat.

Obiectio ex Galeni authoritate.

In punctura nerui nõ agglutinantia, ſed quæ dolorẽ mitigent, & ſaniem expellant, admouenda ſunt præſidia.

Alia obiectio ex Auicenna.

A doloris ſedatione incipiendum, non ad conſolidationẽ properãdũ.

Ab inueteratis errorib⁹ & à praua conſuetudine auertere per quã durum.

Quid incõmodi habet authoris ſententia, & curãdi methodus.

inciso neruo, vbi non infestant symptomata tractamus, in quo principio (vt superius admonui) consolidatio procuranda est, id tamē incommodi habet nostra hæc curandi methodus, quod dum egrotantes tam breui se sanatos conspiciunt curationē negligentes, debita nos mercede defraudāt, vt mihi non semel cōtigit.

Quid incōmodi habet authoris sententia, & curādi methodus.

Sextum documentum.

Sextum documentum.

Vulnera nō necessario tertio die, & in æstate bis in hyeme semel curanda.

Obiectio ex Gal. & Cornel. authoritate.

Sextum, ante oculos habere debes, vt communem multorum errorem fugias, existimantium, tanquam inuiolatum legis esse præceptum, secundam vulneris curationem tertio die moliendam, qui citra dicrimen vllum, superstitiosè semper id obseruant, capta (vt suspicor) occasione, à Gale. 4. 5. & 6. meth. & alijs in locis, & Cornelio, libr. 5. cap. de ratione victus, & notis vulnerū, qui tertio die, vulnus soluere, & illi mederi aliquando iubent, inferunt ergo isti, semper triduo, ab illato vulnere curandum, imo (quod satis mirari nequeo) æstate, bis hyeme semel curari vulnera oportere, quæquidē à ratione alienissima sunt, nam (vt cum istis loqui liceat, qui legē hanc tam scrupulosam sanxerunt) scire opto, symptomatis quæ vulnus glutinari ~~habent~~ prohibent, non infestantibus, quando iam immediatè coalescit, quorsum tu chirurge tertio die, vulnus soluere, & curare properas, quem cōsultius multò esset naturæ voto in glutinando vulnere non resistere, sed in sextum, & longius curationem protrahere, est enim hoc Galeni menti consentaneū in commentario supra lib. Hipp. de fract. in illo. §. incipienti. Postquā verò ad tertiū diem, dum inquit, quod enī in lignis quæ semel coniunguntur est gluten, id cōfractis ossibus callus est, vt merito quę callo conglutinandæ sunt fracturæ, quiete summa indigeant, quippe cum si callus concrescens agitetur, & moueatur, dissolui nō secus ac gluten quo ligna cōmittuntur, aut lac, qđ coagulatur, soleat, Adhæc, cur cedo contrario, vbi symptomata sequiunt, triduū, imo horam spectas, an vt interea dolore, atque ingenti inflāmatione affecta particula, stiuo potissimū tempore, corrūpatur, Et cur queso, vulneri puris experti, quod non symptomata distorquent, æstate bis, sanioso vero cū symptomatis, hyeme, semel vnoquoq; die mederis, cum illud, rarius, hoc pluries curandum esset, ergo lex illa stultissima prorsus & sine rōne (si sine discrimine ea vtamur) cēsenda est, Quare animaduertere debes, bifariam vulnus glutinari contingere, aut primaria (quam vocant) intentione, vbi cum symptomatis nulla, aut leuis colluctatio est, nec prauis succis corpus redundat, sed bona temperatura præditum, bonaque victus ratiōe vtitur, tunc quidem rore duntaxat nutrimētali (præsertim iuuenili corpore) consolidatio sæpissimè perficitur, aut secunda intentione, vbi nimirum hæc omnia cessant, quin potius symptomata distorquent, dolor, inflammatio, vitiosiq; succi ad vulnus percurrunt, quo casu non facilè vulnus coalescit, imo ipsius oræ dissidēt, cum ex vulnere, in vlcus conuertaī, vt iam nō primis, sed reliquis pręsidijs curandū sit, si igitur agglutinatio principio rñdeat, prosperaq; omnia, inculpataque sint, nec triduo, nec etiā sexto vulnus attingendū est, qđ in oībus corporis vulneribus, quæ glutinari volumus, regulare esse debet. Siverò hęc absint, aduersaque sint, non in triduū differenda curatio, sed eodē die, & bis, totiesque noctu, qñque curabis, potissimū, vbi dolor neruorū vulneribus peculiaris, desæuit, cui nrǣ snīæ astipulantur Auic. doctri. 4. 4. dicto capite vulnerum neruorum, Aetij sermone 14. Trusiani supra. 3. artis medicæ, Cauliaci tract. 3. capit. de incisione & vulnere ma-

Reprehēsio ex ratione.

Obiurgatio ex ratione.

Reprehēsio ex ratione.

Vulnus bifariam glutinari contingit.

Vbi vulneris glutinatio prosperè succedit, nō triduo, nec etiam sexto sed cū opus fuerit curandum est, si aduersè succedat, & vrgēt symptomata eodem die, & crebro.

Vulnus etiã cũ cranei fractura quoad perfectè glutinetur soluendum nõ est.
Gale. & Cornel. declarãtur.

re magno, & Nicolai florentini sermone. 7. capite fracturæ cranei, qui fortiori casu, nẽpe in cranei fractura, vulnus quo ad perfectè cõglutinet, soluendũ nõ esse præcipit, nec obstãt Gal. & Cornel. supra citati, intelligendi em̃ manifestè sunt. Secũdũ nr̃am distinctionẽ, qñ scilicet principio, symptomata, & alia, primariæ intẽtioni impedimẽto sunt, & ob id tridui potissimũ meminere, non ꝙ terminus necessarius sit, q præponi, nec postponi posit, sed qđ tertio, vel quarto die, recrudescere, & sæuire interdũ vulnera magis soleant, vt Hippo. libr. de fracturis docet & colligit̃ ex Genes. 34. c. his verbis, acẽsiq; sunt oẽs, circũcisis cunctis maribus, & ecce die tertio, qñ grauissimus vulnerũ est dolor &c. Vnde si tertio die, dolor hic tã acerrimus torqueat, tertio, si primo, primo, si sexto, sexto, vuln⁹ curabis, nec perpetua tridui lex statuenda est.

Tertio die recrudescere & sæuire vulnera solent.
Quo tempore curandũ vulnus, sĩ doleat.

Septimum documẽtum.

Septimũ documentum.

SEptimum erit, vt si in manu vulnus consistat, ex leuissima tabella, seu sicca cucurbita, fabrefacta, pannis inuoluta gosipioque farcta, vulneratę manui aptè applicet̃, quæ & neruis, & vulneratis ossibus maximè conducit, tum vt nerui, atq; ossa quiescant, nec huc atque illuc diuagentur, nam sine quiete vulnerũ agglutinatio non rectè contingit, authore Gal. 5. meth. ca. 8. tum etiã, vt incisi nerui melius atq; directius coalescant, tabellæ aũt huius author est Guido tract. 3. capi. vlti. de vulnere cum incisione ossis, qui etsi de ossibus loquatur, ex eadem ratiõe ad neruos trahendus est, si verò in brachio vulnus sit, tabella longior qua nõ manus solum, sed totum brachium cõtineatur, applicari debet, si in crure, capsulã, quam Gale. 6. meth. cap. 5. glossocomon vocat (vt ibidem præcipit) artificiose moliaris, quæ præterquam, quod vulneri agglutinando prodest, iuuat insigniter, cũ æger cubile mutat, aut etiam è ventre aliquid excernit, & ne comprehendentium manibus, aut lecti stragulis offendatur, qua ratione etiam arculum supra capsulam, aut tabellas machinari soleo. Ceterùm si nerui duntaxat citra ossium incisionem vulnerati sint, tabellæ, vel capsula cito amoueantur, quò callus, ad extensionem flexionemq; exercendam, ductilis fiat, & hoc si in manu vulnus sit, si verò & os incisum, multo serius, quod ad conglutinationem maiori multo mora ei, quam neruis opus sit, vulnerati autem membri accommodã repositionem Gal. authoritate Hippocr. 6. metho. capi. 5. eleganter docet, vt nimirum, eam figuram quæ maximè à dolore absit, & qua æger persistere diutius immotus posit, eligamus, brachio quidem angulosam, cruri verò quæ paulò minus porrecta sit.

Manus ex tabella leuissima vel ex cucurbita fabrefacta pãnis inuoluta & cotone farta, vulneratæ manui applicanda & ratio.
Vulnerato brachio tabellæ applicandæ.
Cruri vulnerato capsula quæ glossocomon dicitur moliẽda & ei⁹ vtilitas.
Arculus supra capsulã adaptandus & ratio.
Tabellæ & capsula ab incisis neruis cito amoueantur, sed à cęsis ossib⁹ serius & ratio.
Qualis esse debeat vulnerati membri repositio.

Octauum documentum.

Octauũ documentum.

OCtauum documẽtum nunquam memoria excidat, vt nimirũ vbi inflammatio, aut symptoma aliquod vulnus adoritur, calidis, nimisque humidis, emollientibus, putrefacientibusque præsidijs, qualia sunt, calens aqua, pultes ex hydroleo, id est aqua, & oleo, & triticea farina confectæ, maluæ, altheæ radix, auium adeps, commune oleum, & his similia, quæ emolliendi putrefaciendique vim retinent, minimè vtaris, nanque vulneratis neruis aduersissima sunt, ꝙ corruptionem inducant, accedit vt cum ex humida fluidave substantia progeniti nerui sint (vt superius admonuimus) à calido & humido facilè dissoluãtur, vt Gale. 6. methodi capi. 2. & 3. de compositione medicamentorum per genera capit. de vulneribus neruorum, Auicen. 4. quarti. cap. sæpius citato Auerr. colliget, 2. ca. de cõplexione mẽbrorũ consimiliũ, atque

Emollientia putrefacientiaq; p̃sidia in neruorũ vulnerib⁹ fugienda & q̃ hæc sint.

Razes

Multi misere periere hmõi emollientibus ac putrefacientibus.

Aqua frigida neruis aduersa.

Frigidũ inimicum neruis.

In nerui pũctura leuia emollientia conueniunt & quę sunt.

Razes lib.4.continẽtis capi. de punctura nerui, quos reliqui oẽs sequuti sunt, ꝓclamãtes hmõi præsidia, vt lethalia, & calamitatis plena fugiẽda esse recensentque innumeros tristissimos successus ex emolliẽtiũ ac putrefacientiũ vsu, vel potius abusu obortos, & mea tẽpestate, multos satis deplorãdos conspexi. Adde damnandã etiã esse frigidã aquã quod insigniter neruos condenset, vnde Hipp. 5. aph. apho. 18. frigidũ inquit, inimicũ ossibus, dentibus, neruis &c. de quo supra iam latius primo documẽto scripsimus, sed quãuis hoc in neruorũ vulneribus regulare sit, in nerui tñ punctura principio qñ ob vulneris angustum osculum, sub carne, vel cute pus delitescit, emollientibus leuiusculis vti tuto decet, quo dolor, mitescat, & pori ad saniei fluxionem dilatentur, emollientia autem sunt cõe antiquũ oleum solum vel cui sulphur, cõmistum sit, lumbricorũ, sabinum oleum, & ex ouorum vitellis, & alia quæ potius dolorẽ sedandi, ac leuiter leniendi, quàm putrefaciendi vim sortiuntur.

Nonum documentum.

Nonum documentum.

Quibus pręsidijs cõuulsio arcenda sit.

NOnum vniuersale præceptum nõ leuioris est momenti, quod conuulsionem quæ vbi immediatã à cerebro originem, atque sensus acumen, vulneratis neruis persæpe insultare solet à corpore arcet, ergo si vulnus in superioribus membris, vt manibus, & brachijs consistat, axillæ, collum, ac spinalis medulla, vsque ad ceruices, si cruribus inguina calenti oleo secundum Galenum. 6. Methodi capite. 3. illinienda sunt, cui sententiæ subscripsere etiam Paul. lib. 4. cap. 51. Auic. 4. 4. cap. vulnerum neruorum, Razes lib. 13. continentis. capit. 6. & lib. 14. capit. 4. Sed oleum accommodatius erit, camæmellinum, irinum, & lumbricorum, sed poteris ex hmõi oleis, addita hisopo humida, adipe auium, æqua portione mxtis & tantillo lumbricorum, ac crocei pulueris, cum cæra quæ ad coagulandum sufficiat, vnguẽtum conficere, quo prædicta membra illinies, sed si iam hominem conuulsio corripuit efficaciora alia instituenda remedia, & vt non idem sed triplex conuelendi modus est, nempe ex inanitione, plenitudine neruorũq; & cerebri compassione, sic non eadem præsidia in vsu semper esse debent, sed alius, alia expostulat, igitur si ex inanitione & siccitate, quæ paulatim post sanguinis immodicam profusionẽ, vel eximiũ puris effluxum, vel diutinum alui profluuium, ardẽtissimasque febres innascitur, supra dicta membra humectantibus medicamentis, vt violaceo amigdalino lumbricorum, atque lini seminis oleo solo, vel vaccino butyro cum cęra alba coagulato, vbertim perungenda sunt, & quanuis huiusmodi exinanitione cõuulsio lethalis Hippocrati sit (vt superius etiam admonui) aliquando tamen sed raro, maximè prodest, vulneratum intra ahenum vel tinam humectantium herbarũ decocto plenum immitti, deinde prædictis illiniri, nec minus confert vtre, quo oleũ diu contineretur, obuolui: sed si ex plenitudine, humores à quibus plenitudo excitatur, prius fortibus medicamentis purgabis, & sanguinẽ (si & ipse peccauerit) mittes, postea calidis & siccis temperatè medicamẽtis, easdem partes fouebis: ea sunto, nardinum, laurinum, castoreũ, euphorbij, atque lumbricorum oleum, ex quibus etiam vnguentum compones addendo castorei, sabinæ, & pulegij pollinẽ cum cæra quæ satis sit, vtatur etiam æger caput purgijs & sternutatorijs, adde huic malo insigniter succurrere cauterium in colli vertebris auctor est Nicol. Floren. sermo. 7. tract. 4. summa prima capite de cura vulnerum neruorum per chirurgiã.

Triplex cõuulsio ex inanitiõe plenitudine, & neruorũ, ac cerebri cõpassione.

Quæ adhibenda remedia sunt vbi iam conuulsio hominẽ corripuit.

Inanitio ex sanguinis, aut puris vel alui immodico profluuio innascitur.

Conuulsioni ex inanitione remedia.

Cõuulsio ex inanitiõe lethalis Hippocrati est.

Conuulsioni ex plenitudine præsidia.

Cauterium in colli vertebris insigniter conuulsioni ex plenitudine confert.

Conuulſioni ex neruorum & cerebri cõpaſsione remedia.

Si vero ex neruorũ, & cerebri cõpaſsiõe, neruis ob acerrimũ dolorem lædentem rem fugiẽtibus verſus ſuum principium cerebrum cõtractis, conuulſio excitetur, medicamentũ de quo in huius documenti principio, eædem partes in primis perungendæ. Cęterùm ſi punctura cæca, vel neruus per trãſuerſum partim non totus inciſus in cauſa cõuulſiõis ſit, ad propria (de quib⁹ inferiùs) capita decurrẽdũ eſt. Vbi nota immeritò Argenteriũ Gale. taxaſſe: negat em̃ ſpaſmũ ex ſiccitate fieri ex eo q̃d ethici cũ ſumma iã ſiccitate nõ conuellunt, ſed valeant: in ethicis enim humiditates toti⁹ corpis. ſ. ros cambiũ & glutẽ iam ſunt cõſumptæ & caro ipſa & interdũ oſſa ſiccitate conſtricta: igit̃ q̃d ſiccũ admodũ eſt, cõtrahi non valet: in conuulſione vero ſiccitas non itidem.

Decimum documẽtum.

Decimũ documentum.

DEcimum & vltimum documentũ, nec obliuiõe dignũ, nec minus neceſſariũ, admonet, vt ſemper in neruorũ curatiõis ꝓgreſſu, laborãtis atq; vulneris diſpoſitionẽ, & naturã attẽtè cõſiderem⁹ ſic vt ſcd̃m vulneris mutationes ſymptomatũ varios incurſus, ægrotãtis viciſsitudines, p̃ſidia ipſa permutemus, remedia inuertam⁹, exẽpli gr̃a, ſi calidis vſus medicamẽtis, à calore offenſum, fauciatũ conſpicis, neglectis illis, cõtrario frigidis vtere: ſi à frigidis noxa innaſcit̃, cõtemnes frigida, ex tẽploque, ad calida decurres, q̃d optimè docet Auic. 4. 4. tract. 1. cap. de regimine habẽtiũ apoſtema, & dolorẽ, Habenda etiã rõ eſt medicaminũ qualitatis, & grad⁹, vt mẽbri tẽperaturæ r̃ndeãt, nec excedant, hæc ſunt, quæ in huius capitis principio polliciti ſumus documenta, quæ in vniuerſum neruorũ vulnera omnia, & affectus reſpiciũt, & licet propriora illis ſint, reliquis etiam corporis vulneribus multum conueniunt.

Remedia ſecundum vulneris mutationes, varianda.

Habenda ratio eſt medicaminũ qualitatis & gradus vt vulneratæ particulæ reſpondeant.

CAP. XIII.

De nerui punctura.

Nerui punctura ex neruoſo loco vulnere arcto & dolore acerrimo agnoſcitur.



NVNC ad particularẽ neruorũ vulnerũ curationẽ deſcendam⁹ in q̃b⁹ ea ſolũ quæ in vniuerſali ſcripta non ſunt pertractabim⁹, & primũ nerui puncturã, vt perículoſiorẽ curãdã ꝓpono, quæ nimirũ ex neruoſo loco vulnere arcto, doloreq; acerrimo palã erit, ergo vbi corpus g̃nalib⁹ remedijs iã ſuperiore capite traditis p̃parraueris, ad tria potiſsimũ intẽta omnem curationẽ rediges nẽpe vt affixũ telũ (ſi q̃d eſt) refigam⁹, dolor q & inflãmationẽ, & ſępè cõuulſionẽ excitat, arceat, etſi iã inuaſerit, miteſcat, virus, prauúmve vulneris ichorẽ extrahamus, vuln⁹ emũdem⁹, exſiccem⁹. Primũ efficies vulſellis, aut alio ſubtili inſtrumẽto vel etiã p̃ſidijs quæ ſaniẽ foras pellere apta ſunt, q̃lia erunt arũdinis radix cõminuta, piſtata ſatis ac melle mixta, ꝓpolis, amoniacũ, quercinũviſcus oleũ antiquũ, aut ſabinũ, vel ſambucinũ p ſe, aut cũ cæra cõpactis, interiuſq; (ſi vulnus pateat) cũ ſpecillo immiſsis, ſin minus exterius lintheo admotis cõferre etiã ſolet inciſa rana pũcturæ illicò applicata, ad ſcd̃m iuuabit inſigniter ſabinũ antiquũ oleũ, vel ſambucinũ aut lumbricorũ, non ſuper roſaceo, vt alias ſolet confectum cuius lumbrici nõ aceto, ſed vino ſuffocati fuerint, vel cõmune vetus oleum ſeparatim, aut optima terebinthina mixtum, tepidum intra puncturã inſtillatum, verum à conſolidãtibus præſidijs cauendum tibi ſummopere erit: ſed his duntaxat quæ dolorem leniunt, ac poros aperiũt vtendum, vt Calenus. 6. methodi capite. 2. Razes libr. 13. continentis capite ſecundo. AEtius libro quarto. capite. 54. & latius ſuperius dictum eſt, quo fit, vt roſaceum, & myrtinum oleum in nerui punctura, tanq̃ ſtiptica, & obſtruẽtia vulnus, nec vaporantia

In nerui punctura i tres ſcopos tendit curatio, in refigendo telo, ſedando dolore & inflammatiõe ichoris extractione, vulneris emundatione & exſiccatione.

Telum quibus refigatur.

Dolor quib⁹ præſidijs miteſcat.

Conſolidantia præſidia in nerui punctura fugienda.

Roſaceum, & myrtinũ oleũ in punctura nerui aſpernanda & quare.

porantia aſpernari debeãt, ex mẽte Gal. loco citato, atq; Guid. ſæpè allegato cap. laudãtur etiam à Gal. 3. artis medicæ medicamenta tenui ſubſtantia prædita, quæ vſque ad offenſi nerui ima penetrare poſſint, nec mirari debes, quod in neruorum vulneribus oleo vtamur, nã id duntaxat in nerui punctura, & vbi nerui nõ patẽt, in vſu eſſe debet, neq; em̃ (vt Gale. inquit 6. metho. cap. 2.) parum intereſt nudóne neruo oleum, an per interpoſitam cutẽ admoueas, confert ſimiliter commixtio illa Auenzoharis. 2. ſui theiſir excerpta ex Gale. dicto capi. ad doloris leuamen à Doctoribus commendata, & à me non principio, ſed curationis progreſſu, perſępe experta conſtat ex ſulphure ignis experte, non lapidoſo, ſed omnino tenuiũ partium in pollinem redacto, & oleo cõmuni antiquo, laudat etiam Doctor ille eodem theiſir tract. 5. cap. 2. oleum ex ouorum vitellis, quod perutile interdum vſu inueni, prædictum etiam ſulphur cũ euphorbio, aut euphorbiũ cum antiquo oleo miſcere ſolitus ſum, quo, poſt aliquã inter capedinẽ tp̃is (præſertim in duris corporibus) vtor, iuxta Gal. dicto cap. ſed q̃uis hm̃õi cõmune ſabinũ, & ſambucinum oleum, aliaque lenientia, inter initia vtiliſsima ſint, immodic⁹ tñ & creberrimus eorũvſus neruo potiſsimũ puncto detecto, ꝙ neruos, nimis emolliant, paritérq; putrefaciant, deterrimus reddit̃, parcè ergo hiſce oleis vtendum, & vbi puncturam eis illinieris ſuccidam lanã calfactam ſuperimpones, quã non ſolũ ad pũcturam, ſed quæcunque neruorũ vulnera cõmendat Gal. dicto cap. 2. & Auic. 4. 4. tract. 4. cap. de cur. vulnerũ neruorũ, vtere ſimiliter ad dolorem, inflãmationẽ ac vaporationes quæ à ſanie ad cerebrũ conſcendunt, arcendas, linimẽto ex roſaceo lumbricorũ bolo armeno atque aceto, in quo, lumbrici prædicti olei ferbuiſſent, confecto, ſuperiori membri parti longè à vulnere adaptato, fota prius lumbricorũ calenti oleo tota particula. Tertiũ intentum multifariã comparat̃, nam poſt venam ſectã, aliaque vniuerſalia, poſtq̃; fotam prędictis totam puncturã, atque illitam ſuperiorẽ membri partem, ſi vulneri adhuc virus inhæreat, qđ reſpirare ad exteriora nequeat, tũc extractioni illius, deinde vulneris emũdationi, & denique exſiccationi, totis viribus incumbẽdum, extrahes ichorem accõmodè ſi anguſti oſculi cucurbitulã puncturæ affixeris, ſi affixio nimirũ apta figura locuſve ſit, cõſtrictis interea fortiter funibus membriſque directim vulneri correſpondeãt, cucurbitula affixa prodeſſe ſolet vel hirudo fricta pri⁹ ſalſa aqua, aut ſanguine aliquo vulnerata particula illita quo magis ad ſugendum hirudo alliciat̃, vt innuit Auic. 4. 1. ca. 21. Demum fermentũ euphorbij puluere mixtũ terebinthinęque oleo ſub actum applicandũ erit, ſed & ipſum ſolũ terebinthinæ feruens oleum pũcturæ inſtillatum, ſæpè maximam vtilitatem attulit, cuius meminit Nicol. Floren. ſerm. 7. cap. de pũctura nerui, vbi etiã feruefactũ cõe oleum intra puncturã infundere pręcipit, peculiare ſcilicet apud vulgus præſidium, nec mirum cum ad ichoris noxã abolendã, humiditates quaſcũque inſitas exſiccãdas, conuulſionéque arcendã, medicamina hæc vim nõ vulgarẽ ſortiãtur, nec interea ceſſare debet linimẽtũ illud (quod defenſiuũ vocant) boli Armenici de quo nuper dixim⁹, quo in mẽbri ſuperiore parte ſemp vtaris. Cæterũ vt virus, humiditateſve exſiccent̃ non parui emolumenti eſſe ſolet iuniperi oleũ calens, in nerui puncturã aſperſum, valet etiã plurimum guttula fortis aquæ alchimiſtarũ, intra vulnus infuſa, vſque adeo, vt etiam principio inſtillata, non alijs indigere præſidijs, mihi interdum contigerit, verum ſi

Medicamina tenui ſubſtãtia ad nerui puncturã à Gal. commendãtur.

Oleo in nerui punctura vtimur vbi nerui nõ patent, non in alio neruorum vulnere & ratio.

Immodicus ſabini olei, & lenientiũ vſus perniciosus potiſſimũ in neruo pũcto retecto & rõ.

Ichoris extractio quibus comparetur.

Cucurbitula affixa virus & vulneris ichorem extrahit.

Pũcturę affigenda eſt hirudo, vt vulneris virus extrahatur.

Cõmune feruens oleum vulgare, ſed bonum præſidiũ ad nerui pũcturã.

rum si supradictis contumax vulnus sit, tum rasorio vel rectius aureo, aut ferreo cauterio, cutis dilatari d̃bet, ea tenus quatenus nerui punctura liberius curari valeat, de quo cauterio Nicolus & Guido dictis locis scripsere. Demum excisus vel vstus loc⁹ vnguẽto ex optima terebinthina beti, vitello oui momentoq; croci, simul agitatis, ac lumbricorũ olei guttulis aspersis, locus digerẽdus, postea rosaceo melle, fabarum, vel orobi farina, tãtilloq; terebinthinæ, emundãdus, ex siccabitũ vero, cærato ex propoli, terebinthina, resina euphorbio, atque aristolochia, siccioribus mẽbris, & corporibus, in humidiorib⁹, thure masculo, modico serapini, opoponacis, atq; olei euphorbij, cum cera cõpactis quæ deinde manibus subigito: ad idẽ præstat medicamentũ ex pice, cæra, resina, terebinthina, oleo veteri, atque lumbricorũ eque mistis: sed si (quia varia est hoĩm natura bonis sæpè auxilijs renitens) vana tanta præsidia fuerint, symptomatumq; magis ac magis furiat incursus, tunc, q̃n auctore Hipp. apho. 1. apho. 16. extremis morbis, extrema atque exq̃sita remedia optima sunt, vt conuulsioni, mẽbriq; corruptioni imo hoĩs vite, succurramus, rasorio vel acuto cauterio totus neruus abscindendus est, iuxta Auice. sñiam sæpè citato loco in hæc verba, & multoties est necessariũ abscindere totum neruum vulneratum, ac punctum, cum totalitate, & prouenit ex eo quies, & separantur accidẽtia mala, idemq; docuit Gal. 3. meth. cap. 9. & alijs in locis, post incisum neruum, vulnus & digeratur, & ex siccetur, queadmodũ iam dictum est. Eadem quoque totalis incisio molienda est musculo non completè per transuersum inciso. Sed ne post incisionem nerui puncti vel per trãsuersum semi incisi eius vtriusque partibus retractis accidat ~~quo~~ membrum mancũ maneret: consueui ex meo (vt aiunt) marte acu vtranque nerui partẽ secandã transfigere, & super acum neruum truncare demũ acum filo extrahere: hoc addito, vt si insignior corruptio vulnus occupet ægyptiaco inscripto vnguento emundetur: vltimo medicamentum ex terebinthina paululo cere, & propoli, in lintheo vulneri applicato, nec fastidias tantam auxiliorũ molem, est eñ periculosissima sæpissimeq; lethalis nerui punctura, quæ bona curatione, experimentisque multis de facilè expugnatur, ex qua calamitosos casus quotidie euenire scio, vnde Plin. natur. hist. lib. 26. c. 1. secundum Lecanium Bassum police leuæ manus acu euulsa à semetipso, tam paruo vulnere, vt vix cerni posit obijsse, recenset. Cæterum si inflãmatio vulneratã particulã inuaserit ad caput de neruorũ apostematibus, si conuulsio, ad de præcauenda conuulsione capit. decurrendum est, sed non malè connectetur hic addubitatio illa, si nerui pũctura & hæmorrhagia (idest sanguinis profluuium) concurrãt, quo pacto vtrunq; malum curabĩ, in angusto eñ res posita vr̃, q̃n puncturam vulneris dilatatione hæmorrhagiã cõtrario consolidatiõe egere compertum habemus, sed trifariã tanto periculo succursum est, aut vene seu arteriæ vnde profluuium nascitur laqueali sutura, punctum versus radicẽ venæ sanguifluæ admouendo (vt latius cũ de sanguinis fluxiõe agamus differemus) puncturam vero ꝓprijs auxilijs curãdo, aut ignito cauterio puncturæ admoto, sic eñ sanguinẽ compesces, vulneris osculum amplificabis, nec nõ virus igne consumes, aut cum Gal. 3. metho. c. 9. & lib. 7. consulo vbi in curatione complicantur affectus, vt ab vrgentiore citra cuius remedium alijs succurri non potest, incipias, est autem vrgentior hæmorrhagia, ergo imprimis quam ocissime sistenda, deinde illico nerui punctu-

ræ (si

Ferreo, aut aureo cauterio cutis dilatãda si vulnus contumax fuerit.

Vulnus quibus digerendum, emundandum, & exsiccandũ.

Extremis morbis extrema remedia optima sunt.

Si symptomata distorqueant, nec alijs mitescant, totus neruus rasorio vel cauterio abscindendus.

Periculosissima & sæpè lethalis nerui punctura ex qua quotidie aduersissimi casus eueniunt.

Quintus Lecanius exiar ctissimo vulnere in polsce leue manus acu infricto obijt.

Si & nerui punctura & sanguinis profluium cõcurrant tribus præsidijs vtrique malo succurritur.

ræ (ſi inducias præbeat) ſubueniendum cui curandi methodo alludit etiam Auicen.4.primi.capite vltimo.

CAP. XIIII.

De neruis & tendonibus cæſim prorſus per tranſuerſum inciſis & primum an conſuendi ſint.

Nerui & tẽdines an cõſuẽdi ſint cõtrouertitur.



AN vulnerati cæſim p̃ tranſuerſum nerui, ac tendones conſui debeant ſatis controuertiĩ inter Chirurgos, nec vtraque quidem opinio argumentis deſit, quem articulum, vt perutilem impræſentiarum qua poſſim diligentia pertractabo, & non conſuendos eſſe neruos, & tendones illa ſuadent. Primum quod ſutura, tunc molienda eſt cum ſanguineæ & carnoſæ: particulæ, quæ primaria duntaxat intentione glutinantur: diſsident, at nerui & tendones, qui ſub ſeminalibus partibus cenſentur, ſecundaria (callo nimirum medio) conſolidantur, non ergo conſuendi. Præterea, in curandis hiſce vulneribus, id potiſsimum, quod dolorem inflammationem, atque conuulſionem accerſit, maximè vitandum, ſed talis eſt ſutura qua neruus pungitur, ergo fugienda. Quod autem nerui punctura prædicta mala excitet probat Galenus.3.artis medicæ, &.6. metho.capit.2.& Auicenna.4.4.dict.capite vulnerum neruorum. Rurſus ſi ſutura in vulneratis neruis vti oporteret præcepiſſet vtique Gal.(omni genere doctrinæ auctor ac cultor optimus) apud quẽ, nec vllum de ea verbũ, adhæc Razes. 13. continentis cap.6. chirurgis præcipit, vt dum vulnus conſuunt ſummopere caueant, ne acu neruum tangant, punctura enim (inquit) nerui conuulſionem euocare parata eſt. Vnde qui hanc partem defendunt, ex Raze colligunt: carnem duntaxat inſuto derelicto neruo, conſuendã, hæc fuit opinio Dini Floren. Auic. interpretis, in illius cõmentario, Petri Argelatæ.lib.1.tract.6.capi. de inciſione neruorum, & aliorum. Contraria tamen longè verior & rõne, & longa experientia cenſenda eſt, quæ à Guid.tract.3.cap. de vulneribus neruorũ.& à Lanfranco, & Guilielmo de Saliceto probatur, ſed Guilliel mi exceſſum repræhendo, dum perperã duplici ſutura, altera in carne, altera in neruis vtendum præcipit. Hanc etiã partem defendit Auicenna ſæpe citato capite, in hæc verba ſi autem dirumpitur neruus, ſecundum latitudinem, neceſſarium eſt ipſum ſuere, etſi non, nõ conglutinaĩ, & licet male, aduerſæ factionis auctores, velut cæreum naſum, retorquere voluerint obiectionem illam ipſum ad vulnus, & ſolius carnis altam ſuturam nõ ad nerui referentes, non tamen vllo pacto huiuſmodi intelligentia defendi poteſt, cum clariora ſint Auicennę verba, quàm vt interpretatione egeant, nec vllus dubitaret, ſuendam eſſe carnem, ſed non per ſe, ſed cum neruis ipſis, nam ſi ſolam conſueres, inſutoſque (vt illi volunt) neruos dimitteres, cum non carni continui, ſed contigui, lenes & lubrici, ipſi ſint, dũ vulneris oras carnes ad ſuendum vehementius conduceres magis ac magis ~~nedonẽ~~ retrocederent, grandiorq; neceſſario generaretur porus, q̃ ſeuſui & motui impedimento eſſet, & opinionis Auicennæ & reliquorum, fundamenta illa ſunt, Primũ oſſa quæ ſicciora & multo ipſis ~~deruis~~ duriora ſunt, primaria intentione ſæpè in pueris vt caro ipſa immediatè conſolidãtur auctore Gal.3.artis medicæ, & ibidẽ Truſiano interprete, ac Auic.1.1.doct.5. capi.1. de membro. anato. idem Auic.5.4.tract.2.ca.1. Fortius ergo glutinoſi nerui ſutura media glutinabũtur. Porrò ner

uoſæ

Negatiuæ partis argumenta.

Primum argumentum.

Nerui & tẽdones ſub ſeminalibus partibus cẽſentur.

Secundum argumentũ

Nerui punctura.. quæ ſymptomata excitet.

Tertium argumẽtum.

Galenus omni genere doctrinæ author & cultor optim⁹.

Quartũ argumẽtum.

Nerui punctura cõuulſionem euocat.

Secunda affirmatiua opinio tenenda quod nimirum nerui ac tendines cõſuantur.

Guiliel. exceſſus reprehẽditur exiſtimantis duplici & carnis & neruĩ ſutura vtendum.

Auicẽ. locus malè ab aduerſæ opiniõis doctoribus interpretatus, à prauo ipſorũ ſenſu vindicatur.

Primum affirmatiuæ opiniõis fundamentum.

Oſſa in pueris ſæpe immediate primaria intẽtione conſolidantur.

Scd̃m fundamentum.

Neruosæ vētris particulæ per suturam creberrime coalescunt.

uosæ ventris particulæ vt Galen. 6. methodi cap. 4. probat, & experientia ipsa indicat, creberrimè per suturam coalescūt, igitur & nerui, in super Galen. 3. artis medicæ dum generaliter de curandis vulneribus ageret, nullum circa curationem (sola nerui punctura excepta) inter neruorum, & alia vulnera discrimen constituit, clarissimum scilicet argumentum, vt nec quo ad suturam, constituatur, imo & ipse Galenus. 6. methodi cap. 3. quem Paulus lib. 4. cap. 45. imitatur apertè docuit, vulnerum neruorum curationem, communē esse cum ea quæ alijs vulneribus accommodatur. Quod si de solis medicamentis Galenum intelligendum cō tenderes, totam quidem ipsius doctrinā funditus euerteres: qua passim monet, medicamina, morborumq; præsidia, secundum vnius cuiusq; particulæ naturā varianda esse: ergo nō de medicamentis sed de sutura Gal. est intelligendus. Similiter si nutrimentali humore à natali die & nutriuntur, & augescunt ossa, nerui, aliaq; seminalia membra, vsq; dum adolescendi tempus excedant, prętantiùs multo eodem nutrimentali humore per suturam glutinabuntur. Potissimum in euchimis florenti ætate bonaq; temperatura corporibus. Quod si hæc cessent, negari certe non poterit quin conductis sutura neruis, non tantus creabitur alienus callus, quantus insutis ipsis, consequenterq;, facilius animalis spiritus, sensum, & motum ferens, ad vulneratum influet, atque irradiabit membrum: nec improbanda tam verissima, tanq; rationi consentanea sententia, longa oratio necessaria est. Nā etsi tantis argumētis destitueretur, vel ipsa certè clarissima conuinceretur experientia. Recensentur enim à doctoribus qui hanc partem fouerunt, mirabiles casus, vbi ope suturæ, membra vulneratis neruis languida, in pristinum motum, sensum, & salutem restituta fuere. Et testis ego sum oculatissimus, innumeros pene homines post consutos neruos, sensificam, & motiuam resumpsisse facultatem, & inter alios vnus in manu sæuissimè vulneratus, cui à chirurgo carne duntaxat consuta, ob idq; motu digitis orbatis, & à me ad curandum hominem accersito, sectis punctis, & consutis neruis ecce subito manum, & digitos mouere cæpit. Sed ad contraria argumenta respondeamus. Primùm ex his quæ dicta sunt facile diluitur, Secundum in cæca quidem punctura non in sutura nerui procedit, vt excitatis locis aperte videre est. Nec tertium conuincit, cum ab authoritate negatiue locus non procedat. Quarto non in difficile fit satis, cum Razes citato loco tantum absit à contraria opinione, vt manifeste nostram docuerit, ibi nanq; desuendis neruis agens iubet, vt dum neruos chirurgi consuunt, caueant ne neruum pungant, non punctura, quæ transmissa acu, necessario, cum suitur neruus, fit, sed cæca suentis chirurgi incuria, aut neruorum lubricitate facta, quæ (vt iam dictum est) & dolorem, & inflammationem, & conuulsionem ob impeditam respirationem, accersit, aliter atq; transmissa (dum neruum suimus) punctura, vbi si ichor aliquis generetur, facile respirat, aut in carnosam ampliorem vulneris sedem illabitur. Sed hanc nostram tam veram, tanq; securam traditionem, impugnare quidem videtur perigrinus locus Galeni. 3. de compositione medicamentorū per genera, cap. de vulneri. neruor. quem contrariæ sententiæ auctores referunt, dum inquit, itaque veritus tendines ipsis consuere denudatis prius illis à me, sic altioribus suturis vsus sum, haud ignarus carnosam ipsam musculorum partē periculo vacare, tēdines vero non itidem. Et statim subdit, cæ-

Tertiū fundamentum.

Neruorum vulnera à reliquis, excepta punctura non differunt.

Quartū fundamentum.

Ossa nutrimentali humore, & nutriuntur & augescunt.

Authoris opinio clarissima experiētia in multis casibus probata est.

Casus satis notandus.

Respōsio ad primum argumentum.

Respōsio ad secūdum argumentum.

Ad tertium argumētum responsio.

Loc° ab authoritate negatiue non procedit.

Ad Quartū argumētum responsio.

Locus Galeni qui aduersari authoris sentētiæ videtur, declaratur.

terum nõnulli opus à me cõfectũ imitantes, anatomes imperiti, ab omnibus musculis subiectas membranas auellunt, nescientes has simul cum musculis tutò cõsui, tendines autem similiter ipsis dilatatos: non mediocri cum periculo. Quibus verbis, tendines consuere se non ausum, quòd periculosa sit futura, fatetur Galenus, sed, nec vos à tã rationi consona, assiduoq; periculo probata sententia, deterreat Galen. series, nam in illa speciali gladiatoris (de qua agit) curatione idcirco Galen. tendines non consuit, qđ scilicet vereref: in tã altissimo vulnere, vbi tendines ipsi plurimũ dissidebant, priusquã acu traijceret, ipsos cæca punctura, quæ prædicta parit incommoda: pungere, nec mirum, cum tunc temporis, iuuenis inexercitatus (vt ex eius textu constat) esset, cæperatq; (nuper gladiatorum curatione à Pontificibus sibi commissa,) neruorum vulneribus mederi, at postea, perfectam nactus neruorum curationem, in tantis suorũ operum voluminibus, futuram minime damnauit, imo certe ea vtẽdum præcepit quando non differre à reliquis, neruorum vulnera edixit, ergo nostram hanc medendi rationem posteris commendamus, quam fœlicem, prosperanq; (Deo auspice) futuram spero.

CAP. XV.

De varia neruorum pertransuersum incisorum sutura, & illorum curatione, ex primaria intentione.

Neruorum pertransuersum incisorum suendi methodus.



HActenus conuenire in neruorum vulneribus suturã disputauimus, nunc de suẽdi methodo, ac reliqua curatione agendum. Ergo cum ad neruos & tendines incisos curandos accedis, præmissis victus ratione, & humoris nocentis vacuatione, & conuulsionis præcauendæ præsidijs præ oculis in curandis vulneribus habendis, de quibus vniuersali capit. absterso prius tenui lintheo, concreto vulneris sanguine, lauabis ipsum aqua ex colla, seu glutine, de qua infra cap. de medicinis vulnerũ neruorum. Deinde vulnus consues, non (vt perperam arbitratus est Guilielmus de saliceto alioqui doctissimus lib. 2. cap. 18.) duplici separatim sutura, altera solius nerui cum neruo, altera superioris carnis, quod quàm esset absurdum, nemo non videt: nec (vt alius doctor non minus male docebat) alteram, nimirum carnis & incisi nerui superiorem oram, cum altera tantum inferiori carnis parte, relicta priori nerui ora, consuendo. Nanq; si sic consueretur, animalis spiritus sensum, & motum deferens, manifestè euanesceret, cum ad nerui alteram partem minime irradiare posset, perindeq;, & sensus, & motus membrum expers redderetur. Admouenda igitur glutinatrix sutura, quæ carnem, & neruos vtrinq; simul comprehẽdat. Distentq; puncta inter sese, pertransuersi digiti spatium, reuoluta bis acu sub ipso filo, ipsoque constricto & nodato. Qua in sutura, duo animaduertenda summopere sunt, Primum, vt vulneri similetur, vt summo vulneri, summa sutura, alto, alta moliatur: si enim in summo profunda, vtereris, dolorem sine causa excitares: si vero contra supernæ atq; summæ vulneris cohærerent partes, internæq; dissiderent, vt ex Gale. colligitur. 3. de compositione medicamentorum per genera cap. de vulneribus neruorum, esset q; maximi nocumenti, cum necessario cauum superesset vulnus, Secundum, vt nec laxa nec stricta nimis sutura sit, iuxta Galenum. 6. methodi cap. 4. in illa enim vulneris oræ dehiscunt, in hac, dolor insurgit, & interdum ipsę oræ dirrumpuntur, alia etiam

Reprehẽditur Guilielmus de Saliceto in adaptanda sutura.

Cuiusdã taciti authoris quoad suturam reprehensio.

In consuendis neruis quæ obseruanda sint.

Alto vulneri alta sutura summo summa conuenit.

Sutura nec laxa nec stricta esse debet.

etiam non inutili ego vtor sutura vbi ob eximium loci sensum, dolorem, atq; inflammationem futuram suspicor, quam vt prædictam molior, nisi quod in hac, non nodatur, nec scinditur, sed illaqueatur filum, vt scilicet, cum symptomata distorserint, laxari (si oportuerit) pũcta postea constringi possint, ne incidẽda sint, incisis enim, grandior generaretur porus, hic tamen vos præmonitos volo, vt si in articulis vulnus consistat, nisi insigniter altum sit, minime consuatis. Nam ex sutura non læuia sequuntur incommoda, & contrario, ea non adhibita, magnã laborantibus comparatam vtilitatem frequenti experientia satis intellexi filum aut siricum, aut incœratum in vsu tibi sit. Quanuis Auenzohar sui theisir tracta. 7. cap. 4. de neruoso vtero agens, setæ crudæ filo aptius consui vulnus docuerit: & talis sutura, donec vulnus fere consolidetur non auferatur, ita tamen vt filum non putrescat consolidetur, acus sit acutæ, tenuis, & triangularis cuspidis, calibis, non aurea, nec argentea, vt male voluit Trusianus supra. 3. artis medicæ in commentario illius. §. incipientis præcedit autem eam, &c. cæterum si (vt nõnunquam præsertim hyemali tempore euenit) à frigore vulnus offendatur viuentem gallinam per medium incisa vulneri applicare, optimum præsidium censeo. admota igitur sutura, pannus cum simplici terebinthina, vulneri applicandus est, & circum circa, atq; desuper, oui candido stupæ infusæ, deinde madefacti panni in oxicrato. Demumq; apta deligatura applicẽtur: sed obijciet forsan quis quorsum curationis principio vbi sanguis fluit, ac vulnus ardet, terebinthina vteris, quæ caloris expers non est. Cui respondebis, terebinthinam, maximam quidem glutinandi neruos vim retinere: esseque (authore Auicenna. 4. 4. capi. vulnerum neruorũ) insignius neruorũ medicamentũ, cuius calor si qs est oui candido & posca tẽperatũ, præstat etiam, albumẽ ipsum oui per se vel rubeo, (quem vocant) puluere com misto. Potissimum si sanguinis profluuium vrgeat, de quibus & alijs in antidotario latiùs. Sed si vllo articulo vulnus insederit oui candido ad dolorem sedandum, omphacinum oleum permiscendum, laxioriq; vtendum deligatura. Vltimo tabellas, aut capsulam membro adaptabis vt vniuersali cap. docuimus. Secũda vulneris curatio iuxta doctrinã à me dicto cap. traditam, vel properanda, vel demoranda erit, & cum ad curandum accesseris, stypticovino albo calido incoctis ibi lumbricis, pannos ac deligaturas madefacies, ne cum abstuleris vulnus dilaceres, sed caue ne huiusmodi pannos oleo (vt quidam absurdè faciunt) intingas, oleum enim, & glutinationem impedit, & putrefactionem inducit pannis sensim semotis attendendum est, reluceatne spes aliqua glutinandi vulneris primaria intẽtione: quæ si appareat, ad glutinationem tota curatio dirigenda erit, ergo aqua ex colla aut prædicto vino vulnus ablues, quod si dixeris, huiusmodi vinum articulorum vulneribus aduersari: Hippocratis doctrina ductus de vlceribus libr. in principio, dum inquit, vlcera nulla madefieri debent, præterquam vino nisi articulum teneant, respondebo Hipocratis locum haud vlla ex parte obstare, nam (vt in eius commentario optime explicat vidus vidius) exceptio illa nisi articulum teneant non ad vinum, sed ad alia etiam humectantia medicamenta referenda est, vt quanuis alia vlcera solo vino madefiant, articulorum tamen, & vino, & alijs madefacienda sint non vt vulnera sunt, quæ exsiccatione egent, sed ob periculũ, quod ex natura affectæ partis ingens subest, ne neruorum distensio superueniat, hocq;

Alia sutura quando doloris ac inflammationis suspicio est.

Nota

Si vulnus in articulis cõsistat, nõ cõsuendum nisi insigniter altum sit.

Filo ad suẽdum, vel sirico, vel incerato vtẽdũ.

Acus ad suturã tenuis triangularis & calibis sit, non aurea nec argẽtea vt male volebat Trusianus.

Gallina per medium incisa vulneri ab aere offenso applicanda.

Curatio ex primaria intentione.

Terebinthina cur vulneris principio vtamur.

Vbi dolor vrget laxiori vtendum deligatura.

Tabellę aut capsula mẽbro applicãda.

Panni & deligaturæ styptico vino antequàm à vulnere separẽtur madefacienda ne vulnus dilacerẽ, sed non oleo intingenda & ratio.

Si glutinationis spes principio appareat ad glutinationem tota curatio dirigẽda est.

Vulnus vino alluitur. & Hipp. loc. primo intuitu contrarius declaratur.

Vulnera quatenus vulnera exsiccatione egent.

hocq; ex Hipp. de fracturis, libro & Gale. in eius commentario confirmatur, vbi ex eadem ratione in fractis, & vlceratis particulis, non ſolũ vino, ſed etiam vino & oleo & cærato, & roſaceo vti præcipiunt. Fouebis poſtea membrum roſaceo, & lumbricorum oleo commiſto, cura adhibita, ne vulnus tangat, quod Gale. monet. 4. methodi cap. 1. linimentumq; aut (quod vocant) defenſiuum ex bolo Armeno in ſuperiori membri parte appones ſupra vulnus, cæratum gummi vernicis, aut aureum vnguentum Guidonis, vel ex colla, vel alia (de quibus inferius) vulneri adaptanda ſunt, de ſuper duplicatus pannus eodem ſtypticovino madefactus, & expreſſus, & cum vulneris cõſolidatio iam apparet, pũcta ſubtiliter ſecabis & ſi illorum fila facile extrahi nequeunt ea ſinito, glutinoſum enim applicandum medicamentum ea extrahet, id erit, vel triapharmacum, vel apoſtolicon chirurgicum vel oxycroceũ, quod poſt vulneris glutinationem applicabis illud non obliuiſci oportet vt quando curationem ex hac primaria intentione inſtitueris digerentibus, ac pus concitantibus (cum imperito vulgo) præſidijs minime vtaris, quæ à Cornelio lib. 5. capit. 26. de glutinatione vulnerum ſepacea & à Galen. 2. ad Glauconem cap. 2. oleoſa medicamenta dicuntur naturæ enim operi in vulnere glutinando aduerſiſsima ſunt.

Fila ſi facile inciſis punctis extractioni nõ cedant ſinẽda vt glutinoſo vnguẽto extrahantur.

Cum curatio ex primaria intenſione inſtituiẽ dirigentia & pus concitãtia (quæ ſepacea atque oleoſa à Cornel. & Gale. dicuntur) fugienda.

CAP. XVI.

De prædictorum vulnerum curandi methodo ex ſecundaria intentione.

Ex ſecundaria intentione quãdo curatio aggredienda & cũ aggreditur glutinantia & exſiccãtia præſidia vana ſunt.



ALIA curandi methodus (quam ſecundariam intẽtionem noſtri vocãt) nũc agredienda eſt: cũ vulnus vel ab aere alteratũ, vel de perdita ſubſtantia, vel corpore vitioſis ſuccis redundante, vel mala temperatura prædito, vel dolore fluxione aut inflammatione infeſtantibus primaria intentione glutinari nequit quòd dũ hæc adſunt exſiccãtia atq; glutinantia præſidia, cruẽtis plagis alioqui (inter initia) efficaciſsima, vana & irrita reddantur ergo tunc multis perfecta vulneris curatio comparatur, nempe lenientibus, ſuppurãtibus, emundantibus, carnem producentibus, ac deniq; exſiccãtibus auxilijs. Primum leni goſsipio aut liniamentis parum contortis, vulnus ſuauiter abſterges, Deinde breuem turundam (quæ neruum non tangat, ne dolor concitetur) in decliuiorem vulneris partem indito. ſit turunda pene abciſo capite, vt puris effluxioni locus pateat, nam integrum caput impedire exitum puris certum eſt, de ſuper digerens medicamentum lintheo perforato (quo ſanies prodire valeat) imponito, fouebiſque abunde membri ambitum oleis, de quibus præcedenti cap. nec inconueniet (ſi dolor nimius ſit,) tantillo olei quandoque turundam inungere, nec enim alienum eſt ab Hipp. ſententia, lib. de vlceribus, & Gal. de ſimplici medicina lib. 1. capit. de ſanguine columbino, atque Pauli lib. 6. c. 9. qui curationis principio ad dolorem ſedandũ, & inflãmationẽ coërcendã intra cerebri tenuiſsimas, neruiſq; cõtextas mẽbranas: roſaceũ oleũ infundi iubent. cõfert etiã inſigniter ad doloris leuamẽ, papaueris ſyrupũ vulneratũ delingere authoritate Razes. 2. cõtinẽtis, & ſi ob doloris acrimoniã in tẽperie aliquaca lida mẽbrũ corripiať, frigidarũ herbarũ ſuccis, cataplaſmate, atq; vnguẽtis (quę latius in antidotario deſcribenť) corrigẽda erit, qua aũt rõne cõuulſionis ſuſpicio ſit, ei occurras: ſuperi⁹ iã traditũ habes, ſi vero inflãmatio adoriať, eius curationis potiſsima rõ (modo vulnus non prorſus negligas,

Curatio ex ſecũdaria intẽtiõe, liniẽtibus, ſuppurantibus, & mundantib⁹ carnem, producẽtibus & deniq; exſiccantibus auxilijs cõparatur.

In ſecundaria intentione breuis turunda quæ neruum nõ tãgat immittenda cuipe ne abſciſum caput ſit & ratio.

Si dolor inſignis ſit qñ que olei tãtillo turunda vngere alienum non eſt ab Hippo. & Gale.

Papaueris ſyrupus dolorem inſigniter ſedat

Si vulnus inflãmatio a-

doriatur ei⁹ curatiõ ipotiſsimum incubẽdũ modo vulnus non prorſus negligat & ratio.

gligas, habẽda eſt, vt docet Gal. 13. meth. c. 8. cuius cauſam in promptu habes, cum nimirũ vulneris conſolidatio ex ſanguinis optimi in carnẽ conuerſione fiat, huiuſmodi aũt cõuerſio, mẽbri virtute, atq; ſanguinis tẽperie conſtat, quæ cum inflãmatione infeſtante, ceſſent, & conuerſionem, conſequenterq; conſolidationem ceſſare neceſſe eſt, inflãmationis tñ curationẽ, poſtea proprio loco docebim⁹, vulnere iã ſuppurato ac ſymptomatis remiſſis, tũc emũdãtibus deinde ſarcoticis, ſeu carnẽ producentibus, tãdẽ exſiccantibus auxilijs vtẽdum, obſeruato tñ (vt paſsim monet Galen.) temperaturarũ, & mẽbrorum naturę diſcimine, poſtremo emplaſtrũ aliquod ex his quæ ſuperiori capite ſcripta ſunt, membro applicato.

Vulneris cõſolidatio ex ſanguinis in carnem conuerſione fit, cõuerſio vero hæc ex mẽbri & ſanguinis tẽperie conſtat.

Temperaturarum & mẽbrorum diſcrimen in admouẽdis auxilijs obſeruandum.

CAP. XVII.

De neruis ac tendonibus per tranſuerſum partim, non ex toto, inciſis.

Cum nerui, aut tendines non ex toto, ſed partim per trãſuerſum præciduntur, periculum febris cõuulſionis delirij aliorumq; ſymptomatum impẽdet, & diligenti ac vigilãti chirurgo opus eſt.

EVenit per tranſuerſum neruos, atq; tẽdines nõ ex toto, ſed partim quandoq; præcidi, quod vulneris genus periculi quidem plenum eſt, quod febris deliriũ, cõuulſio, aliaq; ſymptomata (quæ iã ſupra notauimus) conſequantur. Quare oportet, ſummopere diligentem vigilantemq; chirurgũ ſe præſtare. Ergo poſtquã vniuerſalib⁹ ſemper permittẽdis documentis: ſauciatum præmunieris hoc addito vt vberius in hoc vulnere ægrotanti ſanguis mittat̃: authoritate Gal. 6. meth. c. 3. præcipuũ curationis cõſiliũ eſt, totũ neruũ à vulneris exordio amputare. Nã ſi ſic dimitteres, ad ſanas integraſq; fibras à diſſectis vicinis dãnũ ſuccederet, vt inquit Auic. ſæpe citato cap. Cõtra neruo præciſo ad cerebrũ læſio minimè cõſcẽdit, quã per ipm neruũ afferri: ſatis cõſtat ſati⁹ em̃ eſt debilẽ particulã manere: q̃ hominẽ interire, vt ait Auic. vbi ſupra, cui alludit Gal. 6. meth. c. 3. in fine quãuis interdũ in bona tẽperatura præditis, bona adhibita curatione, aliquãdo in priſtinam facultatẽ, præciſo neruo, mẽbrũ reſtitutũ viderim ſectionis huius authores ſunt, Galen. 3. method. cap. 9. & 6. c. 3. ac ſuper lib. Hippo. de his quæ in medicatrina fiunt cõm. 14. Paul. lib. 4. c. 54. Razes. 13. cõtinentis. c. 6. atq; Auic. dict. c. vbi neruũ ſic amputaueris, laqueati ſutura cuius ſupra meminimus conſuito, hãc tñ in vulneris principio antequã recrudeſcat, fieri licebit: in progreſſu vero, qũ iã ſymptomata vrgẽt, nullaq; glutinãdi vulneris ſpes ſupereſt nequaquã: creſcerẽt em̃ ipſa ſymptoma, ſed ne vbi neruũ præcideris, retro ipſe trahat̃, fugiatq; ad moliẽdã ſtatim ſuturam ſcindẽdi, atq; cõſuẽdi methodus (q̃ certe nec apud aliquẽ ex doctoribus legi, nec ea vtẽtẽ aliũ vidi, ſed longa experiẽtia à me inuẽtam, probatiſsimã, & vtiliſsimam ſcio) illa eſt, traiecta acu per nerui partim inciſi oras, antequam ipſa acus cum filo prorſus extrahat̃, ſupra ipſam ſuppoſitã acũ, neruũ præcidito, deinde acũ extrahito, cui⁹ filo neruũ illaqueato ſic em̃ neruus (cum amputat̃) minime retrocedet, hac tñ ſutura in craſsioribus nõ in exilibus (præ illorũ tenuitate) vti poteris vbi aduertito hãc ſuturã nõ niſi ~~primo vulnerata~~ Principio vulnerum eſſe faciẽdã oborta em̃ inflãmatione poti⁹ noceret q̃ iuuaret reliqua curatio quæ aliorum vulnerum neruorum adhibenda erit.

Sanguis in vulnere nerui per tranſuerſum non ex toto inciſi vberi⁹ mittendus.

Vbi neruus per tranſuerſum non ex toto præciſus eſt, potiſſima curatio in eo prorſus amputãdo conſiſtit & ratio.

Interdum in bona temperatura præditis, bona adhibita curatione præciſo neruo in priſtinam facultatem membrũ reſtituitur.

Sutura in hoc vulneris genere in principio nõ poſtea conuenit & ratio.

Nouum ſuturæ artificium ab authore excogitatũ quo ſuendus neruus.

Vbi præcidi ter minime retrocedat, quæ in craſſis non in tenuibus vtendum.

princip vulnerũ

CAP. XVIII.

De vulnerum neruorum ſecundum rectitudinem, curatione.

SED ſi vulnus iuxta nerui lõgitudinẽ factũ ſit: ſola duorũ initiorũ deligatura curabis, vt docet Gal. 3. meth. c. finali, ac. 3.

Sola duorũ initiorũ deligatura vulneris ſecundum longi-

tudiuem facti, ore vt sutura coeunt.

de cõpositione medicamẽtorũ secundũ genera cap. de vulneribus neruorum. vt enim dissidentibus vulneris oris sutura sic huiusmodi vulneribus deligatura (si rectè admoueatur) cõducit, curatio ad medicamẽta pertinẽs: cõmunis est, cũ alijs neruorũ vulneribus. Cæterum si (vt nõ rarò cõtingit) directũ vulnus: partim obliquũ sit, ob idq; per trãsuersum neruus incidatur, tunc curatio immediatè præcedenti cap. scripta cõpetit. Hoc discrimine obseruato, vt duplicata sutura non supra vulneris oras (vt aliàs assolet) sed per latera percurrat, sic vt vtrãq; partẽ carnis, & simul incisi nerui oras, simul cõprehendat, nodeturq; filũ, nõ supra vulnus, Sed ad latus reliquam curationem vt in alijs neruorum vulneribus admoueto.

Quid si vulnus directũ partim obliquum sit per trãsuersumque neruus incidatur.

CAP. XIX.

De neruorum vulneribus cũ carnis abolitione ipsorumq; extra vulnus prolapsu.

Multis modis nudari neruos contingit, & quę sit curãdi method^o obseruãda.



Lurifariã nudari à carne neruũ contingit, aut principio carne neruũ operiente: telo amputata, aut curationis tractu putrefactiõe aliq̃ oborta, atq; interdũ ipsius nerui substantia dissecta, & q̃nque nerui ex toto p transuersum incisi: extra vulnus prolabunt̃. Si carne telum neruos nudauerit: secundaria intentione (iam superi^o scripta) curãdos neminẽ latet, si putrefactio nascatur: eadẽ curatio est, nisi q hic fortib^o abstergẽtibus (q sensorijs spiritibus iã exhalatis, dolorẽ minime suspicemur) illic vero mitissimis, omnis acrimoniæ expertibus (quòd doloris atq; attractionis periculũ impendeat) opus est, idq; & experiẽtia & à Guid. tract. 3. c. de neruo denudato probat̃, qua rõne Gale. 6. meth. c. 3. ad sordẽ vulneris abluendã, non siccis linamẽtis, sed mollissima lana, specillo circumuoluta tepenti sapa illita, deinde expressa vti iubet: quę aũt accommoda sint ad cõtusa vulnera medicamenta: in antidotario docebimus, Si extra vulnus prolabant̃ nerui: diuersa curationis ratio obseruãda, tũc enim calẽtibus pannis, vel gallina, vel palumbo per mediũ viuo inciso, vulneri applicatis quò frigefacti nerui calfiant in suam sedem reducendi: atq; (vt diximus) cum carne consuẽdi sunt, sed si his forsan adhuc reduci recusent: tũc cãdẽti ferramẽto (citra carnis contactũ) subtiliter tãgãtur, sic enim, frigiditate, & humore (quibus laxati prodiere) igne cõsumptis: & cauteriũ quasi lædẽtẽ rẽ fugiẽdo retrocedẽt, atq; reuertent̃, & certe species hæc vulneris (cũ prolapsu nerui, iã mihi se obtulit, q̃ nec apud antiquiores, nec recẽtiores legi, etsi Guidonis nostri authoritas tract. 3. c. de neruo denudato, præcipiẽtis cauterio neruũ tãgere: aliquo casu obseruanda est, nullo certe magis q̃ hoc: verũ si admoto cauterio cõuerti neruus nequeat: cõsuto vulnere, dimittes inter puncta neruuũ illũ quẽ (si nullo cesserit auxilio) præcidito, vulnusq; secundaria intentione curato.

Nudatis à telo neruis doloris atq; attractionis periculum impendet.

Prolapsi extra vulnus nerui curatio.

Cauterium plapso neruo admotũ quo reducatur, insigniter iuuat, quo casu intelligẽda est Guidonis authoritas.

CAP. XX.

De neruorum & tendonum contusis vulneribus ab aereq; offensis.

Cõtusa neruorum vulnera ab incisis trifariam differunt.



Ontusa & ab aere alterata neruorum, & tendonum vulnera, à reliquis trifariã differũt. Primum in sutura: incisis nanq; neruis, ac tendonibus glutinatrix strictior: istis verò laxior (q̃ labiorũ vulneris seruatricẽ ad tẽpus Guido vocat) adaptari debet. Secũdo (quod fere in idẽ recidit) in adaptãda deligatura, vt in pcisis constrictiore duorũ initiorum: in cõtusis remissiore (quæ ab ipso Guid. tract. 3. cap. vniuersali) medicamento-

mẽtorum retentrix nuncupatur vtamur. Tertio in medicamẽtis, incisa enim principio enęma, nempe coalescentia & exsiccantia expostulant, contusa, nequaquam, sed pus mouentia atq; poros dilatantia, hoc est digestionem, emundationem & tandem exsicationem cuius differentiæ ratio est, quòd incisum, simplex continui solutio est, cui non alia complicatio adhæreſcit contusum verò (præter solutionem) alio complicatur, nempe ipsa contusione, quæ immediatam impedit glutinationem in vulnere (vt vulnus est) semper procuranda, quia contusum omne cũ vulnere, (auctore Hipp. lib. de vlceribus ac de vulneribus capitis & ex omnium sententia) putrefieri, & in saniem conuerti necesse est, illud plane silentio non pręter eundum, vt quanuis neruorum contusa vulnera, per initia digerentibus, & saniem concitantibus egeant, aliter tamen atq; in carnosis vulneribus accommodãda, nam in his contusis, minus humida, putredinemq; inducentia conueniunt, nec adeo in eorum vsu demorandum, cũ enim neruosæ particulæ (siccioris multo carne)  semper (quoad fieri posſit) natura obseruari debeat, fieret, vt (si æque supurares) maximam neruis putrefactionem induceres quod ex Auerroe. 7. colliget. cap. de sol. cont. satis constat, Adhęc, si contusa vulnera vel sponte sua, vel multa sanie intus genita, vel calidis, & humidis plus æquo admotis præsidijs, dehiscãt opere precium erit, fibularum suturam (quam vulgus plumacelorũ vocat, aptæ administrare cuius notissima methodus est, eiusq; meminit Galen. 3. meth. cap. 4. & Cornel. lib. 5. c. de glutinatione vulnerũ) ne tantus porus (impedimentũ scilicet sensui & motui deferendis) in vulnere procreet, quod auxiliũ cõe etiã est incisis vulneribus, qñ symptomatum causa dirũpunt, curationẽ aũt (ne fibulas intercurãdũ soluere cogaris) in hũc modum molire, per specilli perforatã cuspidẽ lintheolũ lenissimũ acu traijcito, cuius priori sicca parte inter fibulas ducta, vulnus abstergito, Posteriori vero medicamento applicando illita intus relicta inungito alteramq; siccam partem precidito verum si particulæ contusio absq; exteriori vulnere contigerit, discutiẽtibus medicamẽtis vti decet, atq; pro virili cõcretũ intus sanguinẽ phalitum discuti & si adhuc renitens sit, leuibus præsidijs saniem mouentibus suppurari & præcociter ante perfectam suppurationem resecare oportet (ne putrescant nerui) deinde ad emundantia, & sarcotica & exsicantia medicamenta ocysſime conuerti curationẽ necessum est.

Incisum simplex continui solutio est.

Cõtusum immediatã impedit glutinationẽ quę in vulnere (vt vulnus est) semper pcurari debet.

Omne cõtusum cũ vulnere putrefieri & in saniẽ cõuerti necesse est.

In contusis vulneribus quæ medicamenta cõueniant.

Neruosa particula siccior multo carne.

Natura particulæ quoad fieri posſit semper obseruãda.

Fibularũ sutura quãdo & qua methodo vtendum.

Fibularũ sutura.

Incisis etiã vulneribus cõpetit vbi symptomatũ causa dirumpũtur.

Si contusio citra externum vulnus contigerit.

CAP. XXI.

An organicum membrũ ex toto præcisum glutinari valeat, & de futura retis.

NON alienum à proposita materia videtur, differere hic: an posſibile sit, non solum amputatos neruos, venas, arterias, & ossa, sed totum organicũ membrũ ex toto præcisum glutinari nec vtraq; pars argumẽtis desit: p affirmatiua primũ facit, qđ excisas prorsus arbores alijs insertas coniungi atque copulari, copulatasque cõcrescere quotidie videmus, & à quibusdã, vt Auerr. 2. colliget atq; ab alijs affirmatũ est animaliũ nõnulla vt spongiã marinã atque anguẽ dissecta cõiũgi, vel crescere: ꝑterea Itali chirurgi pcisi nasi loco, ex admoto brachio alium plane substituunt. Contrariũ tñ (præter ipsam clarissimã experientiã) & verius & lõge probabilius à Doctoribus cẽset, ꝑsertim à Gal. 3. artis medicæ, Trusiano ibidẽ cõm. 46. & Hali Rhodoã in cõmentario eiusdẽ libri, atque Guidonis tract. 3. c. vniuersali & c. de vulnerib[9] nasi,

Præcisũ ex toto mẽbrũ an posſibile sit glutinari.

affirmatiuæ partis argumenta.

Primum argumentum.

Excisæ arbores alijs inserãtur & coalescunt.

Secundũ argumentum.

Sunt qui affirment dissecta non-

nulla animalia coniūgi. Tertium argumentum. Itali chirurgi cum alicui nas⁹ prę cidit ex brachio alium substituunt. Præcisi organici membri imposſibilis & glutinatio & ratio. Reſpōſio ad primum argumentum.

naſi,huius potiſsima ratio eſt quia præciſis ex toto poris,per quos nutrimentum, ſenſus,& vita ipſi organico membro,deferebantur,ſpiritus,virtutes, atq; ipſa mēbri vita (ob eorum eximiam ſubtilitatē ac pororum raritudinem) continuo extinguntur,& contrarijs argumentis facile reſpondetur:primò diſparem eſſe rationem in plantis,vel arboribus,quarum humor,atq; pori cū craſiſsimi,& ſolidiſſimi ſint,fit,vt diſſecti rami aut partes,humorem,ipſamq; vegetatiuam vitam minime exhalent quin potius diutiſsime retineant,& conſequenter, inſertus ramus coaleſcat,at in homine(contraria ratione) contrario contingit, Secundo argumento dicendum, nihil quidem (quod ad conſolidationem pertinet) cōmune cum cæteris auimalibus hominem habere,nā(vt vulgatum axioma eſt) brutorū forma ex materiæ potētia educit̄, viſcoſiorē præterea,& craſiorem ſanguinem, atq; denſiores poros babent,vnde amputato bruti mēbro,poſsibilis eſt conſolidatio,vel regeneratio,quæ cum in homine ceſſent cuius pori,ſanguis & ſpiritus ſubtiliſsimi ſunt: cōtinuetur q; organicū mēbrū cū anima ipſum informante,eidemque ſpiritus,atq; virtutē deferat, quā primū membrū abſcinditur:informatio illa ceſſat,nec à naturali agente,cum vita mēbri exhalata ſit,iterū induci pōt, ac perinde glutinatio eſt impoſsibilis cū viuū cū mortuo aglutinari nō poſsit. Tertij argumēti diuerſa etiā ratio eſt,ſiquidem quādo è brachio naſum componimus non à mortuo,ſed à viuente mēbro: cum viuo aglutinationē petimus,eidemq; os copulare laborāmus, & ad locum abſciſi naſi ipſumq; brachiū,ſpiritus,cruor, atq; vita (vt nouā illā compaginē iuuent) cōcurrunt,quare reformatio hmōi cōtra rationem non eſt,ſecus atq; in amputato prorſus mēbro, à corpore ſeparato ſpiritibus ac ſanguine,& demū à vita deſtituto, nō igit̄ deficit repugnantia medicinarū, vt alirodoā, opinabat̄,ſed huc ꝑtinet explorare,qua nam ratione,aut methodo loc⁹ (à quo amputatū mēbrum diſceſsit) conſui(vt reliqua alia vulnera)valeat,& aſsidua experiētia, illā cōſuendi formā inueni(poſt vulnerationē)cōtractā carnē verſus ꝑtē ſuperiorē intētis virib⁹ verſ⁹ partē inferiorē attraho vt quoad fieri poſsit vulnus operiat̄,ac deinde cōſtricto vinculo ſuperiori vulneris parte, (ne cutis retro iterū trahat̄) forti acu cerato & contorto filo,cutis oras in orbem conſuo,ſic vt cōſuta cutis quaſi clauſum marſupium referat, aliamq; de ſuper ſututā (inſtar retis) molior,vt merito retis ſutura à me vocari ſoleat, confert hæc: tum ad ſanguinis profluuiū his ſæuis vulneribus peculiarē coercendum,tum vt operiente cute,nerui venæ,arteriæ,& præciſa oſſa â frigore tueant̄,tum etiam vt(citra oſsis expulſionem) breuius hominem medeamur: Inſuperq; cauteria moleſtiſsima prohibēt.

Secundi argumenti reſponſio.

Brutorū forma ex materiæ potētia educitur.

Organicum membrū cū aīa ipſum informante cō tinuatur eidemq; ſpiritus & virtutem defert & cum mēbrum præciditur informatio ceſſat & glutinatio eſt impoſſibilis.

Tertij argumenti reſpōſio.

Sutura quā auctor retis vocat ab ipſo inuenta optima eſt, ad conſuendum locum vnde amputatum ex toto membrū diſceſsit, & quæ ſit ſuturæ huiusada ꝑtandę methodus & vtilitas.

CAP. XXII.

De neruorum & tendinum attritione, & contorſione abſque exteriore vulnere.

Ltra neruorū vulnera cōtingere etiā attritio atq; cōtorſio (citra vulnus) ſolent quemadmodum in athletis inquit Galen. 6. metho. c. 3. cuius mali illa erit curatio, ſecta imprimis vena, bona adhibita victus rōne (quę apud Hipp. atq; Galen. ſemper pro bono regimine in omnibus. 6. rebus non naturalibus vſurpant̄) conari debet medicus contortum membrum (ſi in articulis læſio conſiſtat) mitiſsime dirigere. Poſtea cataplaſma ex candido oui, & roſaceo, ac myrtino oleo ſimul agitatis, commiſto puluere roſarū & granorū myrti affectæ particulæ calfactū admouere, de

Attriti, ac contortinerui vulneris expertis, curatio.

Cataplaſma ad contortū membrum.

inde

inde post triduũ (mõ nullũ infestet symptoma) simili cataplasmate, modico olei camemælini, & pulueris manæ thuris addito, curationẽ iterabis, post hoc, medicamento quo vti præcepit Galen. citato loco, nẽpe ex oxymelite, & fabacea farina (cui miscere soleo non absq; insigni vtilitate, florũ camemæli puluerẽ) nec interea obliuiscaris rosacei olei & aliorũ quæ inflãmationẽ arcere solẽt in superiori læsi mẽbri parte, post septimũ diem citra inflãmationis suspicionẽ super affectã partem medicamento ex melle, & myrtino syrupo pari portione mixtis, & ad crassiciẽ feruefactis illinies: sparso & desuper olibani, myrti, rosarum, atque camemæli puluere, & dolore non repugnãte, stupis & aptã deligatura admotis, sic ꝑ aliquot dies ægrotantẽ finito, cum aũt cataplasma sponte sua amoueat aqua vitæ in ampulla vitrea cæra opta calfacta, membrũ irrigandũ est. Tum ad membri corroborationẽ, tum etiam vt si qua infarta materies supersit, per halitũ discutiat, vltimo, particulã vnguẽto dialtheæ calido, camæmælino puluere atque cõmixtis perungito. Cæterùm si duricies vlla vel articuli motus difficultas mãserit, aliud cataplasma ex virẽtis altheæ corticibus & dactylis simul incoctis & pistatis, puluere bdelij & lapdani, æqua portiõe cõmistis admoueto reliqua quę huc pertinẽt à 24. capit. petenda sunt. Sed hic nõ possum non aduertere, & Reipub. cõsulere vt tanquã ipsi' pestẽ fugiãt, vulgares quosdã hoĩes & perfricta fronte vetulas luxatoreã artẽ inuerecundè sibi vendicãtes q cataplasmata vulgo bizmas luxatis, ac contritis mẽbris fortissimè admouẽtes & manib' crudeliter mẽbra fricantes ipsa emortua atque sine vita reddũt sæpeque ægrotantes misere interimũt, quæ demẽtia vsque adeo inualuit, vt vix sit q persuaderi possit, ossiũ fracturas, & articulorũ dislocatiões ad chirurgũ pertinere, sed istos accerseũt ac si Hippocrates, Galenus & alij. q tanta volumina, de articulis, de fracturis, & dislocationibus scripsere tanta artificia machinati sunt his solis, nec medicis scripserint & insudauerint, deplorãdum quidẽ cũ alijs medicinæ calamitatibus.

Galeni medicamẽtum ad idem.

Aqua vitæ post extractum cataplasma.

Aliud cataplasma ad membri duriciem, vel articuli motus difficultatem.

Fugiendi tã q reipub. pestis vulgares homines, & vetulæ luxatoriam artẽ temerè exercentes.

CAP. XXIII.

De instaurandis mẽbris, quæ post neruorum vulnerum coalescentiam imbecilla supersunt.

POST neruorum vulnerum agglutinationẽ, nõ raro mẽbra ipsa imbecilla manent: cui malo qua rõne succurratur, quæ me, & ratio, & longa experiẽtia docuẽre, explanare hic non inutile videtur. Et præmittere oportet, bifariã mbecilla mẽbra à vulneratione reddi: aut nimio callo inter vulneris oras genito (cuius duricie, & magnitudine dissidẽtibus inter se neruis, aĩalis spiritus à cerebro ꝓpagatꝰ, sensoriã, atque motiuã ꝑ neruos deferẽs virtutẽ, ad affectã partẽ irradiare nequit) aut ob ꝓcedentes suppuratas inflãmationes. Ergo si callus in causa sit, emollientiũ herbarũ decocto, membrum crebro fouendũ: deinde plũbea bractea cũ constringente deligatura admouẽda est. Quæ ne dilabatur, sed constanter particulæ cohæreat, tenaci emplastro, cuius oræ bracteæ orbem excedant, firmabitur. Fiet hinc, vt calli excessus cõpressione extenuetur. Ad idem etiam confert pyritis lapidis igniti ex acerrimo aceto ad ignem, vel ardentem solem suffitus, aut si Pyritis copia non suppetat, molaris lapidis, non statim à prãdio, vel cœna modò priùs callum oleo ex lateribus illinias. Post aliquot dies calẽtibus lauacris, qbus leniendi, & discutiendi vis insit, fouendus, & illiniẽdus callus est: postea fle

Bifariã mẽbra imbecilla sunt.

ꝓpagati

Curatio mẽbri ob nimium callũ imbecilli.

Pyritis lapidis igniti suffitus.

ctendũ, atque extendendũ membrũ, & prædicta bractea alternatim vtendũ: tandẽ ad cõſueta opera reducendũ: adde nõ parũ conducere, ſi in manu, aut brachio vulnus cõſiſtat, plumbeũ globũ pãnis inuolutũ manu geſtare. Conetur etiã pondus aliquod eleuare: ſed ſi ob medici forſan incuriã, vel vberiorẽ cibũ, vſque adeò callus increuerit, vt hæc auxilia vana ſint, calli exceſſum abſcindere, & tractos retrò neruos ſedulò perqrere, atq; laqueali ſutura, de qua ſuperi⁹, & cõi curatiõe vulneri mederi cogendi ſumus, vt nonnunq̃ coactus feci. Adhæc, ſi callus nõ inſignis, ſed mediocris ſit, ꝙ aĩales ſpũs faciliùs irradiare poſsint, p̃ſidijs de qbus in antidotario ſigillatim, tractabimus, callũ extenuabis: ſed cauendũ eſt, ne cùm illis præſidijs vtaris, intẽperies calida membrum occupet, qđ vehemẽter, & fricare, & flectere, tunc tẽporis curabis. Demum vnguentũ ex adipibus, vel alijs de quibus in ipſo antidotario per vngito, hæc ſecuriùs multò æſtate, q̃ hyeme in vſu ſunto, planè hiberno tpe ſepatia emplaſtra, vt minus humida, ad idẽ accõmodatiora ſunt, de his oĩbus pleniſsimè in nr̃o antidotario. Interdum in manũ globũ ex dictis ſepatijs emplaſtris mittere, deligaturaque ipſam manũ clauſam conſtringere: interdũ emplaſtrũ ipſum ad extenſam manũ deligatura applicare operæpretium erit: deinde oleo ex lateribus, vel ex therebinthina membrũ fouendũ eſt. Denique oĩa alia cõferũt, quæ ad iuncturarũ duricies à doctoribus tradunt̃. Illud tñ cõmẽdatiõe dignũ aduertito quod nõ paucis ſalutare fuit, vt nimirũ, cui manus debilis ſit, leniẽtibus vnguẽtis, antidotario deſcribendis illitã chirothecã geſtet: cui⁹ digitis habenæ conſuant̃. Quibus nunc inflexi digiti, & manus, ad brachiũ colligent̃: nunc contra colligatis habenis, extẽdant̃. Si verò ab inflãmatiõibus imbecillitas cõtracta ſit, intentũ totum erit, membrũ corroborare: corroborabis cõfortantiũ herbarum decocto, aliquali frictione in membro poſtea facta atque arietino, vaccino, aut hircino ſanguine p ſublimatoriũ ſæpiùs inſtillato. Cõferre etiã nõ parũ ſcio, manũ, aut pedem inualidũ aqua vitæ calfacta cui inſtillatiõis tpe Cinamomum, coſtũ, & Euphorbiũ pari portione commixta fuerint, addito poſtea ambaris griſij, & muſchi momento, manũ, aut pedẽ inualidũ lauare, planè, haud parũ etiam ꝓderit, brachio, aut cruri, vulturis, aut vulpis pellem adaptare. Ad idem mirè iuuat quauis ex cauſa membrũ infirmũ ſit, qñ iugulant̃ boues in ipſum iugulũ mittere, vſq; dum ſanguinis calor remittat̃: deinde calentibus pannis obuoluere. Rurſus ad idem chirothecã muſcho, & ambare griſio interiùs, exteriùſque imbutam vulpini olei guttulis commixtis geſtare.

Plumbeum globum manu geſtare.

Quãdo alia præſidia vana ſunt calli exceſſus amputandus.

Chyrotheca lenientibus vnguentis illita confert & qualiter ea vtendum.

Membri ob præcedẽtes ſuppuratas inflammationes debilis curatio.

Vulturis, aut vulpis pellis membro adaptãda.

In iugulum bouis manũ aut pedẽ inualidũ mittere ſalubre.

Chirotheca ambare griſio, & muſcho imbutam geſtare perutile.

CAP. XXIIII.

Cur inualida infirma, atque macilenta à vulneratione, nec non paralyſi affecta membra, ſenſus, & motus interdum expertia: non corrumpantur.


HAVD immeritò quiſquã dubitare poterit qd in cauſa ſit quominus infirma à vulneratione mẽbra, itẽq; paralyſi affecta ſenſu, & motu interdũ carentia non corrumpant̃. Cõtrarium em̃ illud ſuadebat, quòd in hmõi affectibus ea mala verſent̃, quæ emortuũ membrũ reddere ſolẽt, aĩalis, ſcilicet, ſpiritus, ſenſum, & motũ particulis deferentis, impedimẽtũ, & ipſius mẽbri tẽperaturæ hebetatio, atque compoſitionis, ſeu harmoniæ euerſio. Hæc em̃ mẽbrũ corrumpere plus q̃ manifeſtũ eſt, vt Auice. Fen. 3.4. tract. 1. ca. de eſtiomeno docet. Sed ratio quidem illa eſſe poteſt, ꝙ etſi

Inualida à vulneratiõe membra, & paralyſi affecta, cur nõ corrumpantur.

Argumentum.

Solutio.

natiuus

natiuus calor hoc in affectu remittatur, supersit tamen aliqualis calor ad vitam conseruandam secundum particulæ exigentiam non insufficiens. Huiusmodi enim infirma membra ad sui conseruationem, spiritu duntaxat vitali, & naturali per venas, & arterias, à corde, & hepate deriuatis, non autem animali per neruos indigent. Quo fit, vt sine vitali, & naturali: non si animalis desit, corrumpantur, vt aperte plantæ ostendunt: quæ nutritiua tantum vita vigent, & à putrefactione tuetur. Exemplo etiam sunt ossa, quibus sensus deest, quæ tamen per nutrimentũ, vitæ expertia non sunt. At cùm gangrena membra emoriuntur, omni vita, omni naturali, vitali, & animali spiritu destitui, certum est. Quæ si scalpello aperias, nec sentiant, nec cruor aliquis effluat, & quandoque non amputata per se decidant. Sed aduersus hanc nostram responsionem maximè vrgere videtur. Quod si cum sanguine vitalis, & naturalis spiritus ad membrum deferuntur fortiori ratione dicendum esset animales spiritus subtiliores multò ipso sanguine, ad ipsum membrum deferri, vt sicut per vitalem, & naturalem spiritum huiusmodi membra viuunt, & nutriuntur, per animales, sine calli impedimento, sentiant, & moueantur. Aut ergo fatendum est animales spiritus (quãtumuis callus in medio sit) permeare, aut nec vitales, nec naturales, consequenterq; membrum ex toto perire. Sed ad argumentum trifariam respondeo primùm: ex naturæ prouidentia, conãtis semper mẽbra nutrire, vtque vita aliquali potiantur, & incorrupta seruentur, id fieri, quæ tamen ob calli obicem potens non est, sensum, & motum impertiri. Secundò, quòd inter abscisos neruos (corpus solidum) nempe callus medium est, atque hinc inde adhæresit, qui (ne animales spiritus permeent, neue

Ossa sensu carent per se, sed vitæ expertia nõ sunt, paliud tamen.

Cùm gãgrena membra inuadit, omni vita destituuntur, & quandoque per se decidunt.

Obiectio.

Simulcum sanguine.

Prima responsio.

Natura semper membra nutrire, & incorrupta cõseruare conatur.

Secunda responsio.

Callus spirituum transitum, & ne

abscisus neruus cum altera abscisa parte retro iam tracta, nec parum distante, glutinetur) impedimento est. Quare spiritus ipse animalis per alios meatus diffusus nullam opem membri functionibus afferre potest, aliter atque in venis, & arterijs præcisis, quæ cũ caua, ac veluti cannulata corpora sint, quibus ipse carnosus callus, sanguine assiduè fluente, veluti spiritus vehiculo, ad præcisa vasa transmisso, gignitur, vnde naturalis, & vitalis spiritus per sanguinis canales vehitur. Nec à callo impeditur, atque consequenter quanuis animalis transire nequeat, & viuit, & nutritur membrum. Tertiò, quia venarum, & arteriarum cùm maxima propagatio sit, quæ in multos ramos dispergitur, etsi præcipuè venæ, & arteriæ præcidantur, ab alijs iuuari membrum poterit, quod in neruis secùs est, quorum non tanta est propagatio. Verùm in paralesi, qua sensus, & motus expers membrum minimè corrumpitur, diuersa ratio est. Siquidem in ea callus non est, cuius duricie animales spiritus, vt in vulnerato impediantur, sed vel spinalis medullæ (neruorum originis) læsio, vel crassioris materiæ membro infartæ obstructio, vel ingens resoluti membri frigus. Ex eo ergo membra non corrumpuntur quòd vitalis, & naturalis spiritus transitus minimè impeditur.

abscisi nerui interseco hæreant impedit.

Venæ, & arteriæ, cauæ, & veluti cãnulatæ sont, quibus abscisis admi. lis call' creatur.

Tertia responsio. Venæ, & arteriæ in plures ramos dispergontur; nerui nõ in tantos.

Quæ impediat animales spirit' in paralesi.

Cur paralesi affecta mẽbra non corrumpãtur.

CAP. XXV.

De neruorum abscessibus, seu inflammationibus.

SOLENT vulneratis neruis inflammationes, vel à materiei calidæ simpliciter, vel prædominantis, de fluxu, oboriri: quæ ex

Inflãmationes, à quib' causis proueniant neruis & earum notæ.

Anodina, vel largè repellentia ad neruorũ abſceſſus conueniunt.

quæ ex dolore, & præter naturalem habitum tumore, principio palàm fiunt. His vbi (vniuerſalibus documentis, de quibus ſuperiùs corpus euacuaueris) anodina, vel largè repellentia præſidia conueniunt: proprijs nanque repellentibus (ne ipſi nerui temperatura frigidi magis offendantur) minimè vtendum, niſi à vulnere inflammatio diſtet. Tunc enim (niſi aliud diſſuadeat (non incommoda ſunt. Putrefacientia rurſus (vt aliâs admonui) infeſtiſsima ſunt. Ergo temperata anodina admouenda ſunt, quale erit roſaceum oleum, quod ſymmetrium eſt, temperamentum non excedens, dolorem enim ſedat, atque ab humorum fluxione membrum tuetur. Quadrat etiam lumbricorum oleum, ad vulneratos neruos, nunquam ſatis laudatum. Hæc cum oui candido agitata, applicanda ſunt. Conferunt denique emplaſtra quæ vltimo capit. deſcribentur. Reliqua curatio communis eſt cum aliarum inflammationum curatione, quæ per inſenſilem difflatum diſcutiũtur. Planè ſi per halitum diſcuti inflammatio nõ poſsit, leuibus ſuppuratorijs (omnibus medicamentis alijs, & alui ſolutione, atque ſanguinis miſsione relictis) vtendum eſt. Nanque huiuſmodi euacuationes non ſolùm materiam non diſcutiũt, ſed ſuppurationem demorantur quia ex halatis cum ſanguine ſpiritibus inflammatio recrudeſcit. Cui, ob ſimilem rationem, alludere videtur Auicen. Fen. 10. tertij. tracta. 1. ca. ſecundo. de pleureſi dum inquit (& cum phlebothomas, & euacuas, & non ſedantur accidentia ſcias, quòd prohibitio collectionis quam quæris eſt impoſsibilis: Non ergo iteres phlebothomiam, ne congeletur materia quæ habitura eſt collectionem. Ergo vbi ſuppuratam eſſe inflammationem cognoueris quàm primum ad apertionem properabis: deinde vt reliqua vlcera curabis. In inflammationis tamen ſuppuratione, & apertione tria ſummopere ſunt obſeruanda: primum, vt ſuppuratoria ſimplicia veluti maluæ, athea, lini ſemen, & ſimilia: Ex quibus conſtant emplaſtra, quæ ad hoc componuntur: non ex aqua, vt alias ſolent; ſed ex vino, atque lixiuio incoquantur, vt putrefaciendi vis, quam retinent, quæ neruis noceret remittatur. Alludit ad hoc Auicen. Fen. 4. quarti. tracta. quarto. capit. de vulneribus neruorum. Et iam à peritioribus chirurgis in vſu eſſe ſcio. Secundũ vt præcociter apertio inflammationis fiat, ne puris nimia mora neruos offendat, vt docet Auicen. Fen. tertia. quarti. capit. 27. & communis eſt omnium ſententia. Nec te in contrarium moueat Cornelij Celſi authoritas libr. ſeptimo. capi. ſecundo. de his quæ per ſe intumeſcunt, dum ait: Sed cætera etiam ſub cruda aperiri poſſunt: inter neruos verò vltima maturitas expectanda eſt, quæ cutem extenuet, eiq; pus iungat, quo propriùs reperiatur. Nam doctrina Cornelij alias doctiſsimi omni quidem ratione in hoc deſtituitur: cum ei contrarij ſint reliqui authores. Tertium, vt ſi forſan abſceſſus materies eouſq; lenta, mucoſa, ac tenax, nonnulla flatuoſitate commixta ſit, quæ tactui parùm reſpondeat, duplici deligatura membrum deuinciatur: altera ſuperiori loco, altera inferiori. Sic enim cõpreſsione facilè materiei inundationem percipies. Illud tamen perpetuæ commendationis dignum eſt (quod cum magna laborantium vtilitate expertus ſum) vt ſcilicet linamentum non integro capite, ſed ferè abſciſo in apertione indatur: Si enim integrum caput eſſet, vt medicorum vulgus facere ſolet, facilè ipſo materia, vel pus operiretur, nec effluxioni puris locus eſſet, &

Propria repellentia abſceſsibus nõ conueniunt niſi à vulnere diſtet inflãmatio.

Putrefacientia neruorũ abſceſsibus incõmoda ſunt.

Temperata admouẽda ſunt.

Roſaceum oleum dolorem ſedat.

Lumbricorum oleum ad neruorũ abſceſſus optimum.

Si per halitum diſcuti inflãmatio non poſsit, ſuppuratorijs leuibus vtendum, alijs medicamẽtis, & euacuationib⁹ dimiſsis.

Euacuationes materiã nõ diſcutiũt atque ſuppuratiõem demorãt, & ratio.

In abſceſsus ſuppuratione, & apertiõe tria obſeruãda notatu digniſsima.

Corneli⁹ reprehendit.

In curandis abſceſsibus linamento non integri ſed penè abſciſi capitis vtendum.

retento pure partes internæ corrumperentur. Cùm ergo linamentum diminuti capitis intromiseris torundam aliam tenuem inter apertum locum, & ipsum linamentum immitas, quó exitui puris amplior locus reddatur, quæ tamen statim abijcienda est. Reliquas alias apertionis communes conditiones quæ septem à Guidone tractatu. 2. capi. vniuersali, & ab alijs authoribus connumerantur, obseruabis.

Septē apertionis conditiones obseruandæ.

CAP. XXVI.

Antidotarius vulnerum, & aliorum affectuum neruorum.



AD vulnera, & alios neruorum affectus, simplicia & composita medicamenta, quæ à varijs Doctorib⁹ traduntur, & me longa experientia docuit, hoc in capite explananda propono. Simplicia igitur calidæ, & siccę temperaturæ tenuium partium acrimoniæ expertia sunto. Vt ex Galeni sententia. 6. metho. cap. 2. Pauli libr. 4. capit. 54. Auicennæ Fen. 4. 4. tract. 4. c. 3. de medicinis vulnerum neruorum satis constat. Sed neque id perpetuum est. Nam secundum temporum, & symptomatum vicissitudines huiusmodi præsidia, vel mutantur, vel præponuntur, aut postponuntur. Exempli gratia in cæca nerui punctura, cui etsi medicamentum calidum, exsiccans, subtile, prosit, non tamen semper: sed ita demum si attractiuam virtutem retineat, atq; stipticitate careat. De quo latius capit. de nerui punctura disseruimus. Sic etiam à contundente telo illato vulneri calida, & sicca medicamenta illico admota incommoda essent: cum huiusmodi vulnus: emollientia, & partius

Simplicia calidæ, & siccę temperaturæ, tenuium partium, & acrimoniæ expertia, quibus vulneribus conueniant, & quibus non.

suppurantia potius expostulent. Idem in in vulneribus contusis, quæ & dolor, & inflammatio simul comitantur: cùm hęc ad leuem saltim digestionem perducere conemur. Ergo documētum hoc in simplici vulnere non symptomatis vllis cōplicato à laborantis particulæ natura indicatione sumpta vsurpandum est. Calidæ temperaturæ necessaria esse præsidia ex eo dixi, quòd nerui calore maximè iuuentur, cuius proprius est, quàm frigoris, dolorem sedare, extraneumque humorem omni vulneri peculiarem pellere potissimùm cùm nerui quamprimùm vulnerantur ambientis aeris frigore offendantur: Licet enim secundum naturam frigida membra frigidis conseruētur: ex quo Galenus tertio. Artis medicæ. Similia, inquit, similibus offeres, si volueris conseruare corporis crasim, Id tamen in sano corpore, non infirmo intelligendum est. Vnde affectis neruis suæ temperaturæ similia nocerent. vt Galen. eodem loco asseuerat, dum ait: & læduntur à similibus suæ crasi, iuuantur verò à contrarijs, moderato vsu, & ne Gale. pugnare videatur cum superiore textus hic de curatione, ibi verò de conseruatione intelligendus est. Ex igitur etiam, vt medicamenta siccæ sint temperaturæ: Quòd siccitas humiditati, qua sauciati nerui infestari solent, opponitur. Sed quia in qualibet affectione membri natura conseruanda, contrariaq; repudiāda est, vt multis locis methodi rectè admonet Galen. neruis ipsa carne siccioribus sicciora medicamenta conueniūt: quæ primariæ substantiæ nerui callum ad similem desuper generent: Sicciora enim siccioribus adhibere oportet ex Galen. Artis medicæ. 3. Nam siccitate ipsa membri natura conseruatur. Imò sicciora ipso neruo admouenda sunt præsidia: vt siccitatis excessus ille, præternaturam affectum, hoc est, vulneris

Cur calidæ temperaturæ coueniāt præsidia.

infirmo

Galeni textus interpretatur.

neris humorem, consumat, iuxta Galeni sententiam. 3. Meth. capi. 3. vbi exemplo illo thuris, à se, & ab alijs tantopere decantato, vtitur: quod scilicet thus sicca corpora humectet, humida exsiccet: Idē que euenit in alijs eiusdem siccitatis gradibus medicaminib⁹. Cuius ratio illa est, quod thus respectu corporis, aut membri temperati primum siccitatis gradum sortitur. Quare prætery ꝙ humidorum corporum naturalem temperaturam ad seruat: siccitate sua parū superante mēbri excremēta, quæ carnis consolidationem impediunt, consumit: contrà in siccis corporibus, in quibus cùm naturalem membri temperaturam minimè cōseruet, humens redditur. Humorem quidem exsiccare ineptū, sed concitare saniem aptissimum. Hinc rectè sanè Razes inquit: in vlceribus in quibus thus carnem producit Aristolochia eisdem saniem concitat, atque è diuerso. Quod ante Razen tradidit Gal. 3. meth. c. 2. & 3. Quæ quidē differentia, non passiuis solùm, sed actiuis etiam à temperamento parum secedentibus qualitatibus, cōparata est, vt Gal. 2. de simpli. medi. c. 27. ostēdit. vbi de rosaceo oleo scribit, refrigerata corpora, aut membra calfacere, calfacta infrigidare. Nam temperatum cùm sit, vtriusque extremi particeps sit. Sed circa Aristolochiam, de qua nuper sermo erat illud ad praxim satis necessarium summè aduertito: duplicem reperiri, rotundam, & longam: sed rotundam quidem multò efficaciorem, qua in siccioribus corporibus, & particulis, secundum corporum differentiam vti oportet: in alijs minus siccis, longa. Quod ex Galeno libr. 6. de simplici medicina colligitur, quem Paulus, & Aetius imitantur. Nec solùm in medicamētis secundum corporum discrimina, diuersi contingunt effectus: sed in ipso etiā vniuersalissimo agente, sole. Nanque aliter in nubem raram: aliter in stipatam, & spissam operatur, diuersos colores, & figuras fingens. Hic salem exsiccat & lutum: picem, & ceram liquefacit: faciem nigram reddit: Lineum pannum dealbat. Hinc Auerroes. 7. collectaneorum. Galenum. 6. methodi prope finem imitatus, asserit, aurium vlcera aceto sanescere, magna verò trociscis ex calce, vel scoria ferri aceto cōmixta, quæquidem alia non adeò sicca membra corroderēt. Imo idem Auerroes. 7. colliget, tractatu de cura solutionis continuitatis probat, in quibusdam corporibus valde siccis nō esse impossibile viride æris carnis esse productiuum. Vnde non abs re eodem loco inquit: Cum membrum naturaliter siccum ad humiditatem humidi peruenit membri à sua natura nimis est elongatum, & propterea eget exsiccatiuis in eo gradu ad quem peruenit membrum istud versus humiditatem. Nam medicinæ non sanant nisi quando sunt in contrario distemperatē, in eodem gradu, in quo membrum est distemperatum. Itaque si distemperatum fuerit in secundo gradu humiditatis, necessariū est, vt medicina distemperata sit in secūdo gradu siccitatis, & parùm plus & statim subdit: & scias quòd quando vlcera non sanantur propter adhibitas medicinas, illud fit vna trium rerum: aut quia membri cōplexioni conueniētes non sunt: aut quia materia, quæ transmittitur, conuenibilis non est: aut quia membri complexio læsa est, eo quòd ibi vna, vel plures species malæ complexionis sunt. Ergo scire debes quod vlceris sanatio, aut fit corporis euacuatione, aut temperamento complexionis, vel plagæ debita exsiccatione. Hactenus ille. Ergo vt rectè medicus medicinam exerceat naturæ, & medicamētorum differentias callere oportet, vt pulchro exēplo ostēdit Gal. 6. meth. c. 2. vbi ait. Ex

Thuris conditio.

Rosacei olei qualitas.

Aristolochia duplex

Solis variæ operatiōes.

Aurium vlcera aceto sanescunt: magna tamen trociscis ex calce, aceto, & scoria ferri.

Viride æris carnem producit ex Auerroe.

Medicus naturæ, & medicaminum differentias cognoscere tenetur.

Exemplum Galeni.

ait. Ex duobus eodem loco ſauciatis alterum obeſo corpore medicamento euphorbi breui ſanitati reſtitutum: alterũ macilentum, ſiccæque temperaturæ eodem medicamento deteriùs habuiſſe, ꝙ ſcilicet hic ſiccioris eſſet tẽperaturæ, quę plus euphorbij expoſtulabat, quo addito ſanatus eſt. Quare in his perſcrutãdis differentijs alius, alio medicus eſt præſtantior. Hinc Gal. 13. meth. c. 19. contra Theſſalum lepidiſsimè: Si quis, inquit, eã quæ à partibus ipſis præſtatur, indicationẽ demat, nihil obſtat, quominùs medicinam non ſolùm ſex menſibus, ſed ſex diebus totã perdiſcat. Qua autem rõne conuenire, aut non præſidia laborantis, aut mẽbri temperaturæ, intelligamus, docet Auic. 4.4. tract. 3. ca. vniuerſali vlcerum, in hæc verba: & cùm tu adminiſtraueris medicamen, & non inueneris humiditatem minui, aut videris eam augeri ſcias, ꝙ medicamen ſecundum illud corpus nõ eſt exſiccatiuũ, quod intra triduum cognoſci poſſe affirmat.

Ex quo deprehẽdatur an cõueniãt medicamina ægri, & membri tẽperaturæ.

Sed quid ſi corporis tẽperatura humida proponatur: membri verò, aut vulneratæ particulæ ſicca, aut contraria: quale medicamenrum adhiberes? Qua in dubitatione ne plus æquo demoremur, decurrere oportet ad Gale. 3. metho. ca. 9. & Razem. 9. cõtinentis.

Quale medicamẽtum adhibẽdum ſi corporis, & mẽbri tẽperaturę inter ſe diſsideant.

Percurramus ergo ſimplicia medicamenta: quę ad neruorũ vulnera accõmoda ſunt.

Simplicia medicamenta ad neruorum vulnera.

Imprimis ſeſe offert terebinthina. quã Auice. 4.4. dict. c. vulnerum neruorum mille proſequitur encomijs, eámque Arabico vocabulo glutinũ Albutin, id eſt, viri de granum appellat.

Terebinthina ab Auic. laudatur.

Sed terebinthina quidẽ vera ab AEgyptia Terebintho arbore dicta, Hiſpania caret: ſed eius loco pineam reſinam non coctam, quæ ſponte ſua effluit, ſubſtituimus, auctoritate Galeni. 6. meth. ca. 2. & Dioſco. lib. 1. cap. 90. aut lẽticinam reſinam. Cauendum tamẽ eſt ab adulterina terebinthina, quam nonnulli pharmocopolæ oleo commixto, vt lucidior appareat vendere ſolent. Ex beto tñ pino longè præſtantior eſt, quæ & Abietina, ab Abiete arbore ad ſimili, eiuſdẽq; ſpeciei nuncupaĩ, vt conſtat ex Dioſcoride. & Marcel. Vergilio eius interprete, citato loco. Hæc terebinthina vſque adeò neruoſis affectionibus opitulaĩ, vt nõ tantùm exteriùs admota, ſed per os exhibita, articulari morbo, in quo & ipſi nerui non parùm laborãt, conferat. Quod tum multorum ſnĩa, tum ipſo experimẽto cõpertum habemus.

Balſamum indicum.

Balſamum quod falſo indicũ vocant, ſiue reſina alicuius odoriferæ arboris, ſiue arte compoſitum ſit, carnoſis vulneribus ab incidẽte telo duntaxat illatis glutinandis hyemali præſertim tpe, non tẽperatura billioſis, inſigniter conferre, ſcio.

Thus gummoſum, maſtix, pix Gręca.

Thus gummoſum, maſtix, & pix Græca inhumidis temperaturis laudatur: ſed pix Græca, quæ & Colophonia dicitur Galen. 7. de ſimplici medicina cap. 19. ad vulnerum, vel vlcerum conglutinationẽ præſtãtiorẽ eſſe pice nigra teſtatur. Nam cùm minus ſicca ſit, ad vlcerum digeſtiõem accõmodatior eſt.

Vermes terreſtre.

Vermes terreſtres, ſeu lũbrici, ſiue in pollinem redigantur, ſiue vnguentis cẽmiſceantur, valde iuuant. Colla ad vnguẽti formam redacta glutinandis vulneribus præſtat.

Myrrha. Sarcocolla. Propolis. Thuris cortex. Ariſtolochia euphorbium. Cyrenaica lachryma. Serapinum, & Aſſa fœtida

Myrrha & ſarcocolla aliquantulum prædictis ſicciora. Propolis, ideſt, alueorũ apum ſordities, ſatis prodeſt. Thuris cortex natura quidẽ reliquis ſuis ſpeciebus, nempe gummoſo, & minuto ſiccior. Ariſtolochia, & euphorbium, Cyrenaica lachryma, Serapinum, atque Aſſa fœtida ſiccioribus corporibus admouenda ſunt: Parùm nanque inter ſe diſsident: ſed Euphorbij vires ad quartum, vel quintum annum protenduntur, deinceps euaneſcunt, authore Gal. 3. de compoſitiõe medicamentorũ per gñra. Recens à vetere eo diſtinguiĩ, qđ linguæ ad motũ mor

Euphorbij vires quandiu durent. Diſcrimen euphorbij veteris & recentis.

dicax

dicax est, linguæ penè adhærescens: vetus contrà. Sulphur, scoria æris, & ferri. Chrysocolla, vulgò, auriglutem, Hispano sermone, borrax, siccissima sunt. Simplicia hæc medicamenta materies quidem sunt compositorum: alijs alijs commixtis, pro vulneris, & particulæ exigentia. Connectamur nunc prædictis composita præsidia, & primò quæ sedandi doloris vim retinent: illa sunt, irinum camæmellinum, lutea ouorum, rosaceum completum, omphacinum & lumbricorum oleum. Sed lumbrici æstate aceto, hyeme verò vino suffocandi sunt. Ad idem præstat antiquum commune oleū, & ex terebinthina, Balsaminum, & sabinum, quod duplex esse potest: aut Sabinę regionis, vel arboris huius nominis, cuius meminit Mesue, cùm de oleis tractaret cuius loco sambucinū substituere poteris. Ad idem valet euphorbij, & ex lateribus oleum. Ex his oleis ea quidem, quæ tenuium partium sunt nerui puncturæ, membrisque, quæ post vulneris glutinationem inualida, & imbecilla supersunt, accommodantur.

Sulphur. AEris, & ferri scoria chrysocolla

Glutinandi facultatem habent vnguētum ex vermibus: cuius compositionem describit Guido tracta. 3. capi. de incisione neruorum. Vnguentum gummi iuniperi. Cuius hæc est compositio. R. Gummi iuniperi, corticum thuris, sarcocollæ, myrrhæ, singulorum drachmas tres, & semis, masthicis, drachm. vj. ceræ. vnci. j. & semis. terebinthinæ selectæ albo vino lotæ vnci. v. pulueris lumbricorū. vnci. j. fiat vnguentum, quod postea manibus aqua vitæ madefactis subigatur. Sed aduertendum est huiusmodi vnguentum authores, de Sandaracha vocare solitos esse iuniperum gummi sandaracham appellantes. Non igitur intelligas aurum pigmentum, quod à Græcis sandaracha dicitur: quo nil stultius, nec glutinando vulneri contrarius esse posset. Quem errorem tempestate mea, pharmacopola quidam, nisi ego occurrissem, iam incidebat. Vnguentum hoc principio vbi nulla distorquent symptomata insigniter glutinandis vulneribus prodest. Ad idem eadem obseruata lege valet vnguētum ex colla, quod sic componitur. R. collæ comminutæ albo vino optimo vetere per diem infusæ: deinde lento igne ad vini penè consumptionem incoctæ ad vnguēti formam redactæ, Addes terebinthinæ candidissimæ vnci. ij. olei rosacei, omphacini, hypericonis olei, masthicis, singulorum vnci. sem. cum quibus vehementer agitetur, & cùm ab igne separaueris commisce pulueris corticum thuris, masthicis, lumbricorum, radicis vtriusque consolidæ, centauræ, cuiusque drachm. sem. crebra agitatione commiscendo, vnguētum ex omnibus astruito. Sed si adhuc grandioris exsiccationis medicamenta exoptas siccioris nempe temperaturæ, vnguento sine oleis dupla terebinthina ex beto addita, paucoque euphorbij puluere commixto, atque manibus hypericonis oleo perunctis, postquam ab igne separaueris subacto, vt cæronti formam referat, vtere. Ad idem Recip. collæ comminutæ vnci. iij. quam in ampullā aqua vitæ plenam immittito, ore massa occluso: sicque per triduum finito: postea in aliam ampullam excollata vtere. Alia aqua ex colla ad idem sic construitur. Recip. Collæ valde comminutæ optimi antiqui vini albi lib. ij. in quo centaureæ, & vtriusque consolidæ ana. P. j. efferbuerint, terebinthinæ clarissimæ, ex beto vnci. viij. pulueris bistortæ, myrrhæ, aloes, corticum thuris. ana. drach. vj. omnibus cum vino commixtis, & per triduum sic dimissis, per sublimatorium instillentur. Poteris etiā loco vini aqua vitæ vti: quā Arnaldus à Villanoua, & alij tradunt ad recentia

Quæ habeant facultatem glutinandi.

Aduersio.

Aliud ad idem.

Vnguentum ex colla.

Aqua ex colla ad idem.

recentia glutinanda vulnera plurimùm valere, & hæc quidem vnguenta, & aquę ex colla ad vulnerum glutinationem prę ter experimentum, nec ratione, nec authoritate destituuntur. Ratio illa est: ꝙ huiusmodi medicamina maximam glutinandi vim natura sua sortiuntur, ob maximam, scilicet, similitudinem, quam cũ vulneratis neruosis particulis habent: cũ ex neruis, & animalium corijs colla ipsa constet. Qua ratione non solùm ad glutinanda vulnera doctores exteriùs colla vtuntur, verum etiam ad tenaciorem sarcoidem callum generãdum, Arietinam, aut hædinam depilatam, & valde incoctam pellem, quæ ipsius collæ materies est, edere iubent, vt Auicẽna. 4. 1. cap. de medicatione solutionis continuitatis, & 5. 4. cap. de cibatione restaurati, & conferre collam exteriùs admotam, siue ex piscibus, siue ex tergoribus constet glutinãdis vulneribus, probat ipse Auic. 2. canonis cap. de colla, atq; 4. 4. cap. de nascentia carnis in vlceribus. Accedit, quòd emplastrum, quod cõtra rupturam (vbi glutinare neruosum peritonæum, totum intentum est) componitur potissimùm ex Arietini capitis glutinosa pellicula decocta, [redacted]

Nec reticere volui inter glutinantia præsidia, oleum illud Apparitij, empyrici hominis per totam Hispaniam celebratum: quod (nisi ille sine delectu ad vulnera omnia, nullaq; obseruata victus ratione eo vteretur) negari certe non potest, quin glutinandis neruorum, & alijs vulneribus primaria intentione, insigniter præstaret. Sed si nec victus, nec vulnerum discriminum, nec symptomatum ratio habenda esset, maximum quidem arbitror delirium oleo illo curare: Ipsius illa est compositio R. hypericonis lib. semis. Valerianæ, cardi benedicti virentium. ana vnci. ij. his comminutis in libras duas vini albi veteris optimi per diẽ infusis, excolatis, & expressis, addãtur veteris olei lib. iij. tritici pugillus. j. ferueant lento igne, vsq; ad vini consumptionem, & vbi ab igne separaueris, addito terebinthinæ ex beto, vel communis libram. j. & iterum donec rectè commisceantur, ferueant, & separatis ab igne adde thuris optimi in pollinem redacti vnci. iij. cum quo iterum paululum ad vnam ebullitionem ferueant, & in vitrea ampulla cõseruato. Hoc etiam oleum ad lateralia incisa capitis vulnera, quæ futura facta primaria intentione glutinare procuramus insigniter valere scio. Sed si primaria hac intentione ob varias causas vulnus minimè glutinetur secundaria aggredienda est: quæ digestione, emundatione, carnis productione, atq; exsiccatione comparatur, vbi nimirum contusa, aut ab aere nimis alterata, vel inflammatione affecta vulnera sunt.

Oleum Apparitij.

Digerentia, seu pus mouentia sunto: vnguentum ex terebinthina, & ouorum vitellis, gummoso thure, puluere lumbricorum æquè mixtis crocei momento addito. Vnguentum basilicon minus, & alia huiusmodi. Aliud ad idem. R. vnguenti basiliconis maioris vnci. iij. terebinthinæ vnci. j. euphorbij vnci. semis. commixtis omnibus, & agitatis, felle porcino addito, vnguentum compone.

Pus mouentia.

Pus leniter emundat vnguentũ illud. R. Rosacei mellis vnci. iij. terebinthinæ vnci. j. farinæ hordeaceæ. vnci. iij. misce.

Pus emundans vnguẽtum.

Emundat prętere, & carnem alit, magistrale hoc vnguẽtum. Recip. Rosacei excolati mellis vnci. iiij. terebinthinæ ex beto vnci. j. Resinæ pineæ vnci. iij. mellis centaureæ vnci. semis. Aquæ vitæ vnci. j. farinæ hordei, atq; fabaceæ, mastich⁹, corticum oliuani, myrrhæ, sarcocollæ, gummi, mirobalanorum citrinorum vniuscuiusque vnci. semis. in pollinem re-

Aliud vnguentũ pus emundans, & carnem alens.

dactis, quæ redigi possunt, vnguentum componito, cuius alia parte, addendo rosaceum mel, liquidiori reddita, ad intingenda, interius indenda linamenta, vti soleo, alia solidiori facta, cæra, & oleo mastichino additis ad vngendum pannum exterius applicandum.

Exsiccantia, multo pure in vlcere existente, illa sunt Recip. Olei rosacei omphacini, olei myrthini, singulorum vnci. iij. vini albi optimi in quo rosæ, myrthi grana, lauri baccæ, balaustium efferuuerint, atq; chalybis candentes laminæ extinctæ fuerint vnci. viij. omnibus feruefactis ad vini consumptionem, resinæ, & terebinthinæ ana. vnci. ij. pulueris corticum mirobalanorum citrinorum lithargyrij Antimonij, pulueris nucũ cupresſi in polinẽ redactorũ, cuiusque dragm. iij. cum cærà, quæ ad coagulandũ sufficiat, fiat vnguentum. Ad idem vinum stypticum, quod & ad abluenda vlcera pręstat, constat ex oleastri, aut oliuæ, & lauri ramulis, cum ipsius lauri baccis rore marino cum floribus, centaurea chamæpithy de lumbricis, rosis cum capitibus, camæmello, cuiusque pugillo semis omnibus contusis, & ex tribus albi vini veteris libris vsque ad medij consumptionem feruefactis, excolatis, atque expresſis fiat decoctum.

Aliud ad idem.

Ad idem emplastrum triapharmacũ Hispanè, sparatrapo, panno lini imbibitũ, sed loco cõmunis olei myrthinũ, & communis aceti sambucinũ vsurpabis.

Præsidia ad inflãmationes.

Ad inflammationes vulneratis neruis ex calida causa dolore infestante, & rubore apparente obortas. Recip. succi arnoglossæ, & solani cuiusq; lib. j. olei nymphææ, vulgo nenufar, & rosacei ana. vnci ij. cum farina hordeo quod satis sit cataplasma componito.

Ad idem.

Aliud. Post vulneris principium dolore adhuc infestante. Recip. Panis medullam in gallinaceo iure pingui incoctam, quam rosaceo, & chamæmelino oleo, atque oui luteo, & crocei momento addito, cõmisce, sed remisso iam calore illo emplastro vtere. Recip. sapæ lib. j. olei lũbricorum, & chamæmelini ana. vnci. ij. furfuris torrefacti, & hordeaceæ, atque fabaceæ farinæ, & chamæmellini floris in pollinem redactorum ana. quod satis sit. Ad ignem fiat emplastrum. Sed si aliqua ex his desyderentur ex solis sapa vini, furfuribus, & floribus chamæmelli in pollinem redactis construi potest: eritque eiusdem penè vsus. Sapa etiam vini à Gal. 3. de compositione medicamentorum per genera ad neruorum abscessus laudatur.

Ad idem.

Aliud. Recip. Artemisiæ: foliorũ paruarum maluarum ana. m. ij. coquantur in nigro vino, satis diluto, lumbricorum cõminutorum, & pistatorum, pulueris florum chamæmeli, cuiusq; P. semis. pistentur per horam in mortario, & emplastrũ construito: commixto modico vnguento dyaltheæ.

Ad sanguinis profluuium.

Sed si vulneris principio, vel temporis tractu profluuium sanguinis excitetur medicamentum ex thure, mastichæ, sanguine draconis bolarmeno æqua portione cum oui candido commixtis, & agitatis, insigniter iuuat. Ad idem tamen omnibus præstat medicamentum Gale. 5. meth. cap. 4. constat ex thure gummoso. Aloë, pilis leporis, minutim scisſis cũ candido oui ad mellis crasſiciẽ redactis.

Ad eneruatam particulam fluxione materiei, & ad impediendam neruorũ putrefactionẽ, & resoluendum tumoris absceſsũ, & exsiccandũ materias

Ad eneruatam particulam: materiei fluxionẽ impediendam atq; neruorum putrefactionem, atque ad tumoris abscessus resolutionem materierumq; exsiccationem. Rescip. lixiuij ex caprifici, palmitum, illicis, & roris marini cinere, lib. iij. aceti non fortis lib. semis. mellis communis, vel oximelitis. vnci. iiij. hordaceæ, fabaceæ, & orobi farinæ, singulorũ vnci. j. semis.

ſemis. omnibus commixtis, & incoctis, confice emplaſtrum, cui ſi maior exſiccandi vrſerit neceſsitas, addito cicerum, lupinorum, & lentium farinæ ana. vnci. ſemis. ſiverò maxima modicum ſerapini illicis cineris, atq; caprini ſtercoris: quorum maxima pars à Galen. 3. de compoſitione medicamentorum per genera, & Auicenna. 4. 4. tractatu. 4. capit. de apoſtematibus neruorũ ſunt deſumpta. Sed cauere oportet vt antequàm hoc emplaſtro, quod ſolet maximè membro affigi, vtaris: particulæ ambitum, lumbricorum oleo illinias, ne dum amoueatur, dolorem concitet.

Ad idem.

Aliud ad idem. Recip. Abſynthij, fluuialis, calamenti, artemiſiæ ſingulorum mañ. ij. lymphato vino incoquantur: Deinde comminuantur, atq; piſtentur. Quibus adde mellis vnci. ij. olei chamæmelini vnci. j. olei maſtichis vnci. j. fabarum farinæ, furfurum torrefactorum & tritorum, florum chamæmeli, ſtercoris vaccini puluerizatorum ana. P. ſemis. ex quibus iterum piſtatis emplaſtrum conficito.

Paſtilla ſi nerui ſint denudati, & corrupti.

Sed ſi denudati, & corrupti ob præcedentem inflammationem, & materiei defluxum nerui ſint, conferunt, paſtilli ex calce, & cholcotar, ſeu vitriolo & vnguentum AEgyptiacum, & aqua alchimiſtarum.

Quæ conferant membri inſtaurationi poſt vulnerũ coaleſcentiam.

Ad inſtaurandum membrum, poſt neruorum vulnerum coaleſcentiam, imbecille, præter ea quæ proprio capite ſcripta ſunt. Recip. Vini albi optimi lib. j. ſemis. ſapæ lib. ſemis. olei chamæmelini, & nardini ſingulorum vnci. j. ſemis. abſynthij, florum chamæmeli, ſtercoris gallinacei ſingulorum pugillum. ſemis. vnguenti dyaltheæ. vnci. j. vinum prius feruefactum, cum pauco cinnamomo, oleis, & vnguento dyaltheæ commiſceatur, poſtea tritis, terendis ſimul mixtis atque incoctis fiat emplaſtrum, cui addantur duo ouorum vitelli, & crocei ſcrup. ſemis. Hoc alternis diebus auferendum, atque abſtergendum eſt, abluto membro prope ignem, vel iure capitum, pedum, & inteſtinorum arietum calfacto, incoctis ibi roris marini meliloti atque chamæmeli floribus: Poſt verò temporis intercapedinem vulpino oleo membrum fouendum.

Ad idem.

Aliud. Recip. ladani vnci. ſemis. palmularum, paſſularum ſine acinis foliorum vlmi, & maluarum, corticum radicum altheę, fenugræci ſeminis lini, pſyllij excorticati, ſeminis vrticæ, ſingulorũ. P. ſemis. omnibus cum capitibus, pedibus, & inteſtinis arietum nimis incoctis excollatis, atque expreſsis, lauacrum conficito: In quo calente ſuccida lana madefacta ad ignem, vel ardentem ſolem alternis diebus membrum fouebis.

Aliud ad idem.

Demum illo vnguento. Recip. pinguedinis prædicti decocti aſſungiæ gallinaceæ, anatis, anſeris, & anguis, adipis leonis, vrſi, & equi, medullæ cruris vaccini, ac ceruini, ſingulorum. vnci. j. vulpini olei vnci. ij. cum cæra quæ ad coagulandum ſufficiat, fiat vnguentum.

Aliud. Catulum pinguem, in teſtam nouam, & recte obturatam conditum in furnum mittito: coquatur ibi, donec totus diſiectus ſit, maneatq; pinguedo qua membrum perungatur.

Aliud. Recip. aſſungiæ meſlis, vulgò, texon. Et hericij, aquilæ, & hominis, vnguenti Aragonis, & Marciatonis, vnguenti Agrippæ & dyaltheæ, hyſſopi humidæ, mucilaginis altheæ, fenu Græci, &

feminis lini singulorum vnci. semis. omnibus assungijs priùs liquefactis, & per pannum excolatis, reliquis commixtis, cum cæra vnguentum conficito.

Ad idem. Aliud. Recip. Assungiæ asininæ, muli, atque lupi, olei terebinthinæ, & ex lateribus, olei costini, & vulpini, singulorum vnci. semis. cum cæra quæ satis sit fiat vnguentum. Prædicta æstate potiùs quàm hyeme conueniunnt.

Ad idem. Plane hyberno illo securè vtimur. Recip. sebi vaccini vitulini, hircini, atq; hædini, singulorum. vnci. j. omnibus à pelliculis euulsis, comminutis, atq; pistatis, seminis lini, fenugræci, & radicum altheæ, atque ladani puluere, æqua portione mixtis emplastrum construito, quod membro cum deligatura calidum vndique applicandum est, atque interdum ex eo formatus globus in manum immittendus, deligatura desuper constringente: interdum etiam oleum ex terebinthina vel ex lateribus membrum fouendo.

Hæc tanta, tamque varia medicamina, & presidia, non sine consilio à me scripta sunt. Nam quæ varia existunt neruorũ vulnera variæ affectiones non nisi varijs remedijs curari possunt: Ex quib⁹ doctus, & circũspectus medicus secundum vulnerum symptomatum, regionis, temporis, & aliorum differentias & ægrotantis naturã, vberioresque, aut tenuiores facultates, quod aptius censueri seligat. Et sic finit liber hic secũdus. Ad gloriam & laudem omnipotentis Dei, Deiparæq; virginis Mariæ: Quorum auxilio non pœnitendos, neque inutiles labores hos nostros futuros speramus.

Finis libri Secundi.

❦ ANDREAE ALCAZA-ris Medici, ac Chirurgi.

Liber Tertius, De vulneribus Thoracis.

CAPVT PRIMVM.

Hominis fabrica tribus vētribus cōstat.



T ex anathomicis administrationibus conspicuum nobis est, totius microcosmi idest hominis machina tribus ventribus constat: nempe superiori, quo animata ac regalia membra insident: medio, vbi spiritualia: inferiori, vbi nutritiua: Nec enim repugnat Hippocratis. sententia sectione. 4. aphoris. 4. Vbi inquit, æstate superiores, hyeme vero inferiores ventres purgabis: vocat enim ventriculum: superiorem ventrem, intestinorum respectu, quæ inferius sunt: respectu tamen situs thoracis inferior venter est: quemadmodum etiā thorax, respectu situs capitis altioris: venter medius nuncupari potest. Præmissa igitur vulnerum altioris ventris, idest capitis, nec non neruorum qui à cerebro originem trahunt doctrina: nunc ad vulnera thoracis medij ventris explicanda transire oportet: nam de inferioris ventris regionis ab dominis vulneribus postea (auspice Deo) differemus.

CAP. II.

De causis Vulnerum Thoracis.



RGO vulnerum thoracis constat eas esse causas, quæ secare, scindere perforare, seu quouis modo mēbri cōtinuationem separare aptæ sunt siue ense, siue gladio, sagitta, lancea, sica, siue quocunq; alio telo vulnus fiat.

CAP. III.

De signis Vulnerum Thoracis.

Signa vulnerum penetrātium sub triplici differentia.



Ignorum igitur vulnerum ad internam pectoris cauitatem peruenientium, quædam sunt solius penetrationis statim à vulnere illato apparentia, quædam vero temporis tractu: quædam autem læsionem interiorū membrorum indicantia. Quod ad prima pertinet, Primum signum est anhelitus paruus: quippe qui aëre per vulnus ingrediēte, natiuoq; calore, atq; spiritibus extra exhalatis, cor inde male euentilat: ac perinde inspiratio & respiratio ad vitā necessaria, recte exerceri non possunt, anhelitu paruo inde conflato. Secundū, spiritus, seu anhelitus per vulnus emisio, præsertim naribus atq; ore ipsius vulnerati clausis, vel spiritu quocunq; modo retento. Tertiū exiguus sanguinis ad exteriora exitus, atq; interdū nullus, recurrēte nimirum ad interiora sanguine. Quartū extinctio, vel mot⁹ flāmæ lucernę vulneri admotæ, vel flosculi carminati gossipij: specillo enim huiusmodi vulnera explorari (vt nōnulli faciunt) periculosum est: mēbra enim interiora huiusmodi tactus non patiunt: quare consulo ab huius

Indita quæ vulnus penetrasse statim demonstrant.

Signa penetrationis vulneris, quę tẽporis tractu apparent.

modi experimento abſtinere. Cæterùm ſigna, quæ temporis tractu ſanguinem iam putrem in thoracis cauitate indicare ſolent, vt medici fatentur, ſunt, anhelitus difficultas, illius, fœtor, & grauitas, atque pondus lateris, præſertim ſupra coſtas ſpurias, vbi ſeptum tranſuerſum terminatur: ibi enim ſanguis prolapſus congregatur. Euenire etiam ſolent ipſi vulnerato maximæ anxietates: & interdum ſyncopa, ac tuſsis. Pannorum præterea, qui vulneri applicantur, grauis odor, cum ab eo infecti ſeparantur. Adde etiam quod ſi pectus, vinculo aliquo illito linimento, vt eſt boli Armenici, vel alterius cuiuſpiam rei tingentis, circum voluatur, citius multo linimentum, quod eam partem puris interioris tangit exſiccabitur: interdumque ſputum putre excreatur. Eſt quoque eorum ſermo velox, & non ſuſtinet æger, in ſanam partem decumbere, ſed valde dolet, præ nimio pondere: ſi vero ſuperlatus affectum decumbat, non dolet: ſuſpenſa enim plus dolent, quam ſi fulcimento aliquo innitantur, vt Hippo. libr. de internis affectionibus aſſerit. Verum læſionis interiorum membrorum hæc ſunt ſigna, primò cordis vulnerati, extremorum frigiditas, ſanguinis exeuntis nigredo ſudor frigidus, totius corporis proſtratio, venæ langueſcunt, hoc eſt pulſus fit imbecillis, color pallidiſsimus faciei, & locus vulneris prope mammam ſiniſtram: quanuis cor centrualiter in medio pectoris ſitum habeat (vt anatome indicat.)

Signa, interiora membra læſa eſſe indicantia.

Pulmonis vero vulnerati ſigna ſunt, ſpumoſi & rubicundi ſanguinis exitus, æger caleſit, & tuſsit: difficulter, & cũ ſonitu ſpirat, & locus circa latera. Septi vero trãſuerſi percuſsi indicia ſunt. Præcordia ſurſum contrahuntur, ſpina dolet, ſpiritus ſeu anhelitus rarus, & magnus, tuſſis ſonans, & doloroſa: mentis alienatio, ſputum liuidum, ſitis: cibi faſtidiium, cũ eructatione, rigor pungitiuus, & ſanguis ſpumans fertur, locuſque vulneris iuxta ſpurias coſtas.

CAP. IIII.

De iudicijs: ſeu prognoſticis vulnerum thoracis.



IVdicantur à Guidone noſtro & alijs etiam authoribus, thoracis penetrantia vulnera periculoſiora multò in poſteriori parte, quã anteriori: ibi enim principes venæ, ac nerui, & ſpinalis medulla, ſita ſunt: inquit etiam penetrantia ad interna membra, magna ex parte eſſe lethalia, aer enim, qui abſque vlla præparatione ea ingreditur, ipſa offendit: calor itidem natiuus, atq; vitalis ſpiritus, facile ad exteriora exhalant: quibus omnibus natura imbecillis admodum redditur: Adde etiam huiuſmodi vulnera mundari intus recte non poſſe: Quo circa ferè ſemper & fiſtulas, & empiæmata gignere aſſolent, cum quibus ægri moriuntur, vt Caulicus tract. 3. cap. vniuerſali vulnerum, traddit. Sed illud mori cum huiuſmodi fiſtulis, bifariã intelligi poteſt, aut cum illis miſerrimè vitam, citra eius periculũ, agere, cũ nec agglutinari recte poſsint. Sed interdum pus in pectore coaceruatum, proni ipſi laborantes, atq; tuſsientes, præſertim caua tenta plumbi vlceri admota, expellũt: interdum per ſputum emittunt, aut aliter etiam, fiſtulam breuiori tempore ægrum interficere, vlcerato inde pulmone: cuius vlcus inſanabile eſt, quòd citra tuſim expurgari non poteſt, etſi tuſim excites laceraueris ipſum: Itaq; quaſi per mutuas operas, malum hoc in orbem ducitur, & ꝙ per multũ, & longũ interuallum, medicamenta vim ſuam amittunt:

Thoracis penetrãtia vulnera periculoſiora ſunt in poſteriori parte & ratio.

vt

vt Galen. 5. meth. cap. 2. asseuerauit: & quòd assiduè mouetur: nec non quia substantiam habet spongi formem, humiditatibus plenam, cum contrarijs vlcus indigeat, nempe exsiccatione, & quiete: & quod denique pulmo ipse sanguine bilioso & tenui (ac proinde consolidationi inepto) nutriatur: cum tamen vlceris cōsolidatio glutinoso potius sanguine fieri soleat: Ex quibus in hecticam, atq; tabem laborantes conspicuum est incidere.

Lethalia sūt septi transuersi vulnera si in eius neruosa parte sint.

¶ Sed quod ad septum transuersum attinet, illud admonere oportet, quod si in parte eius neruosa vulnus inflictum sit, tum ex eo quod ea ratione consolidari nequit, tum ob assiduum motum, quo vulnus magis dirumpitur, lethale censetur: verum si in carnosa eius parte, interdum sanabile, vt Gal. 6. aphor. inquit, in comm. aphor. 18. Præterea, leuiora symptomata multo serius vulnerato superuenire aduertito, quando exiguus sanguis putris interius continetur: grauiora vero ac sæuiora & citius si multus: vt periculo sæpe compertum habeo. Præterea illud in bello didici, lethalia magis esse vulnera pectoris penetrantia, quando aliquo acuto telo fiunt, quam glande plumbea sclopettorum: illa enim tela incidentia, sanguinem intra pectus impellunt, quo intus putrefacto, vitæ discrimen suboritur. Hæc vero forsan suo igne, cauterij loco sanguinis profluuium cohibent. Hæc igitur de causis, signis, ac prognosticis dixisse sufficiat, quare curationem aggrediiam tempestiuum est: nam de cordis vulnerati præsagijs nil est, quod dicamus, cū mors ocyssime sequatur.

Citius eueniunt symptomata multo sanguine intus prolapso seri' vero pauco.

Lethalia magis sunt à re scindente illata vulnera quàm à glande plūbea sclopettorum.

CAP. V.

De Vulneribus thoracis non penetrantibus.



QVONIAM AVtem à simplicioribus semper est inchoandum, operæ pretium erit, prius vulnerum non penetrantium curationem proponere: sed quoniam ab aliorum vulnerum curatione non differunt, in quibus solam agglutinationem molimur, eadem curandi ratio seruanda est.

CAP. VI.

An inter initia: thoracis vulnera ad internam vsque cauitatem pectoris penetrantia futura, agglutinantibusve medicamentis absque linamento curanda sint, an è contrario.

Authorū dissidiū in vulneribus thoracis penetrantibus cūrandis.



IN HIS THOracis penetrantibus curandis vulneribus non minor profecto quàm in penetrantibus capitis, superioris nempe ventris, apud graues authores dissidium reperitur: Guidoni enim nostro, Theodorico, atque Henrico cum alijs, placuit, eiusmodi vulnera etiam penetrantia, nullo præsertim principe membro interius vulnerato, sanguine prius toto conatu expresso, (si futuram expostulent) esse suenda, & sine linamentis, vel turunda quomodolibet contingant, ænemis, seu agglutinatorijs, atque exsic-

Primæ opinionis ratio.

cantibus medicamentis curanda: Quorum opinio his fulcitur, quia ſi aperta dimitterentur vulnera, genuinus calor, ac perinde vitalis, & naturalis ſpiritus, ad exteras corporis partes facile exhalarent: atque etiam exterior nos ambiens aer, omnibus vulneribus, potiſsimum interioribus infeſtiſsimus, interna, atq; præcipua membra ſuo contactu valde offenderet: quod ſine vitæ ipſius vulnerati diſcrimine fieri non poſſet.

Secunda opinio. 1. opinioni oppoſita & eius ratio.

Alij vero ex neothericis, vt Guillielmus Lanfrãcus atq; eiuſdẽ factionis, alij è diuerſo thoracis penetrãtia vulnera aperta cum linamentis manere iubent: quorum etiam aſſertio nec minori ratione ab illis munitur. Clauſo enim (vt aiunt) ſutura vel agglutinantibus medicamentis ipſo vulnere, effluxuque carente, ſanguis verſus interiora ac præcipua membra prolapſus, ac tandem putris, lethalia ſymptomata excitabit. Hæc igitur ſunt quæ in his curandis vulneribus, chirurgos anxios, & ancipites reddunt: Sed quid hac dere ſentiam, plane oſtendam.

Vt igitur quæſtionis huius veritas illuceſcat, admonere prius oportet, peculiare eſſe, vulnera omnia (vt vulnera ſunt) vnione, atque agglutinatione egere: eſt enim indicatio prima, & medicis, atque vulgaribus ipſis nota, vt Gal. 3. meth. cap. 1. atq; alijs in locis teſtatur: Sed hæc varijs quidem modis auerti poteſt, atq; interdũ medici intẽtũ fruſtrari, aut interueniente nimirũ dolore nimio, fluxiõe, aut inflãmatione, aut aeris alteratione, cõtuſiõe, vel carnis forſan deperditiõe: ſiue vitioſa aliqua humiditate, in aliqua principum membrorum cauitate detenta: nempe capitis, thoracis, ac ventris inferioris, aut forſan ob ipſius vulnerati cocoethe, agglutinationis maximum impedimentum. Si igitur nulla harum complicationum vulnerato inſignis ſuperuenerit; medicus naturæ adiutor, pro viribus ei opem ferre, ac conari tenetur, vt vulneratũ membrũ à naturali habitu iã lapſum, ad priſtinum reducatur: Sed hoc conductis oris vulneris, vel deligatuta, vel ſutura, aut vtraq;, atq; agglutinatorijs præſidijs fieri ſolet, nulloq; modo per linamẽta, quæ orarũ vulnetis agglutinationẽ, atque contactũ prohibent.

Quæ nã ſit ſententia inter diſsidentes authores eligenda.

Ergo ſi in thoracis vulneribus prædicta impedimẽta ceſſauerint, eligẽda iuxta Guidonis doctrinã, hæc medendi methodus erit, quæ agglutinatiõe perficitur, oppoſitaq; repudianda, quæ linamentis molitur.

Linamenta & dolorem concitant & partium diſſidentiũ agglutinationem prohibent.

Nam linamenta vltra id quod agglutinationẽ prohibent, dolorẽ maximũ excitant, atq; in poſterũ, etiã ſi res bene cedat, poſt maxima laborum, & dolorũ diſcrimina, fiſtulam per omnẽ ipſius vulnerati vitam, pariunt. Cum vlcus rotundæ figuræ reddant, cuius difficilis atq; interdũ impoſsibilis agglutinatio eſt, nullo ab interna parte ſolido fundamento cui caro ipſa generãda innitatur, reperto, vt Gal. in cõm. 1. prog. cõm. 4. aſſerit. Quo circa cũ hæc oĩa Guid. tract. 3. ca. de vulneribus thoracis animaduerteret, ſyllogiſticè profecto, hæc penetrantia vulnera conſuenda eſſe, & abſq; linamẽtis curanda, ſatis probauit, etiam ſi non nihil ſanguinis ad interiora fueritprolapſus, ſumpta (ni fallor) occaſione ex Auic. Fen. 10. 3. tract. 5. cap. de empiemate, vbi materiam in pectore cõtentã à natura ipſa, vel per lotium, vel ſeceſſum, vel apoſtima ad inguina, vel ſpuitione, ſæpius expelli aſſerit, atq; etiã 4. 4. tract. 2. c. de caſu & offenſione, vbi ex ſanguine ab interna corporis parte verſus exteriores expulſo, glãdulas in adenis vel emunctorijs eueniſſe teſtatᷓ. Nec non ex Hipp. ſententia, tum libro de internis affectionibus, tum etiam lib. 6. aphor. 27. &. 7. aphor. 45. & lib. 2. &. 3. de morbis, & 7. aphor. 55. atq; etiam ex Galen. in eius

Natura ſæpe expellit materiã in cauitate thoracis contẽtam varijs vijs.

aphor.

Aphoriſmi comment. necnon. 6. de loc. aff. capit. quarto. aſſeuerantibus, contingibile ac ſæpius experientia viſum fuiſſe naturam membris interioribus grauatam, materiam per loca ſuperius dicta expellere: nos quoque longo temporis periculo idem experti ſumus, non ſolum incruentis vulneribus, ſed etiam (quod creditu durius eſt) in antiquis: nam cum poſt temporis multam inter capedinem, iam iam infirmi ſalute deſperata, niſi manente ſemper penetranti fiſtula, non abſque ipſius laborantis diſcrimine, tunc abiectis prorſus linamentis, expreſſo prius pure, ipſo laborante tuſsiente, cruentatiſque ipſius vlceris oris, concitatoque exterius ſanguine, & agglutinatorio medicamento, atque conglutinatrice deligatione, adhibitis, vlcereque ad vndecimum, vſque diem ſic dimiſſo, ac ſi recens vulnus fuiſſet, vlcus conglutinatum vidimus.

Sæpius vlc' antiquũ medicamentis mundatum, cruentatũq; vt vulnus recens prima- ria intentione agglutinatur.

Nec interea temporis, cura nobis defuit, medicamenta per os exhibendi, tum emundantia, tum etiam extenuantia, atque expellendi puris vim habentia, per vias naturæ deſtinatas, vt nobis condentibus hæc certiſsimè euenit, in quadam nobili fœmina Abulenſi, quippe quæ vlcere penetrante cum laboraſſet, atque per menſem integrum, & amplius non exiguam puris quantitatem ipſi lotio commixtam emiſiſſet, expulſo prius nõ modico ſeri lactis caprini, quod intra Thoracis cauitatem Syphone iniecceram, quibuſdam medicamentis emundantibus commixtis, prædicta medendi methodo, vlcus præter omnium, atque meam ſpem clauſum apparuit, mirabile viſu. De quibus medicamentis per os ſumendis, atque alijs, inferius annuente Deo, diſſerturi ſumus.

Medicamenta ore ſumẽda multum conferunt.

Caſus notãdus.

Alius caſus ſatis admirandi ꝰ.

Simile etiam Salmanticæ accidere vidimus, cum artem chirurgiæ in cathedra publicè legeremus, in quodam iuuene ſcholari, prope cuſpidem cordis gladio vulnerato, penetratione quidem non exigua, nam nullo ſanguine à vulnere prorſus egrediente, ſed intus retento, illico vulnere clauſo, vnico tantum puncto ipſum ocyſsime agglutinatum fuiſſe conſpeximus: etiam ſi per integram noctem expers loquellæ, ſyncopa, & extremorum frigiditate, atque ſpiritus anguſtia laboraſſet. Vidimus etiam, cum pueri eſſemus, in ciuitate Guadalajaræ patria noſtra, hominem tranſuerſim poſteriori pectoris parte vulneratum, cum ſpinalis medullæ inciſione: & (ne demoremur) ſutura acuum (quam vocant) & abſque linamentis ſanitati fuiſſe reſtitutum, manibus domini mei præceptoris, atque ſoceri magiſtri Antonij, cuius anima fœliciter requieſcat. Manſit tamen vulneratus ille pronus & curuus. Poſtea tamen in regione admodum calida cum degiſſet, ſenſim priſtinum corporis ſtatum recuperauit.

Caſus monſtruoſus.

E diuerſo autem multo poſt tempore, puerum quatuordecim annis natum, vidimus cuſpide cultelli prope ſpinalem medullam vulneratum, arctiſsimo profecto vulnere, appoſitione ſolidiſsimi linamenti empirica manu, in dolorem ingentem, atque inflammationem & conuulſionem, & tandem mortem incidiſſe.

Linamentũ forte in paruo vulnere iuxta ſpinalem medullam cã mortis fuit.

¶ Quibus omnibus, nempe ratione, atque experientia, nec non ſapientum authoritatibus conuincitur, tutiorem multo eſſe viam inter initia, horum vulnerum agglutinationem aggredi, atque naturæ opus in hoc experiri. Sed haud immerito quiſquam in hanc opinionem obijcere poterit, naturam forſan imbecillem, ſanguinem intra pectoris cauitatem concretum nullo modo expellere poſſe: vt ſupponebatur: quo intus coaceruato, ac putrefacto, neceſſum erit mala, ac lethalia ſympto-

Obiectio in Authoris cẽſuram.

mata oboriri. Sed huic obiectioni facile respondetur, Nos quidem nõ perpetuo, ac sine discrimine, in vulneribus thoracis penetrãtibus, agglutinationem, atque sine linamentis curationem consulere: sed inter initia tantum, ad naturæ vires, atq; opus (vt diximus) experiẽdum, cum medicus illius adiutor sit, eidemq; teneatur semper opem ferre: nulloque modo obstare: obstabit igitur, si à principio (vt antea dictum est). Vulnus apertum dimittat: tum exhalatis spiritibus ab internis partibus, & calore natiuo: tum etiam aere ex tertio intus ingrediente: nam si columellæ, seu vuulæ abscisio vitæ discrimen affert, vt testatur Auenzohar suo thei fit, ingrediẽte nimirum aere ad pulmonem, & cor sine præparatione, à fortiori igitur aer extraneus, per vulnus, cordi, & pulmoni propinquior, maius longe periculum affert. Itaque oportet agglutinationem vulneris à principio medicum tentare. Cæterùm si natura medici voto (vt obijcitur) non respondeat, Apparentibus indicijs internam noxam indicantibus, facile profecto erit medico manibus vel specillo vulneris oras separare, ac linamentum immittere, data inde via, siue emissario, latentis intus puris effluxioni: præsertim infra triduum: quo tempore cum secunda vulneris permutatio fieri solet, authore Albuchasi, suæ operationis manualis libr. 2. solent symptomata proritari, quæ sanguinem putre factum intus significant; quæ si suboriantur, facile (vt dictum est) vulnus reserabitur. Tunc igitur alia aggrediẽda erit via, aliaque curandi ratio instituenda. De prima ergo medendi methodo, quæ agglutinatione molitur, prius disseramus, deinde vero, hac forsan prohibita, de secunda.

Responsio.

Quando oporteat agglutinatiõe post habita consiliũ mutare.

CAP. VII.

De vulnerum Thoracis curatione ad internam vsque cauitatem penetrantium, quando agglutinantibus forsan medicamentis absque linamentis curari possint.



HIS igitur vulneribus penetrantibus futuram (si alia non impediant) absque linamentis competere, iam superius & ratione, & authoritatibus, atque etiam experientia ostensum est: curatio autem ita instituenda. Primùm, vulneratus reclinandus supra vulnus est, vt sanguis ad interiora illapsus foras exeat: iuuabit adhoc, ipsi poscam, seu oxicratum tepidum propinare, vt sanguis eo incisus, ac dilutus aptius per os expuatur, vel extenuatus aceti vi, per vias naturę designatas, expelli queat: quod Galeni sententiæ consonat. 5. metho. cap. 8. qui sanguine intra pectus coaceruato ex venæ diruptione, vel ingenti casu, vel ex nimia vociferatione, idem imperauit. Oportet etiam ęgrum tussire, vt sanguinem melius expellat, deinde sutura admota (si ea opus sit) nullo linamẽto in vulnere dimisso, puluis ruber insper gendus, qualis erit ex thure, mastiche, sanguine draconis, pari portione commixtis imponendum desuper medicamẽtum agglutinatorium aliquod, quod sanguinis profluuium cohibeat, hoc erit, vel simplex terebinthina, vel oui candidum, puluere rubro ibi commixto, in circumambitu vero ipsius vulneris, stupę ouorum etiam candido infusæ applicentur, panni quoque posca madefacti, potissimum si sanguinis profluuium suspicetur, admouendi sunt: pannis tandem siccis: atque deligatura apte desuper admotis,

Curatio quo modo in his vulneribus instituenda quibusve sãguis forasex pellendus.

Quæ medicamenta vulnerieiusque circumambitas sit applicandæ.

Quatuor scopi in curatione seruandi.

motis, æger in lecto iaceat. Cæterùm quatuor in curatione præoculis habenda, primum sit optima victus ratio, principio quidem tenuis victus, qualis est ius pulli gallinacei. Deinde ex corticibus radicũ fœniculi, petroselini, concoctis, quæ extenuandi sanguinem, interius coaceruatum, nec non, aperiendi vias, per quas sanguis ipse ad vreteras, vel vrinarios meatus deferri aptius posſit, vim habent, far quoque, cum iure pulli, vel amylum, conueniet, ac perinde cicerum iusculum, diureticum enim est. Similiter amigdalarũ, liquidum, ex cremore amigdalarum, atque ex saccaro albiſsimo confectum, vtile erit. Nanque in thoracis affectibus, ob quatuor commoda, maximi momenti esse. Abenzohar in suo theisir capit. de pleuritide affirmat, scilicet quòd pectus leniat, somnum conciliet, sputum facilius reddi faciat, morbi reliquias consumat, tandẽ omnis victus ratio eatenus instituenda, minuenda, vel augẽda est, quatenus ipsius vulnerati virtus postulauerit, consideratis, & ætate, & consuetudine, & anni tempore, atque constitutiõe, & regione, quod Gal. multis in locis, methodi, medici peritiæ & iudicio. Relinquẽdum censet, quòd literis exprimi minimè posſit. Potus vero, principio ex pluuiali aqua, quæ ab Hippocra. libr. de aere aqua & locis laudatur, quem Cornelius multique alij auctores imitantur, siue decocta cum hordeo, ac penidijs, vel glycyrrhyza. Cæterùm, initio vulneris tenuis inedia ad septimum vsque diem iniungenda, vt sanguis & quãtitate, & qualitate temperatior, ad vulneratum locũ deferat, sed deinceps crasſior, vt sanguis, producẽdæ carnis materies, tenax, atque glutinosus sit. Secundum vero intentum erit, fricare atque fortiſsimis deligaturis constringere crura, tum sanguinem mittere, virtute, & ætate non repugnãtibus.

De victus ratione obseruanda.

Quomodo varianda sit victus rõ.

Quibus modis reuulsio paretur.

Qui sint sumendi syrupi quibusq; aquis admisti.

Aluus præterea (si non respõdeat) glãde, vel clystere cienda est. Rursus, syrupos ad alterandum ac temperandum cum aquis, quæ ad id valeant, vulnerato propinabis, veluti violaccum, rosaccum, & similes, cum pectoralibus alijs syrupis (si opus fuerit) commixtos, aquæ vero sunto, buglosæ, scabiosæ, herbarumve similium, elapso vero morbi principio, syrupus ex duabus, vel quinque radicibus, cũ aqua glycyrrhyzæ, aut scabiosæ, exhiberi debet, neque obliuioni tradendum, vt ante septimũ diem, leniẽs aliquod pharmacum propinetur, ex manna, casia, electuario diachatoliconis, rhabarbaro, syrupo nouem infusionum. Cæterum, curatio vulneris, vel properanda, vel differãda est, prout ægri valetudo, vel symptomata postulauerint, si enim symptomata desint, non solum ad triduum, sed etiã ad sextum, curationẽ differes, atque tũc deligaturas, atq; pãnos, vino prius (quod vocant) styptico, siue austero (si facile auferri nequeãt) madefacies, & medicamẽta quæ cruentis vulneribus applicari solent, adaptabis, inflammatione nimirum non repugnante: ea erunt, vel vnguentũ gummi vernicis, seu iuniperi: aureũ Guidonis, olei expers vel simplex terebinthina, pulueri rubeo admixta: loto pri᷒ ipso vulnere, vino austero, vt Gale. 4. metho. cap. 2. præcipit, hæc quidem vulneri agglutinando, vt vulnus est, competunt, in ambitu vero olei rosacei, aut lumbricorum, aut nardini (hyemali presertim tempore, fotus præcedat, ac proinde defensiuum ex bolo armeno, oleo rosaceo, atq; candida cæra, liquefactis, addito modico pulueris rosarum cauebis tamen, ne istorũ aliquid vulnus attingat, coalescẽte vero iam vulnere, futura auferenda est, atque medicamentis agglutinantibus (quę iam scripta sunt) vtendum, denique vulnere iam clauso, per aliquod tempus, ad

Quãto intermisso tempore sit iterandam curatio.


Medicamẽtorum quæ apponenda sunt ratio.

ad vul-

vulneratæ particulæ confortationem, & robur. Oxycroceū vel huiusmodi aliud, quale esset emplastrum à Ioanne de Vigo descriptum (quod confortatiuum vocat) ægrum gerere oportet, ius vltimum (quod obseruādum potissimum est) versatur. Circa sanguinis putris interius forsan detenti, expulsionem, atque extenuationem, ad quod, medicamenta non pauca simplicia, atque composita, inferius dicentur.

CAP. VIII.

De vulnerum thoracis ad cauum vsque penetrantiū curatione, quando prima curandi ratione agglutinari minimè possunt. Sed intus detenta sanie, æger superuenientibus afflictionibus vexatur.



HActenus de thoracis vulneribus disseruimus: quæ, nullo superueniente symptomatæ, agglutinatorijs medicamentis coalescere solent: nullo nempe sanguine forsan interius coaceruato vel forsan à natura per vias sibi designatas, iam expulso. Nunc vero de his vulneribus è diuerso agendū: quæ ipsa natura imbecilli, multo sanguine intus retento aggrauata, vel laborantis cacochimia, multo aliter se habent: tunc infestari ægrum infra triduum (magna ex parte) & tussi, atque spirandi difficultate, rigore, febre, atque alijs indicijs putrescentis sanguinis manifestis, affici videbis. Quo casu, putrem sanguinem expellere, atque pectus introrsum mundari oportere, manifestum est, quando videlicet natura ipsa, ob aliqua impedimenta, designatis vijs, nimirum per vreteras ad vesicam: per meatus fecis ad intestina: per apostima ad inguina: aut sputum, per os deferre, aut expellere, nequit. Tunc ergo sutura, si facta erat, scindenda est: atque vulneris oræ, siue manibus, siue spicillo, prorsus aperiende: atque ipse vulneratus tussiendo spiritumque vehementer retinendo, pus interius contentum, vitiosamve humiditatem foras mittere procuret: voluaturque in vtrunque latus: deinde pronus supra vulnus iaceat, sanie igitur, quoad fieri possit, extracta, vlcereque gossipio prorsus emundato, linamentum, quod vlceris cauitatem attingat, oui vitello, optimaque terebinthina, thure, & crocei momento commixtis, illitum intromitto, alligare tamen filo linamentum oportet, vt si in ipsius thoracis cauitatem deligatura comprimente, illabatur, extrahi facile possit, sed hoc cautè, ne vlceris orificium, linamētum cooperiat: sanies enim intus prorsus detineretur. Quare danda opera est, vt aditus aliquis pateat, quo pus effluere possit, quod non difficile cōtinget, si linamento ea sit figura, capite nimirum abscisso, ne puris exitum impediat, nā si caput integrū habeat & pus detinebit & laborantis vitæ maximū discrimen adferret quod vitium, non paucos ex chirurgicis quotidie incidere video. Nec minus animaduertendum est, vt pāni quibus medicamentum admouetur, in medio incissi sint, vt sanies, putresque exhalationes exire possint. Fouebis deinceps vlceris ambitum rosaceo, atque lumbricorum oleo, vel nardino, commixtis (hyberno potissimum tempore) igne calefactis, cura maxima adhibita, vt vulneris curatio, quam ocyssime fiat, ne viscera longa curationis mora, ab extraneo aere offendātur, & natiuus calor, atque spiritus, exhalent, In vulneris præterea ambitu medicamentū admouebis, ex his quæ sequūtur confectum ex oleo rosaceo

Indicia puris interius contenti.

Quando sutura scindēda sit atque linamētum immittendum.

Confert maximè ad puris expulsionem vulneratum in latus vtrunq; volui, pronumque supra vulnus iacere.

caput tentæ non debet vlceris orificium prorsus claudere.

Medicamētum in ambitu vulneris ad ponēdum.

Medicamẽtum in ambitu vulneris apponẽdum.

rosaceo omphancino, ad vnci. ij. oleo camæmelli, vnci. j. sandalis rubeis, rosis, añ. dragm. j. & sem. bolo armeno, dragm. vj. cæra, quod satis sit, & postq̃ ab igne cærã & olea liquefacta separaueris, superaddito puluere eorũ quæ modo diximus, & oui cãdidũ ad imbibitionẽ vsq; agitabis, nanq; vnguẽtum hoc, vt ipsius simplicia ostẽdunt, & humorum affluxiones cohibet, & doloris leuãdi, atq; affecti loci roborãdi, vim habet: desup vero stupa, vel carminata lana, panni, nec non deligatura, cum artificio moliantur, quæ vt firma sint, deligaturam super vtrunque humerum, atque per crura percurrere oportebit: Quod vero ad decubitum, & vulnerati situm, illud obseruabis, vt si vulnus in altiori aliqua parte sit, crura quoad fieri posit, reliquo corpore sint sublimiora: si vero in inferiori, aliquatenus eleuetur ęger: vt puri expellendo commodior locus detur. Vtcunque tamen vulnus contingat, ægrotũ ipsum pronum supra vulnus iacere iubebis: quò sanguis putris, aut sanies. ab imo corporis, ad exteriora melius deferatur: Quod si perpetuo fieri id non posit, curationis saltem tẽpore, per aliquod spatium fiat, & tusiat, & supra vulnus decumbat. Sed interim spinalis medullæ cura sit, vngatur ergo, medicamento, ex oleo sabino, irino, camæmelino ex lumbricis, adipe anserino, anatis, muscillaginibus altheæ, fœnogræci, & seminis lini, añ. vsque ad dragm. iij. pulueribus lumbricorum scrup. ij. puluere croci. scrup. semis. superaddita cæra quæ sufficiat, quo spinalis ipsa medulla, inguina, axillæ. & collum, deliniantur. Postquam vero sanies apparuerit aliqua: à lenientibus medicamẽtis intra vulnus saltem, abstinendũ prorsus est, ne humiditates quæ intra pectus sunt, augescant, quin potius emundantibus, ac desiccantibus vtendũ, sarcoticis deinde (si res bene cedat.) Auspicandum tamen erit ab illo medicamẽto, quod continet rosacei mellis excolati, vnci. iiij. terebinthinæ ex beto, vnci. j. ordeaceæ farinæ. vnci. j. quo calfacto, vtere, Exterius vero supra vulnus, & circumambientes partes, vnguẽtum imponito gummi enhemi, & quanuis à conciliatore diff. 18. 1. ad aliud intentum, nempe ad vulnera cum fractura cranei penetranti, applicetur, experimento tñ compertum est, ad huiusmodi vulnera nõ parum conducere. Pus nanque quod intra cauitatẽ pectoris prolapsum est, euocat: Similiter huic malo potisimum conuenit resinæ vnguẽtum attractiuum inscriptum, multis enim opem tulit, constat ex ipsa pini resina, optima, atque cæra citrina, noua, æqua portiõe mixtis, & liquefactis excolatisq; per pannũ, manibusq; perunctis oleo nardino. subactis, Eidem quoque vnguẽto superaddi potest, quarta portio solius gũmi enhemi, id est oleæ ætiopicæ, vel gũmi, oleastri, vt placet Plinio libr. 2. natura. histo. Idem efficit vnguentum ex oleo rosaceo, completo, oleo nardino, añ. vnci. ij. resinæ pini, terebinthinę ex beto. añ. vnci. j. gummi enhemi, oppoponacis. añ. dragm. iij. sepi hędini. vnci. j. puluere caudæ equinæ herbæ, propoli, nempe sordiciei alueorum apũ, añ. dragm. ij. sem. cæra, quod sit satis: cui addito croci puluerem. scrup. j. impones pãno perforato, vt sanies aptius foras expelli posit, quod commune in omnibus vulneribus tibi sit, Desuper lenisimam, atque tenuisimam spongiam, qua sanies extrahatur, & imbibatur, adaptabis. Cæterùm, vt dolor sedetur, sanguisque intus fortasse concretus discutiat, illud medicamentũ iam dudũ expertus sum, qđ constat ex absinthio, calamentho, artemisia, floribus camæmelli, ana. m. ij. minute incisis, vino atque melle incoctis, vehemẽter cõtritis cui addita sit farina fœnogręci, fur-

Situs vulnerati ratio.

Vnguẽtum quo inguina & spinalis medulla vngẽda sint & loca adenosa.

Emundantibus atq; sarcoticis, medicamentis, quando vti liceat.

Medicamenta pus attrahentia.

Sedantia dolorem & sanguinem intus concretum.

ci, furfur torrefactum: farinaq; fabarum, ana. P. semis, oleum nardinum, vnci. j. semis, croci puluis, Scrup. sem. addito etiã interterendũ, modico eiusdem decocti. Ad mundificationem vero vlceris, & carnis productionem, sequens vnguentum vtile esse, periculo inueni, sumito, rosacei mellis colati, vnci. v. terebinthinæ, vnci. j. & sem. resinę pini, vnci. sem. farinæ fabarum, thuris, mastiches, myrrhæ, sarcocola, draconis sanguinis, mirobalanorũ, citrinorum corticum, mumiæ, singulorum dragm. j. quæ in pollinem redacta, alijs commisceantur, additis guttulis aquæ vitæ, hoc vnguento, & in linamentis intra vulnus, & in pãnis, exterius vtendum est. Sed id obseruabis, vt vnguenti pars, quæ in pannis admouetur, solidior conficiatur, addendo plus cæræ, semotaque aqua vitæ. Cæterũ alia medicamenta, tam per os sumenda, quàm exterius admouenda, atque syphone inijcienda, sequẽtibus capitibus auspice Deo, dicent.

CAP. IX.

De methodo in penetrantibus Thoracis vulneribus saniem iam intus continentibus, obseruanda, deque medicamentis admouendis.

QVANDO autẽ morbus iam prolixior, ac natura ipsa ad saniem intus contentam expellendam, imbecillis videatur, tunc oportet, vehementer naturam iuuare, quod duobus obseruatis efficies, tum medicamenta per os exhibendo, quæ mundare, ac extenuare saniem, eandemque expellere, vijs natura designatis, valeant. Tum etiam in thoracis cauitatẽ syphone inijciendo, Primum quidem, multifariam completur, nam si febris infestet, vasculum decoctionis quam inferius describã mane, ac vesperi, propinabis, continet, capillorum veneris, pimpinellæ pillosellæ, neptæ, summitatũ canabis, rubeę tinctorum, centauræ, teneritatum caulium rubeorum, glycyrrhyzæ, radicum arthemisiæ, caudæ equinæ, singulorum. P. semis cunctis prout ars docet ex lib. vj. pluuialis aquæ, vsque ad semissis consumptionem, incoctis, excolentur, addantur scabiosæ aquæ vnci. vj. rosacei melli sexcolati optimi, vnci. vj. penidiorum, vnci. j. semis. Sed si febre careat, decoctum quod ex supradictis simplicibus cõstat, ex optimo vino fieri debet, vbi non rosaceum mel, sed simplex commune optimum, miscendum eo prius despumato. Sed hic admonendi sumus, Guidonem, nonnullosque alios, perperam in hac potione garyophyllos posuisse, sunt enim calidissimi, vnde illis, febrem, & incendium maximè inter initia, augerent, sed arbitror, garyophyllos, pro garyophyllata herba, quæ odore garyophyllis est adsimilis, exeoque nomen assumpsit, male vsurpasse, huius herbæ quantitas, sit manipul. j. Mel præterea quod hoc indecocto continetur, ad pectoris interna vlcera, Auicenna Fen. 1. 3. tracta. 5. capit. 3. & Galen. 4. meth. cap. 6. maximè commendant: cibi enim, atque medicamenti optimi, vim haber, vehiculumq; præbet, vt medicamentorum transitus velox sit, vnde Auic. loco citato. cap. de pleurisi, noui (inquit) & timorosi nõ confidentes in se ipsis, in hoc timent mel, & ponunt loco eius zuccarum, sed antiqui innuebant, vtendũ esse medicinis fortis mũdificationis, præparatis, cũ melle, hæc ille. Quare nõ immerito, Hipp. lib. de internis affectiõibus, cibi & medicinæ loco, origanũ tenellam cum melle mixtam suppuratis præben-

Duplex naturæ iuuandæ ratio.

Discrimen potiõis exhibendę febre molestante vt minus.

Animaduersio.

Mel, & cibi, & medicamenti vim habet, vehiculumq; est aliorum medicamentorum.

præbendam esse iubet. Verum si æger ingenti tussi excrucietur, pectoralia quædam medicaméta exhiberi oportet, qualia sunt, diapenidium, diacalamentum, diagragantum, atque huiusmodi alia, Syrupi quoque quos largos vocant exhibendi, qui confici possunt ex glycyrrhyza, hyssopo sicca, iuiubis, capillis veneris, passulis enucleatis, nucib⁹ pineis, melle, ac saccaro, atque penidijs. Potus vero communis, sit pluuialis aquæ, glycyrrhyzæ, decoctionis, & hordei excorticati, inter initia, postea vero, semoto, hordeo, mel optimum addes, hordeum enim tūc inconuenit, febre potissimum sublata.

Confectiones variæ ad materiā extenuandam in pectore contentam pellendāq;.

Iuuabit præterea, ægrotum mane, per aliquot dies potare vnci. iij. aquæ ex. v. radicibus, cum confectione earundem radicum diureticarum, ex melle optimo. Proderit similiter, vt materia subtilior fiat, eaq; ad vreteras vias dirigatur, confectio ex dipsaco, id est, cardone fullone, est enim quàm accommoda, vt satis experimento cognoui, cum magna laborantium, ad Dei laudem, vtilitate. Conficitur vero, melle optimo ex vino albo veteri, prout ars docet, vt etiam fit, ex supradictis quinque radicibus, exhibenda est cum aqua instillata, vel ipsius dipsaci, vel diureticarum radicum, quas diximus, quæ quidem confectio ab Auerroe 5. colliget summe laudatur. Superest, ea medicamenta docere, quæ ad internam pectoris cauitatem, syphone immittenda sunt, tum vt saniem emundent, tum etiā, vt ipsam extenuent, atque (vt sæpe dictum est) per vreteras, vel alias naturæ signatas vias, facilius permeare possit. Quod varie perficitur: nam si aliquod febris vestigium adhuc supersit, sequentibus vtendum est. Recip. Hordei integri, rosarum, equinæ caudæ, radicis, dipsaci, corticum, capillorum veneris, ana. P. j. efficiesque decoctum, prout ars expostulat, ex libra. iij. aquæ pluuialis, vsque ad dimidij consumptionem, excolabis, ac superaddes vini albi vnci. iiij. rosacei mellis ex colati vnci. iij. myrrhæ selectæ, in puluerem redactæ vnci. iij. efficies lauacrū, atq; intra pectus syphone tepidum inijcies, toties, quousque, clarum sine aliqua puris commixtione, exeat, eiusdem intenti est, lauacrum ex aqua lactis caprini, cum rosaceo melle.

Lauacra syphone per vlcus inijciēda.

Sed danda opera est, vt vulneris curatio quàm ocyssime absoluatur, ne interiora membra longa mora ab externo aere offendantur, natiuusve calor, spiritusque exhalent. Lauacro igitur immisso vulnere manu medici cooperto, æger ipse hinc inde super vtrunq; latus agitetur, vt interiorem pectoris cauitatem lauacrum commodius attingat, saniemque diluat, postea vero, supra vulnus pronus iaceat, tussiat atq;, & spiritū retineat, vt lauacro iam pus dilutū egredi facilius possit: sed interim animaduertendum est, ne lauacrum statim foras emittatur, sed aliqua contracta mora, quò cum sanie commisceri aptius possit.

Æger curationis tempore agitari ac cōcuti debet vt lauacrū vndiques attingat, tussiat, & supra vuln⁹ iaceat quo pus exeat.

Cæterùm medicamento saniem emundante, atque exsiccante cuius superius meminimus, vti oportet linamentis adaptato: licebit etiam loco linamenti plumbeum specillum cauum, eodem medicamento illitum immittere: quo si quid puris intus supersit, instillari valeat: cuius meminit Hippocrates libro, de internis affectionibus. Sed oportet gossipij, aut lenissimæ & planæ spongiæ paululum applicare: quod progredientem saniem excipiat, atque in se imbibat: sit autem plumbeum specillum ad latera duobus, aut tribus locis perforatum: vt hinc inde adseducere pus possit, quod quanto saniei effluxio minuetur, tanto decurtandum est, vt alia linamenta solent. At cum iam constiterit internam cauitatem à sanie esse emundatam (quod si lauacrum,

clarum

clarum prorsus egrediatur, intelliges) tunc temporis exsiccantia, locaque interiora corroborantia medicamenta admouebis, ea sunto: vini albi veteris, atque optimi libra, iij. rosarum cum capitibus suis, balaustiorum baccarum lauri, ac foliorum eiusdem, granorum & foliorum myrthi, centaureæ, roris marini, ana. P. semis. concoqui debent prout ars postulat, vsque ad semisis consumptionem, posteaque excolari, atque in ea decoctione candentia auri lamina extingui, superaddes rosacei mellis excolati vnci. iiij. litij drachma. iij. mellis centaureæ vnci. j. myrrhæ in puluerem redactæ drachm. iij. granæ selectissimæ in puluerem redactæ drachma. j. commixtis omnibus. Sed maxime cauere oportet, ne interius metallica medicamenta vel ore exhibeantur, vel syphone iniiciantur, vt viride æris, tutiæ, litargirium, cerusa: licet enim exterius innoxius sit eorum vsus, interius tamen, vt venenosa, vitæ discrimen afferunt. vt Galen. 4. metho. capit. 7. affirmat. Sed obijciet quis, nonne vtimur apostolorum (quod vocant) vnguento, cum augetur caro super cerebri membranam, in quo viride æris contineri nemo dubitat: similiter Galen. 4. de compositione medicamentorum secundum locos. Tum etiam quinto Isis vnguento in cerebri membranis, loco periculocissimo vti iubet: in quo non solum viride æris, sed alumen, atque acerrimum acetum continentur. Guido etiam tractatu 4. capit. de vlceribus thoracis, ea vnguento apostolorum mundificari iubet, cur ergo affirmat ipse Guido periturum ægrum, qui his medicamentis curaretur. Sed responsionem colliges ex prædicta Gal. sententia quarto metho. cap. 7. & 3. de temperamentis, nimirum, aliud esse per os medicamenta illa vehementia exhibere, aut syphone in interiora immittere, quod lethale esset: aliud vero (quod Galen. atque Guido admittunt) exterius supradictis vnguentis vti: verum si res secundè cesserit, sanie exsiccata, ægro sine febre. Tunc temporis, & in medicamenti quæ per os sumuntur, atque illis quæ syphone mittuntur licebit (imo oportet) styptica, atque austera, agglutinatoria commiscere, qualia sunt thus, mastiche, acacia, sarcocola, dragagantum, balaustium, cupressi nuces, litium, symphitum, bolus Armenus, hypocistis, cidonium, & his similia. Idem obseruabis in his medicamentis, quæ exterius vulneri applicantur, atque interius: incibis quoque perutile erit, nonnulla etiam austera, quibus vti liceat, commiscere.

Metallica nec ore sumenda, nec syphone iniicienda.

Obiectio.

Responsio.

CAP. X.

De præcauendo errore Chirurgorum quorundam existimantium vulnera pectoris penetrare, cum secus sit. Deque modo procedendi in curatione præter superius dicta.



Dmonendi tamen sumus, ne cum Chirurgicis in anatome parum exercitatis decipiamur, membranam, quæ mediastinũ nuncupatur, cauitatem thoracis, ac pulmonem secundum longitudinem diuidentem, à natura, ob maximas vtilitates, quę inde proueniunt, cum ad anteriorẽ partem peruenit, in duas diuisam esse partes, cauitate inter ipsas aliquantulũ spongiformi manente: quo fit vt existiment chirurgici, quãdo vulnus ea pectoris parte, ad hanc cauitatem tantum protenditur,

Bipartitur medastinũ cum ad partem anteriorem pectoris protenditur.

Aduertitur chirurgorũ error existimantiom penetrasse thoracis vulnus

tur, prorſus ad interiora penetraſſe: eo decepti, quod lauacrum iniectum intro recipiatur: Vnde medicamentis à ratione alieniſsimis abutuntur. Igitur vt errorem hunc caueamus, illa erunt indicia ad internam pectoris partem penetrationis quod anhelitus per vulnus reſpirat, quod odor atq; mundificantis lauacri ſapor ad ipſum vulneratum non ſolum peruenit, verũ etiam interdũ lauacrũ ipſum cũ pure vel ſanguine commixtum per os emittitur. Si vero hæc abſint, non penetrare intellliges: quod & per anatomen conſpicuum mihi fuit: & longo experimento didici: poſteaq; apud Carpum virum inſignem mundini anatomes interpretem inueni, comm. 23. cap. de anatomia panniculorum pectoris. Vbi aſſerit, ſe Florẽtiæ in quadam nobili fœmina fiſtula eodem loco, nempe parte pectoris anteriori laborante vidiſſe, tuncq; etiam medicos fuiſſe deceptos, dum exiſtimarent vlcus penetrare. Quo ſic animaduerſo, curationem proſequamur. Vulnerato igitur ipſo iam febre liberato, ſanieq; exſiccari incipiente tunc ſi res bene cedat, linamenta paulatim minuenda, ac tãdem auferenda ſunt: locuſq; ipſius vlceris excoriandus, cruentanduſq;, vt ipſius oræ facilius coaleſcant, de ſuper vnguentum gummi vernicis, vel aureum Guidonis ſine oleo, imponatur in ambitu vero duplicatus pannus, ſtyptico vino madefactus. Vinum ſic conficies. Aſſumas nigri vini meraciſsimi libra. iij. ex quo vſque ad ſemiſsis conſumptionem, prout ars præcipit, incoquantur flores chamæmeli meliloti, flores lauri, cum baccis, oliuæ folia, marinum ros, cupreſsi nuces, myrthi folia, balaſtium, rois cuiuſq; P. ſemis. alumenis dragm. iij. Thuris, maſtiches, acatiæ, gummi iuniperi, conquaſſatorum, ſingulorum drag. j. quæ omnia in panno ſimul apponantur, fiatq; decoctũ prædicto modo. Curatio vero quanto fieri poſsit ſerius fiat. Sed interim vini potus nigri vulnerato exhibeatur, atque auſtera, vt cotonea aliaq; ſtyptica & agglutinantia cibaria, qualia ſunt capita, & pedes arietum vitulorum, hædorum: Ex quibus tenax, forte, atq; conglutinoſum conficitur alimentum: ac perinde ſanguis: quod ex Galen. 4. metho. cap. 7. colligi poteſt. Summopere tamen animaduertendum eſt, etiam ſi res ſecundè ceſſerit, oportere ægrotum multis diebus manè, veſpereq; prædicta dipſaci confectione, atque quinque diuriticarum radicum aqua vti ſed finge (vt euenire ſæpius aſſolet) contentam interius ſaniem, à natura per vias ſibi deſignatas, expelli non poſſe: imo per vlceris os, per omnem diem ægro præſertim tuſsiente, & prono, manare, vlcuſque in calloſam iam fiſtulam temporis diuturnitate conuerti. Qua ergo tunc curandi ratione vtendum erit? Qua in re arbitror blanda ſeu (quam dicunt) paliatiua curatione vti oportere, nimirum vt morbus licet non aboleatur, (id enim per difficile eſt) ſaltim vt laborantis & dolor & paſsio miteſcat. Quanuis nonnunquam huiuſmodi curatio in propriam, atque integram curationem, præter ſpem couuertatur: Vt teſtatur Guido tractatu. 4. capit. de vlceribus thoracis. Atque ego interdum periculo hiſce oculis contigiſſe vidi: Sed præſertim in euchymis, mundiſque corporibus, ac bona victus ratione vtentibus, nullaque febre vexatis, ſed huiuſmodi fiſtulæ curatio, plumbeo cauo ſpecillo, & in lateribus perforato: vt hinc inde, ſaniem recipere, atque expellere aptius poſsit: intra vulnus admoto perficitur, capite etiam, & reuoluto, & per interualla inciſo: atque lini panno, ne carnem lædat, ſubterpoſito: vt in praxi peculiare eſt. Sed pannus cum attractiuo reſinæ vn-

Diſcrimẽ indicans verã penetrationem vulneris & apparentem.

Quando linamenta minui, & quando auferri prorſus conueniat.

Sarcotica exſiccantia medicamenta.

Vict⁹ ratio, qua agglutinatio vulneris molitur.

Dipſaci cõfectio moltis diebus ſumenda eſt.

Quãdo blãda ſeu paliatiua curatione ſit vtendum, quę interdũ in propriam conuertitur.

guento (cuius supra meminimus) de super immediate applicetur: ea parte, quæ vulneri correspondet, incisus, statimque tenuissima ac leuissima spongia, lenique gossipio vulnus abstergendum est. Raro sed aliquando tamen tepidum aliquod lauacrum intus syphone immitendum est: exhydromele, vel vino & melle, aliquodve decoctum, ex simplicibus superius commemoratis: suggendaque ab vlcere interdum sanies est: vel per instrumentum puris attractiuum, quod Galeno. 5. methodi. capite. 8. ac. 2. ad Glauconem capite. 8. de sinu, pyulcam vocat non dissimile vitreo instrumento, quo præcipuè in valentina ciuitate mulieres ad suggendum mamillarum lac, à partu retentum, communiter vtuntur. Attrahit enim pus omne, suctu duntaxat laborantis: nec in ipsius os, sed in instrumenti ampliorem cauitatem cadit. Sed si instrumentum id fortasse non repereris, syphone ipso prorsus vacuo, vti poteris, vel sicca cucurbitula angusti osculi: sed id raro, ligatis interea atque constrictis cruribus, vt per reuulsionem dolor ab affecta particula deriuetur, & ne humorum fluxio ad eam partem attrahatur: Atrahi etiam pus poterit, si amicus aliquis seu cognatus vulnerati, calamo saniem ipsam suggere secum sustineat, vti fecit tempestate mea immundus quidam chirurgus, qui loto prius acerrimo aceto ore, non parum puris suxit. Quibus modis vti licet, quando pus à pectoris cauitate, alia ratione ad exteriora euocari nequit. Verum enimuero, etiam si hoc diligenter fiat, interdum euenit, fistulam per ætatem omnem, ipsum vulneratum (citra aliud tamen nocumentum) comitari. Sed meo tempore, (Deo auspice) nonnullos (sed raros) curaui, paliatiua co-

Pyulca instrumētum puris attractiuum.

Cucurbitula sicca pus attrahit.

Alius attrahendi puris modus.

Aliquos curauit author quibus pa-

rum curatione in propriam, & perfectam conuersa: quippe paulatim diminuta iam sanie, atque pectore interius emundato, callosam carnem (quæ huiusmodi antiquis fistulis peculiaris est) abscindendo, sanguine inde concitato, veluti vulnus recens, atque cruentum curabam: agglutinante videlicet aliquo medicamento: veluti aureo Guidonis, vel iuniperi gummi, exterius admoto. Postea pannis, & constringente deligatura pectus ligabam: nec per aliquot dies, vulnus detegebam. Adhibita cura, vt æger in lecto decumberet, ciboque conglutinoso, ac potu vini nigri (febre scilicet deficiente) per multum tempus, vteretur, Cibus aptus erunt, arietinæ, hædine, ac vitulinæ extremitates. Nec minus conueniet dipsaci confectio, (de qua superius) per aliquot dies, albo vino sumpta, quam certe ad hunc effectum, æquis laudibus efferre nequeo. Oportet etiam, circa sex res non naturales, laborantem se bene gerere: nam (vt est in communi verbo) non minor est virtus quam quærere, parta tueri.

liatiua versa est in propriam curationem, & quaratione.

CAP. XI.

An in thoracis penetrantibus vulneribus, ad internam vsque cauitatem: pectore ipso pure grauato, contra aperire liceat.

SED quia non leuis momenti est, in thoracis penetrantibus vulneribus, purè intus retento, eoque natura grauata, scire, an

An contra aperire liceat vero don.

re, an contra aperire liceat, (vt nonnulli voluerint) an non. Dubium hoc, ad vtranque partem agitandum, hoc capite proponimus. Et pro negatiua parte, primum argumentum illud est debilibus debilitatem, ac dolentibus dolorem addere, non oportet: sed sæua hæc ac fera apertio. Id ipsum efficiet: Quippe quæ post temporis intercapedinem, iam ipsius laborantis viribus confractis, à chirurgo instituitur, ergo conuenire non potest. Secundum, vbi tumoris, vel inflammationis, vestigium aliquod, quo medicus duci possit, non adest, neutiquam aperire licet: sed costis sua duricie prohibentibus, ad exteriores partes eleuari pus non potest: nec locus intumescere, Igitur apertio inconuenit, Sed contrarium, & ratione, & experientia, atque grauissimorum auctorum doctrina, conuincitur, Experimento, quidem, ego ipse vidi hisce oculis, nonnullos his vulneribus, iam prope mortem, hac contra apertione (fauente Deo) sanitati fuisse restitutos. Ratione etiam conuincitur, nam quibus alia salutis ratio non est, & quæ vnica videtur, ea dubia est: necessum arbitror his est, aduersos periculis ire. Galeno asseuerante. 10. methodi. capite decimo. Cornelius etiam Celsus libro secundo. capite decimo. melius (inquit) est, anceps expriri auxilium, quam nullum: sed nulla alia in hoc casu, euasionis spes superest, ergo extremis morbis extrema, atque exquisita remedia optima sunt, ex Hippocratis sententia. 1. aphorismorum, aphoris. 6. Quocirca, ad hanc pectoris contra apertionem, veluti ad sacram anchoram confugiendum est. Et primum, ex Auicennæ sententia. 10. 3. tractatu. 5. capite. 5. qui sic inquit, Cum autem existimaueris in pleurisi, materiam plurimam, & non mundificatur, in quadraginta diebus, nec in paucioribus, immo facit cadere in phthisim: tunc oportet, tenui cauterio aperire, vt sanies extrahatur, & ab ea pectus mundificetur. Eiusdem quoque sententiæ est Galenus, multis in locis, præsertim libro. 5. methodi. capite. 8. tum etiam libro. 6. aphorismorum. 27. in eius commentario. 7. aphoris. comment. 45. & Hippocrates. libro de internis affectionibus duobus in locis. Purulentis vel suppuratis, hanc reserationem fieri consubunt. Neoterici quoque auctores, vt Guidon. Guillielmus de Saliceto, Niculus Florentinus, ac fere omnes alij, tanquam fœdere inter se omnino percusso, præfatis auctoritatibus suffulti in vulneribus pectoris penetrantibus, retento intus pure: pari ratione. Idem faciendum esse docuerunt, Sed reliquum est, argumentis in contrariam partem adductis, satisfacere. Ad primum igitur, minor negatur: cuius negationis ratio est, quia longe maius iuuamentum ex puris extractione, facta reseratione sequitur, quam sit nocumentum, ex nonnullo dolore, tempore sectionis inducto. Ad secundam vero partem, minoris distinctione, respondetur. Nam aut ipsius laborantis virtus constans est, aut imbecillis, imbeccillis quidem, aut ex puris aggrauatione, & contra aperire conuenit, extracto nanque pure, veluti sarcina qua pręmebatur deposita: natura potius robustior redi[redacted]tur, aut infirmi robur confractum est, ex virtutis resolutione, quo casu, nullo modo competit. Sed si virium robur laborantis adsit, reserationem conuenire conspicuum est virtus enim fortis omnia sustinet, ac tolerat: debilis vero, quibus licet coutristatur, Galeno. 1. method. asseuerante. Ad secundum vero argumentum,

Negatiuæ partis argumenta.

Affirmatiuę partis quam auctor tenet argumenta.

consuluntur

Solutio argumentorũ.

Naturę imbecillitas duplex.

mentum, concessa maiore, minor negatur. Non enim (vt falso in casu supponebatur) costarum durities impedit tumorem a pure intus retento conflatum, sursum eleuari. Illud enim, subueris, ac integris costis, verum esset: Sed cum septum transuersum, non quidem directè, transuersaliter, sed diagonaliter, vel oblique membra spiritualia, à nutritiuis diuidat, & quasi ad secundam vsque costam men dosam, siue spuriam, versus spinalem medullam descendendo, protrahatur, vbi pus in pectotis vastitate contentum retinetur, nullum in hac parte, nempe costarum spuriarum, impedimentum, erit, cum locus carnosus sit, quo tumor sursum eleuari, atque exterius apparere, & aliquam editionem facere possit. Qua exterius aliquatenus prodita non aliter, reseratio fieri debet. Quod non solum recentiores, vt Guilielmus de Saliceto, & alij, qui in arte chirurga claruerunt, sed etiam veridicus Hippocrates. libr. de internis affectionibus, idem faciundum esse censuere.

Septum trā uersum, nō transuersaliter, sed diagonaliter spiritualia mēbra à nutritiuis diuidit.

Reseratio non facienda nisi vbi exterius pus editionē aquam fecerit.

CAP. XII.

Quo differitur quo tempore contra aperire liceat, & quando nullo modo: & vtrum inter quartam, & quintam, vel tertiam, & quartam costam, atque qua parte sectio molienda sit, & de modo enumerandi costas, ad sectionem, ac de instrumento quo reseratio molitur.



QVOD AD REserationem attinet, nec illos sanè laudare chirurgos possum, qui pauco tempore, à vulnere in parte pectoris superiore inflicto: nullo habito discrimine, quia melius (vt aiunt) mundetur, statim antequam omnia alia præsidia. Atque naturæ opus (vt liceret) experiantur: partem pectoris inferiorem, inter quartam & quintam, vel inter tertiam & quartam costam, satis temere aperire properant. Est enim tunc, proprie dolenti dolorem addere, & afflictum affligere, imbecillumque imbecilliorem reddere: exhalatis inde nimirum spiritibus, atque genuino calore, & extraneo aere intus offendente. Nec ex diamentro, reprehendi minus sunt, qui pure intra pectus retento, non expurtitione, non lotio. Nec alia vlla via à natura expulso, vulnerato in dies deterius se habente, etiam si externa aliqua pars tumeat, vel congregatum pus ex indicijs appareat, virtute præsertim valida, contra aperire formidant. Quando quidem, ipse Hippocrates internarum affectionum, lib. superioribus videlicet concurrentibus: in purulentis, vel suppuratis, contra aperire suasit. Idemque ex eadem (imo maiori) ratione, in penetrantibus pectoris vulneribus, vbi pus retinetur, conueniet: Cum in suppuratis, imbecillior multo ob temporis diuturnitatem, virtus sit, quam in vulneratis. Id ipsum, celebres alios authores Hippocratis vestigia sequutos, præcepisse legimus. Verum, si tumoris vehiculum aliquod exterius non appareat, virtusque ægri confracta sit, contra aperire non consulo. Ad secundum, nempe an inter quartam & quintam, vel tertiam & quartam costam

Nullo modo statim vulnere accepto, contra aperire licet.

Reprehensio eorū qui apparentibus symptomatis, interioris puris, reseratione differunt.

Virtute imbecilli nulloq; tumore exterius apparente, contra aperire non licet.

ſtam, aperiendum ſit, inter aliquos authores, diſsidium reperitur. Ego vero Hippocratis doctrinam ſequutus, anatomicisque adminiſtrationibus ductus, inter tertiam & quartam coſtam ſpuriam, proſpero interdum ſucceſſu. Contra aperire conſueui. Prius tamen periculum quod imminet, prædicebam. Hãc tamen coſtarum connumerationem à parti inferiori facias, ab ſpurijs videlicet coſtis, vt Hippocrati internarum affectionum, ſæpe citato libro. Atque alijs ex neotericis, placet. Nam à parte ſuperiore connumerare coſtas, abſurdum eſſet, quippe cum, ad pus retentum nullo modo daretur aditus, nec ipſius exitus, niſi inuerſo corpore: quod quam ridiculum ſit, nemo eſt qui neſciat, Ex huiuſmodi tamen apertione, haud in modica dubitandi ratio inſurgit, ſi enim in anteriori pectoris parte vulnus contingat, (cum pectus duodecim coſtis vtrinque conſtet: ſeptem quidem veris, atque integris, quinque vero ſpurijs, non integris, ſed diminutis: ob maximas, & notas commoditates à natura ad inuentas. Eaſque coſtas, veras à non veris, pariterque ſpiritualia membra à nutritiuis, ſeptum tranſuerſum diuidat inciſione facta, inter tertiam & quartam coſtas ſpurias, quarta, atque quinta, ſimulque ſepto ipſo tranſuerſo. Verſus ſuperiorem partem ratione inciſionis, omiſsis.) videtur, inciſionem fruſtra eo in loco fieri. Cum pus ipſum, cum ipſo ſepto tranſuerſo, in quo continetur, in ſuperiori parte neceſſario relinqui deberet. Niſi inter quintam & ſextam, vltimam quidem ex ſpurijs, connumeratione à parte inferiori (vt oportet) facta, & primam exueris, ſecares. Sed ad obiectionem reſpondeas ſic procedere, ſi in pectoris anteriore parte, ſectio moliretur.

Diſſentio auctorũ de loco reſeratio nis, atq; authoris opinio.


Obiectio.

Reſpõſio ad obiectiões.

Sed non quidem in anteriore, ſed in poſteriore, neceſſario fieri debet. Nam ſeptum tranſuerſum (vt obiter etiam ſuperius adnotaui) non quidem directè, ſed diagonaliter ſiue oblique ſpiritualia membra, à nutritiuis, veras coſtas, ab ſpurijs diuidit, nempe deſcendendo, quaſi vſque ad ſecundam coſtam ſpuriam, verſus ſpinalem medullam, vt anatome oſtendit. Quare, ſiue vulnus in anteriore pectoris parte, ſiue poſteriore: contingat, reſeratio ſemper facienda eſt in lateris vulneris poſteriori parte, licet Hippocrati. libro. 2. de morbis. Placeat, in parte læua reſerationem eſſe faciendam ſed hoc inſupuratis forte, ex eo, quòd ibi cor, à retento pure, magis offenderetur, aut quia dextera pars, calidior cum ſit, inflammationem magis accerſit. Neſcio tamen, qua id ratione defendi poſsit, nam ſi in dextera parte pus prolapſum, continent reſeratione in parte læua pectoris facta, quo pacto mediaſtino prohibente pectuſque ſecundum longitudinem diuidente, expurgari poſſet? niſi fingeres, corruptum iam eſſe mediaſtinum, ſed hoc (ſaluo homine,) quomodo contingeret? Sed forſan hoc dixit Hippocrates. velut quoddam præſagium, quaſi diceret, periculoſiorem eſſe in dextera parte reſerationem ex ſupra dicta ratione. Cæterùm, oportet ab ipſa ſpinali medulla per tres, quatuorue digitos, in ſectione diſcedere, ac per tranſuerſum, Secundum coſtarum longitudinem aperire, ſic enim, muſculorum fibræ ea parte incedunt, Sed offert ſeſe locus Hippocratis, libro. de internis affectionibus, vbi circa ſectionem, parum ſibi conſtans videtur, modo enim ſecari prius iubet, vſque ad coſtam, modo ſecari, ac ſimul vri, modo cum caua terebra coſtam perforari,

Hippocra-tis locus declaratus.

rarit. Hoc tamen ego sic conciliarem, vt si facta carnis sectione, vel vstione, inter costas, pus ob eius crassiciem, egredi nō possit, tunc costa parum terebranda sit, sin minus. Ego tamen, Hippocratis sententiam, atque Galen. 6. lib. aphorismor. 27. nec non Cornelij Celsi libro. 3. capit. 22. & Auice. Fen. 10. 3. tracta. 5. capit. 5. sequutus, subtili candenti ferramento (cuius hæc est effigies) aperire consueui.



Extenuanda sanies est lauacro per syphonē iniecto.

QVOD si sanies crassior sit, lauacro per syphonem iniecto, subtiliorem, quò egredi facilius possit, reddes. Vnde opus non est, in huiusmodi penetrantibus vlceribus costæ terebratione.

CAP. XIII.

De methodo, obseruanda in reseratione, tam vulneris in parte posteriori quam anteriori pectoris inflicti, ac de varijs instrumentis ad abluendam pectoris cauitatem, extra hedumq; pus, idoneis.



LICET SVPERius dixerim, ad reserationem, ignitum cauterium mihi esse in vsu, suadeo tamen chirurgis. Parum in opere exercitatis, præsertim tumore exterius vix apparente, vt rasorio potius, vel scalpello sensim locum aperiant, vt interdum etiam feci, ac nonnulli iubent: sed inuoluto panno rasorio. Vel scalpello: cuspide tantum detecta. Verum si tumor aliquatenus exterius emineat, reseratio candenti tenui ferramento commodius multo fiet. Non solum enim locum aperit: sed profluuium sanguinis cohibet, locumque roborat, materias exsiccat, Sed cur obsecro Galen. supra citato loco, super. 6. libro. aphorismorum. 27. in suppuratis vstione, in hydropicis vero, punctione, aut sectione vti iubet? An quia in hydrope, si actuali cauterio reseratio fieret: crustra, aut scara. Necessario relicta, eaque postea semota, consequenterque ore vulneris extenso: tota hydropici aqua irruens, simul extra flueret, ob maximamque, ac subitam euacuationem, æger periret. Quæ interpretatio nostra, maximam habere videtur rationem, cui forsan concinit auctor ipse Guido, vniuersali capite sui operis, qui secandi hydropicos modum docens, abdominis cutem, quantum fieri possit versus superiorem partem, contrahi, ac eleuari, dein de ferro pungere, vsque ad aquæ cauitatem iubet, aquamque per calamum, prout vires, virtusque ægri patiantur, extrahi: cutumque postea ipsius abdominis dimitti, in propriamque sedem collocari, vt

Quo instrumento fieri debeat reseratio.

Authoris sententia.


Dubitādi ratio atq; ipsi⁹ responsio.

ri, vt eius parte sana peritanei os cooperiat: ne aquæ nimia, præter medici votum, egrediatur. At in suppuratis, id periculum minime contigit. Cum inter costas ad apertio fiat, quarũ duricies. Atq; cohærentia vna cum ipso linamento immodicum puris exitum (si quando euenisset) coercerent. Sed non abs re erit, subdubium illum aphorismum Hippocratis. 45. sectionis. 7. interpretari, inquit enim quicunque vruntur aut secantur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt. Si vero subcruentum, & fœtidum, pereunt: nam id perpetuo verũ non est. Nanque in vulneratis, subcruentum pus, & aliquatenus fœtidum egredi potest, ægro interdum saluo, modo reseratio non serius multo fiat: sed eo tempore quo nondum prolapsus sanguis, ex vulnere iam diu retentus, in putredinem prorsus conuersus sit. Quare ego interpretor Hippocratis. sententiam, in suppuratis (de quibus ea in parte est sermo) potius quam in vulneratis, procedere. Sed iam vnde digresi sumus sermonem conuertamus. Vt igitur melius contra apertio fieri posit, plumbeum instrumentum huic operi accommodum, circino omnino adsimile ex meo (quod aiunt) marte iam dudum ad inueni, cuius hæc est imago.

Hippo. subdubius locus explicatur.

ta simul sanies.

Instrumenti effigies quo reseratio paratur, atque modus reserandi.



CVIVS adaptandi, aperindiq; methodus illa est, immisso per vlcus ipso plũbeo instrumẽto leni, hebete, longo aut breui, prout aperiendus locus, ab ipso vlcere distabit: & hoc sensim, donec septum transuersum tantis per tangatur: tunc atramento eam partem signabis. Vbi circini instrumenti cuspidem pertigisse, exterius editione aliqua facta, apparuerit, vel ad summum, per transuersi digiti spatium, supra locum, quẽ subtiliter, vel tenui candenti ferramento, vel alio instrumento (si expediat vt diximus) ad internam vsque cauitatem mediocriter secabis. At si pus forsan abundauerit, non simul, sed paulatim extrahetur, ne spiritus, genuinusque calor exhalent, ægerque animi deliquium, ac forte mortem incidat, vt periculo iam euenisse vidimus. Atq; ita Hippocrates. 6. libr. aphorismor. 27. & Galenus in eius commentario posteris faciendum esse literis mandarunt. Verum si vlcus anteriorem pectoris partem occupauerit. Cum reseratio in posteriore eiusdem pectoris parte molienda sit, (vt iam superius ex anatomica experientia probauimus) tunc temporis plumbeum illud instrumentum parum (imo nihil prorsus) prodesset. Inuestigandum ergo est qua nam methodo sectio fieri debeat. Qua in re scire oportet, cum affectus locus tumet, dolo- resq;

Non extrahenda est to

Signa acmẽ thodus dignoscẽdi pu

resq; magni ac pondus maximè infirmo supra latus oppositum subcumbente, infestant, coaceruati puris ibidem signa esse. Quæ si adsint, modo iam dicto seçare opus est: sin minus, vt contentum pus agnoscas, infirmum humeris adprehensum concutito, atque vbi sonitum audieris, secabis: quod docet Hippocrates in purulentis, at in vulneratis lauacrum intus solitus ego sum per vulnus immittere, quo sonitus melius percipiatur, quod in suppuratis minimè fieri potest: cum exteriore vlcere careant. Sed ante apertionem abluendus locus est multa aqua calida, tum vt apertioni locus aptior reddatur: tum etiam vt pus extenuetur, quò facilius per apertum locum effluat. Adde, aliud esse experimentum, aut indicium contenti puris: nam si vinculo linimento rubeo intincto, ægrotantis pectus alligaueris, qua in parte linimentum illud citius desiccatum conspexeris, ibidem pus esse iudicabis: quod docet Hippocrates libr. De internis affectionibus. At vero ego consulo nullo modo apertionem hanc fieri, nisi vbi tumor externam aliquam editionem fecerit, atque ipsius laborantis virtus tulerit: ex Hippocrate eodem, De internis affectionibus libr. simulque mortis periculum præsagire oportet, nam reseratio huiusmodi interdum prospero interdum aduerso successu à me facta est. Aperto igitur loco mediocriter (vt diximus) linamentum vaccineo butyro liquefacto illitum nouo vulneri admoueatur, veteri absque linamentum dimisso: vt aptius agglutinetur, ne orificijs duobus magis natura offendatur: admisso nimirum extraneo aere, natiuoque calore, spiritibusque exhalatis: sed si forsan antiquius vulnus callosam cicatricem circum circa iam contraxerit, scalpello dirumpere opus est: vt cruentato vlcere, eius oræ aptius coalescant. Deinde in vulneris ambitu, oui candidum rosaceo, atque lumbricorum oleo agitatum, cum stupis impones: verum si forsan contra apertio sera moliatur, pusque fœtidum egredi conspexeris: tunc vaccineum butyrum non intromittes, ne putredinem putrefactioni addas: sed medicamentum digestiuum inscriptum, ex terebinthina, oui vitello, puluereque crocei aliquo commixto admouebis. Deinde post duos tresve elapsos dies, emundantibus medicamentis, atque exsiccantibus (de quibus superius sermo fuit) recens illud vulnus curabis, atque antiquum) linamento prorsus statim semoto) obturandum est, ex citato prius sanguine: conglutinosoque aliquo (ex supradictis) medicamento admoto, ac deinceps, omnem curam ad nouum illud vulnus reseratione factum conuertes, cui lauacrum aliquod (ex suprascriptis) accommodatius, per syphonem intromittes: ac sensim locum interiorem mũdabis, exsiccabis, ac tandem vulnus conglutinabis. Non solum (vt antea admonuimus) medicamentis exterius admotis, sed ore exhibitis, quorum iam memini. Sed quia per syphonem aer semper simul cum ipsa lotione, intra pectus immittitur, cogitaui, quo pacto id malum præcauerem: ac tandem duo alia instrumenta excogitaui, quibus sine hoc incommodo lauacrum satis accommodè inijceretur. Primum plumbeum est, cuius os instar infundibuli est: quod sequitur vero angustum, ac longum: versus cuspidem etiam hinc inde perforatum, vt lauacrum ad vtranque pectoris partem infundi melius posit. Hoc igitur instrumento, intra vlcus admoto, immissum lauacrũ sensim per ipsum ad pectoris cauitatem traijcitur, cuius hæc est forma.


Alius mod° cognoscendi puris.

Præsagire oportet infirmi mortẽ ante reserationem.

Vulnus antiquum claudendum facta reseratione.

In sera contra apertione butyro baccineo nõ est vtendũ.


Secun-




Secundum instrumentum.

SEcundum instrumentum constat ex suilla vesica, intra bursam tenuissimi corij intromissa, atque ligata, cum eburneo ore. Lauacrum in ea intromittitur tepidũ per argenti infundibulum, cum calamo, vel argenteo vel eburneo affixo: tunc lauacrum illud intra thoracis cauitatem manu exprimitur. At (si forsan) lauacrum vel pus intus retineat, vt foras prodeat, quidam cucurbitulam vlceri affigunt: quidam verò labiorum suctu: alij autem piulca educunt: cuius meminit Gal. 5. meth. cap. 8.

Totius simul instrumenti ecce figura.



Infundibuli figura.



IMmisso, igitur per aliquod (ex supradictis) instrumentum decocto, tunc æger tussire, spiritumque ore, & naribus clausis, continere, atque hinc inde volui

AEger hinc inde volui debet vt p^s expellatur.

debet. Postea super vulnus decumbere, vt pus omne lotione iam dilutũ, & commixtum simul foras mittatur. Sed in hãc nostram sententiã forsan quispiam obijciet:perperam nos huiusmodi tussim atque commotionem præcipere: cum Nicolus Florentinus sermone. 7. capit. De vulneribus thoracis penetrantibus (vbi Galenum etiam lib. 5. metho. cap. 8. in testem affert) contendat, huiusmodi vulneratos, à tussi, à motu, atque agitatione summopere cauere oportere, ac sub silentio esse. Sed errat in hoc vir ille alioqui doctissimus: omnes enim & veteres, & recentiores, in Apollinea arte clarissimi, contrarium docuere, ipsaque experientia docet. Nam si quies, tranquillitasque illa obseruaretur, in pectoris cauitate cõtenta sanies, nullo modo foras prodire posset. Et ad Galeni authoritatem ab ipso Nicolo perperam adductam, dicendum, ipsum eo in loco, non de vulneribus pectoris penetrantibus: sed de alicuius principis venæ interioris disruptione, casu, vel valida vociferatione facta, agere, vbi tussis, anhelitus retentio, ingẽs motus, atque loquacitas, diruptæ venæ osculum per rumperent, vt ex Galeni serie manifestè constat. At in sanguine, vel purè, ex vulnere intra pectoris cauitatem coaceruatis. Longè aliter euenit. Nam necessario æger (vt diximus) lauacro iniecto, tussire, atque spiritum retinere, corpus hinc inde agitare, atq; in omni motu versari debet, atque etiam inflare, vt vitiosa quæque humiditas in pectore clausa melius expellatur. Vnde non abs re erit, monstruosum hic casum (difficilem quidem creditu) narrare. Nam iuuenis quidam Martini Muniosi oppidi incola, in posteriori pectoris parte vulneratus, magno atque alto vulnere. Ex quo tamẽ in vndecimum vsque diem nil sanguinis, nec puris, expuitione, nec vlla alia via effluxerat: me ex ciuitate Abulẽsi (vbi tũc degebam) accersiuit, vt opem ei afferrẽ: & cum multa, quo sanies emitterẽt, frustra experirer, iussi ipsum cornu, seu buccinã, quanta posset vi, insufflare, & ecce coram multis, qui huiusmodi inuentiouem prius irridebant, multa puris latentis intus quantitas egreditur: paulatimq; pectus a sanie mũdatum, atque post tempus ægrum pristinæ sanitati (præter omnium atque etiam meam spem) ad Dei gloriam, Deiparisque virginis, restitutũ videres. Sed vt huic tractatui finem iam imponamus, illud admonẽdi sumus, post pectus à sanie emundatum, exsiccatibus, atque agglutinantibus interius & extra (prout latius dictum est) vti conuenire. Paulatimque linamentum seu tentã minuere, a lotioneque ipsa cessare: posteaq; prorsus) linamentum auferre: tunc nimirum qñ lauacrum ipsum immissum omnino liquidum & clarum egrediatur: manifestum scilicet mundati pectoris indicium. Deinde per aliquod temporis spatium æger emplastrũ aliquod ex his quæ locum corroborandi vim habent, supra vulnus, partesque circunstantes gestabit: quale esset cæroneum, vel centaureum, aut vtrunque mixtum: addito granæ selectissimæ puluere, momentoque moschi, & ambari grisij. Et sic finitur lib. hic tertius, ad laudem oĩpotentis Dei, eiusq; beatissimæ matris virginis Mariæ: quorum auxilio nostros hos labores Reip. vsui futuros speramus.

Obiectio.

Solutio obiectionis. Et Nicoli Florentini reprehensio.

Galeni mẽs exponitur.

Casus admodum difficilis.

Finis Libri Tertij.

ANDREAE ALCAZARIS Medici, ac Chirurgi.

Liber Quartus, De vulneribus ventris inferioris, regionis abdominis.

CAPVT PRIMVM.


VM IN SVPErioribus libris, devulnerib⁹ superioris: atque medij vētris, nēpe capitis, & thoracis, egerimus. Nunc de ventris inferioris regionis, abdominis, vulneribus, differamus nempe à septo transuerso, ad reliquas vsque alui partes. Membrorum igitur totius inferioris ventris, alia continētia, alia vero contenta sunt. Continentia à parte anteriori, abdomem, ex cute, pinguedine, panniculoque carnoso, ac musculis constans, atque peritoneum, membrana nimirum neruea, fortis. Omentū & intestina amplectens, quam ex duplici tenuissima membrana, constare, Galenus sexto metho. cap. 4. asseuerauit, quanuis (vt inquit) plerique ex anatomicis geminas esse, minimè norunt. Cum ita cohæreant, vt labor sit eas separasse & summa p̄terea sint tenuitate præditæ, à posteriori vero parte, sunt vertebræ renū, quinque, & caro ipsis supposita. Contētæ partes sunt, omentum, ventriculus, intestina, hæpar, fel, splen, mesenterium, renes, & vesica, cū matrice, licet hæc inter partes ab is chijs procedentes, rectius connumerari possent. De his igitur inferioris ventris vulneribus, differendum nobis est, sed de causis, signis, & prognosticis prius tractemus.

Ventris inferioris quædam continentes partes, quędam contentæ.

CAP. II.

De causis Vulnerum ventris inferioris.


Vlnerum vētris causæ, quæ aliorum omnium sunt, quæcunque videlicet, scindunt, pungunt, dirumpunt, continuumque soluere apta, vt ensis, gladius, pugio sica, hasta, sagitta & si quod aliud telum est.

CAP. III.

De Signis.


Igna horum vulnerū exteriorū, vt aliorū oīm, visu, tactuq; intelligunt, sed an interiora pertigerint, necne, nō nisi alijs indicijs percipies, voco aūt nō penetrās vulnus, qđ ad peritoneū vsq; pertrāsit: penetrās, qn̄ eo disrupto, Omētū, vel solū, vel cū intestino aliquo, foras emittit. Nō penetrasse vulnus, in misso digito, vel cærea candela, vel q̄ omentū neq; exciderit, neq; appareat, intelliges. In quo tn̄, præcauēdus est, chirurgorū vulgariū in hmōi explorādis vulneribus, error: q abdn̄e dūtaxat vulnerato, louge diuagatū esse vulnus existimāt: eo decepti, quod digito, aut specillo, abdomem non difficilè à peritoneo separatur. Vnde linamentum per longum immittūt, quo dolor magnus insurgit, inde fluxio, inde inflammatio, ac sæpè vulnerati

Signa vulneris non penetrantis.

Error quorundam chirurgorum.

nerati mors contingit. Qui si animaduerterent, ab domem ipsum peritoneo non continuum, sed contiguum esse, ac sine magna difficultate separabile, non ita decipientur. Quare consulo, leuiter ac sine vi vlla, huiusmodi vulnera siue digito, siue specillo, explorari. Penetrantis vero vulneris indicia sumpto, omenti, vel intestini. Alichius exitus, sed quia præter penetrationem ipsam, interdum etiam interiora membra læduntur, igitur de læsionis ipsorũ signis agamus. Prius igitur vulnerati ventriculi hæc sunt signa, vt auctores, ac ipsa experientia docet, biliosus vomitus cum sanguine interdum, atque ipso cibo commixtus, interdumque puri sanguinis interdum vero solius cibi per vulnus emisio, vt rupto intestino, egestio egreditur. Appetitus prostratio, singultus, extremorum frigiditas, syncopa, Pulsus imbecillus, Dolor præterea ad claiuculam vsque protenditur augescitque, cum acida, atque mordicantia sauciatus edit, vulnere potissimum in ventriculi ore inflicto. Est enim ea pars neruosa, summaque sensibilitate prædita, quo fit, vt sæpius deliquium animi ea læsa prouocet: vt de fatigato corde contigit. Qua ratione, antiquiores ventriculi os, cardiam, id est alterum cor, nuncupauere.

Signa vulneris penetrantis.

Hepatis verò percussi notæ illæ sunt, percussio sub destro hypochondrio, rubri sanguinis profusio, dolores, punctiones, ad iugulum vsque conscendentes, biliosus interdum vomitus, præcordia: spinam versus contrahuntur, cibi fastidium, indigestio. Signa vero fellis percussæ, Bilis per vulnus profluuium, vt Razes. 14. continentis testatur, atque ipsa experientia docet, quemadmodum vesicam incisam, lotij exitus in sequitur. Spleneni-ctum indicant, percussio in sinistro hypochondrio, crassus, niger, exiguusque profluens sanguis, præcordia ex eadem parte, indurescunt. Vulneris renum signa, lotij, vel difficultas, vel omnino nulla emissio & si quid emittitur, subcruentum, vel prorsus sanguineum. Vulneratorum vero, quorundam intestinorum ieiuni, ac portanarij (sic enim denominantur) indicia communia sunt, cum his quæ vulneratum ventriculum sequũtur. Nempe, per vulnus cibi, ac potus exitus, biliosus vomitus. Reliqua vulnerata esse intestina ostendũt, vel stercus prodiens, vel eius foetor, seu graueolentia, vel vtrunque, cum flatu aliquo.

Hepatis percussi notæ.

Fellis percussæ signa.

Splenis icti signa.

Renum vulneris signa.

Intestinorũ ieiunij, ac portanarij percussorum signa.

Intestinorũ vulneratorum notæ.

CAP. IIII.

De Præsagijs.



VT à vulnerati ventriculi præsagijs exordiamur, scire, oportet, vt ex illustriũ auctorũ monumentis præsertim Galeni. 6. method. 4. capite. constat, ipsaque docet experientia, in ipsius ventriculi ore inflicta vulnera, exitialia esse, ex eo quidem, quod locus neruosus sit, consolidationi ineptus: sensibilis nimis. Accedit, quod exhibita per os medicamenta, non nisi cursim vulnus attingunt, neque ibidem morari possunt. Contrario euenit, in vulnerata ventriculi inferiore parte, quæ cum carnosa agglutinationique apta sit, & in qua medicamenta ore sumpta detinentur, medicabilis atque sanabilis sæpè redditur: vt Galenus citato superius loco apertè demonstrat, quanuis cibi, potusque humor sæpè agglutinari huiusmodi non sinat vulnera. Vnde non parui à me æstimatum est, dum nautam quendam curarem, in carnosa hac parte vulneratum, cibo etiam per vulnus egrediente, ad

Exitialia sunt vulnera, in ore vẽtriculi, sed cõtra in parte inferiore carnosa.

Casus notãdi.

te, ad Dei gloriam, sanitati fuisse restitutum, vidi præterea alium, ex magna ventriculi inflammatione, iam dudum suppurata, suaque sponte dirupta, per vlcus paulatim, cibum semper emittentem, multum tamen tempus vixisse. Hepatis vero vulnera, siue magna, siue in parte eius caua sint, nisi in summa tantũ superficie, lethalia sunt, ob præcipuas nimirum venas, quorum origo, ipsum est hepar. Accedit, esse naturalis virtutis sedem, quæ vniuersum corpus gubernat.

Hepatis vulnera in parte interna lethalia.

Splenis vulnera non adeo exitialia, cum eius functio, ac officium, non tam vitæ sit necessarium. Vulnera renum periculo non vacant. Nam cum vulneratione, reddantur imbecilliores, aquaticum humorem, neque à iecinore separare, neq; trahere valent. Vnde, & hepar, & ipse sanguis offenditur.

Splenis vulnera non adeo semper lethalia.

Renum vulnera periculosa.

Cæterùm, intestinorum gracilium vulnera, quæ ordine, in superiore ventris parte sunt, insanabilia prorsus, ac lethalia iudicantur: vt ex Hippocrate Apho. 6. 18. & Galeno, in eius commentario, & 6. meth. ca. 4. constat. Tum quòd tenuia valde, tumq; exanguia sunt. Idque potissimum in ieiuno intestino euenit, vt Galenus citato loco affirmat, ex eo, quod eius tunica neruosa, præ tenuis est, nec non, quod totam, puriorem bilem, ad se trahit: viciniorem que hepati locum obtinet.

Tenuiorum intestinorũ vulnera lethalia sunt.

At vulnera, quæ crassis intestinis infliguntur, sanabilia sunt, vt Galenus, citato loco aperte censet. Quod præter anatomem: ipsum longam, seu rectum intestinum, carnosum, etiam manifestat. Nam licet sæpe foras prolabatur, ac vlcerosa corrosione infestetur, sæpe numero tamen, pristino loco, atque etiam sanitati: restituitur, vt periculo in comperto est. Idemque cõspicitur, cum sectio in extrema eius parte molitur: quãdo in sedis penetrante fistula, vtrunque, & sedis, & fistulæ orificium, falce vnitur, vt authores docent. Fit enim hoc securè, nanq; sunt huiusmodi intestina, crassissima atque carnosa, consequenterque, agglutinationi, quam maximè accommoda.

Intestinorũ crassorũ vulnera sæpè sanabilia.

Circa quod, ego mea tempestate, monstruosos casus interdum vidi, quorum aliquos narrabo, quidam ex intestinali hernia, inguinis sectione, deligatione, & testiculi cum sua membrana (vt fieri solet) extractione, curatus fuerat, ob laxam tamen funiculi deligaturam, ante completam agglutinationem, vulnus diruptum fuit, & per vomicam, per totam vitam, stercus semper emittebat. Non dissimilem casum narrat Albucasis, libro secundo. capite octauo. de quodam, qui hasta fuit vulneratus, vidi præterea alium, cui lapis incisione fuit extractus, qui per fistulam manentem, excrementa emittebat. Et Salmanticæ, dum hæc scriberentur, hisce oculis vidi hominem, cui ob feram apertionem, inflammatum scrotum corruptum, putrefactumque fuit: & tandem cum aperirem, ecce pus, pariterque lotium, cum egestione prodiere.

Casus satis admirandi.

De visicæ vulneratæ præsagio, nunc dicendum, & prius Hippocratis in hoc, Aphorism. sexto. Aphorism. 18. & Galeni, in eius commentario placita afferam. Deinde quod me experientia docuit. Vesicæ quidem corpus, cum duplici, neruosa, tenui, exangui, atque consolidationi inepta membrana constet, fit, vt corporis ipsius vulnera, mortalia ab Hippocrate, & Galeno, citatis in locis iure optimo censeantur, verum secus in vesicæ vulnerato collo contingit. Est enim sanguineum, carnosum, corpulentum, ad agglutinationem aptum: vnde vulnus ea in parte, facilè sanatur: vt quotidie in extracto à vesica sectione calculo, videmus: & affirmat Galenus, in dicto commentario, & mea tempestate, dum ciuile bellũ contra

Vesicæ vulnus lethalias Hippo. censetur.

Vulnus colli vesicæ, agglutinatur.

tra

Iragons lo trahe en ty relaraciones, p. 845.


tra Carolum Quintum, imperatorem inuictissimum, apud Toletum arderet, curaui commilitonem, prope ischiam, sæuissimè, ense vulneratũ, cui, per quindecim dies, lotium, per vulnus exiuit (res incredibilis) & Dei nutu, præter omnium spem, sanatus est. Similem casum depingit Gal. libr. 1. de locis affectis. capit. 1. Et ad ipsius auctoritatem citato Apho. dicendum, eum intellexisse, non leue, sed magnum, altumque vuluus, ipsam vesicam dissecãs, aut disrupens, esse lethale, quod verba illa aphorismi, scilicet, discissa vesica, ostendunt. Atque ita innuit Galenus ibidem. Vel dicas, in illo admirando casu, vulnus vesicæ collo propinquius, quam ipsius corpori, fuisse: vnde agglutinari non fuit impossibile. Vel denique dicas, cum Auerr. 7. colliget, interdum euenire monstruum in morbis, quemadmodum in ipsa natura. Vidi etiã Salmantinum scholarem, per sedem, vrinam prorsus excernẽtem, quod malum, ex sedis iam dudum suppurata inflãmatione, valdeque sero aperta ei contigit. Circa muliebris vteri præsagia, Auenzo. libr. 2. tracta. 5. antiquorum authoritate ductus, censet: etiam si totus muliebris vterus prorsus excisus, aut amputatus sit: nullum tamen vitæ periculum, mulierem subituram, cum nullo alio vsui muliebris vterus sit, quam ad venerem, & conceptum appetendum. Et vt præciso virili membro homo viuit, sic mulier vtero. Describit etiam ipse Auenzo. ibidem. qua ratione prolapsus vterus curetur, sub positis nimirum mulieri, filo alligatis muribus, quod ego in Abulensi muliere, expertus sum, quæ per biennium, vterum à propria sede tractum, forisque pendentem habebat, vsque adeo, vt vlcerosa excoriatione, iam coxe afficeretur. Iussi enim, vt sub cruribus alligati mures subito mitterẽtur, quo facto, cum mulieri metus vehemens incuteretur, ecce, repente, vterus impropriam sedem reductus est, mirabile visu, vidimus præterea postmodum, mulierem, cui per longum tempus foras pependit exulceratus vterus, citra tamen mortis periculum.

Casus satis aduertendus.

Cuius stupendus.

CAP. V.

De curatione vulnerum ventris.



IN curatione quidem ventris vulnerum, animaduertere oportet, quædam in continẽtibus partibus contingere, quædam vero ad contenta vsque mẽbra penetrare. Quædam etiam ipsa interiora lædere, ac percutere. Quorum distinctio, signis, indicijs, atque symptomatis, quæ in superiori capite continentur fit. Igitur à non penetranti, vt à simpliciore, incipiamus. Et quidem curatio non penetrantis vulneris, ab ea, quæ in carnoso vulnere molitur, non dissidet. Consuendum enim est, & enæmis, seu agglutinantibus medicamentis curandum, facta reuulsione, vel per artium frictionem, vel vinculi constrictionem, vel denique ex talo, sanguinis missionem. Obseruatis etiam bona victus ratione, ægrotantis temperatura, ætate, regione, virtute, atque consuetudine, vt capite. 6. præcedentis libri admonuimus, & ipse Galenus passim monet. Quibus vero medicamentis vtendum sit, ibidem latissimè scripsimus. Sutura communis satis in his vulneribus sufficiet. Sed deligaturam ad humeros, ad cruraque vel solam, vel fasciolis quibusdam consutis (ne inconstans sit) adstringi oportebit. Verum, si huiusmodi vulnera contusa sint, suppuranda

prius

prius quã agglutinatorijs, aut sarcoticis vtaris. Iuxta Hippocratis vulgarem traditionem, tum de vlceribus, tum de vulneribus capitis. lib. atque Galeni, ipsum sectantis. quarti method. capite quinto. Auicennæ. Fen. 4. quarti. tractatu. 3. capite secundo. vniuersali, de vlneribus, asseuerantium, contusam carnem, prius suppurari, vt minus flecgmone corripiatur, postea de siccari.

CAP. VI.

De curandis Vulneribus totius ventris inferioris, quando ad interiora membra penetrant.

IN curandis penetrantibus ad interiora ventris inferioris vulneribus, illud prę mittendum duxi. Nullum apud auctores disidiũ reperiri, quemadmodum in curatione vulnerum ventris superioris. Nempe capitis, atque ventris medij, scilicet, pectoris reperitur. In capite enim cum fractura cranij penetranti vulnerato: auctores dubitant an perforatione & linamentis vulnus curandum sit an non: in pectoris vulnere vero penetranti vulnerum: an claudendum sutura, vel agglutinantibus medicamentis sit, an linamentis apertum retinendum, at vero in hoc inferiori ventre omnes conueniunt.

Ventris vulnera penetrãtia absq; linamentis initio curãda.

VT vulnera pectoris consuantur, atque enæmis siue agglutinantibus, sine linamentis curantur, hoc docet Auice. 4. quarti. tract. 1. c. 7. probatque Cauliacus auctor, efficacissimis rationibus, conuinciturque vulgatissima illa regula, scilicet, si quod magis videtur inesse, &c. Nã si in vulnerato pectore, natura ipsa, quanuis putrefacto intus sanguine aggrauata, per lotium, aut secessum, aut etiam apostima ad inguina, sæpe saniem expellere valet, vt Hippocrates de internis affect. lib. Gal. lib. 6. de locis affectis. cap. 4. duobus in locis. & Auic. 4. quarti. tract. 2. cap. de casu, & offensiõe testantur: & ipsa experientia demonstrat. Quanto fortius, materiam intra ventriculum, vel intestina contentam, per excrementorum, aut vrinæ meatus, loca quidem aptissima, ipsa natura nullo impedita, expellet. Verũ, licet huiusmodi vulnera sutura, aut agglutinatorijs curẽtur, non tamen vsum linamẽti, perpetuo chirurgicis interdico. Nam si tumor aliquando vel à sanie, vel à concreto interius sanguine, in aliqua vulneris parte insurgat, qui per vulnus expurgari nequeat, tunc apertione paruula decliuiori loco facta, linamentum, breue immittendum est. Cæterùm, circa quatuor potissimum versatur, tota curandi huiusmodi vulnera ratio, ex Gale. 6. metho. cap. 4. primum, in intestinorum restitutione, si qua pro lapsa sunt, consistit, cui addito, omenti demissi, aut solius, aut cum intestino, in suam sedem repositionem. Secundum, in loco suendo, Tertiũ, in medicamentis applicandis, Quartum in præcauendo ne princeps aliqua particula ab affecto vicino, loco offendatur. Ego addo quintum, qualiter nempe vulnerati corpus collocãdum sit, ac decumbere oporteat. Sed quæret aliquis forsitam? Cur non solum Guido noster, Galeni in cunctis imitator, sed Galen. ipse, in omni vulnerum ventris, curatione, sanguinis missionis vel pharmaci exhibitionis, non meminerint: quæ antecedẽtem materiam (quam vocant) euacuare valent, vt alijs in morbis ipsi passim. Curue Gale. deuictus ab ægrotante seruanda ratione, nec verbum vllum fecerit. Sed causa

Argumentũ à fortiori.

Scopi in curatione obseruandi.

Dubia.

Solutio dubij.

causa esse potuit, quòd neminem latere putauerint, per tritum Canonem, nempe, virtute, & ætate ferentibus, sanguinis misſionem: atque inediam, etiam in leuioribus vulneribus conuenire. Nam licet negatiuè locus ab auctoritate, in rebus dubijs vrgere aliquatenus videatur, in insignibus tamen, & claris, non conuincit, sed arbitrandum est, tanquam notas, ab auctoribus prætermissas esse.

Aliud dubium.

Sed quid de pharmaco dicendum, cuius in hac curatione oblitus videtur Galenus, quod quidem, vulneratis, ad minuēdam antecedentem materiam, vel cacochimiam, accommodum esse, nemo est, qui nesciat:

Solutio dubij præcedētis.

Sed respondendum, non sine magno consilio, Galenum silentio prætermisisse & solius euacuationis per clisteres meminisse euacuationem, quæ per pharmacum molitur, an quia pręceptum illius est. 4. metho. capi. sexto. Hippocratem imitantis. &. 13. eiusdem methodi capit. 6. &. 11. alijsque in locis, intestinorum: colle ac sedis morbis laborantibus, pharmacum exhiberi, perniciosum valde esse. Cum tunc à totius corporis superioribus partibus: ad affectam particulā, excrementa deferantur. Imo è contrario, in his inferiorum partium affectibus.

Vomitū conuenit affectibus inferioribus.

Vomitum mirum immodum conferre docet: quòd ad opposita materiam impellat, ac simul euacuet. Sed certe, si fides aliqua hac in parte mihi (qui vltra quinquagesimum annum in chirurgia, ac medicina, insudaui) haberetur: vomitum his ventris vulneribus, præsertim aliquo intestinorum læso, perniciosissimum esse censerem.

Vulneribus ventris penetrantibus vomitū non conuenit ex auctoris sententia.

Maxima enim vi, & conatu, ex ipso vomitu concitatis, ventris vulnus, præcipuè si magnum esset, dirumperetur. Neque est (vt opinor) sui compos vllus, qui hoc negare posit. Sed quid ad Galeni, Hippocratis, & aliorum sententiam, vomitum, in inferioribus affectibus commendantium, dicendum. Et existimo (vt ipsa ratio suadet) intellexisse illos, in intestinis, colle & sede: non quidem vulneratis: sed inflammatione, vel alio quopiam affectu correptis, vomitum conuenire: vnde non abs re Galenus citato loco, clysteribus duntaxat, ad deriuandam materiam, in ventris vulneribus vti suasit.

Conciliatio sententię auctoris cum Gale. serie.

CAP. VII.

De ratione reducendi intestina, & omentum, extra ventris vulnus prolapsa.



VT igitur, quinque superiori capite proposita prosequamur. Primum, de reducendis intestinis, atque omento, doceamus, in quo animaduertendum est, duo impedimento esse, quominus hæc in pristinum locum collocentur: nempe, aut vulneris arctum, & strictum osculum, aut contrario amplum. Si enim angustum sit, si ocyssimè non reducantur, ambientis aeris frigiditate, vsque adeo intestina inflantur, vt restitui (nisi difficillime) nequeant. Si vero amplum, facilè labuntur, atque excidunt, difficiliusque flatu exterius contracto reuertunt. Quare, haud immerito Galenus ipse citato loco, in mediocri vulnere, non adeo difficilem esse curationem arbitratus est.

Modi reducendi omentum & intestina.


Ergo si breuius vulnus contingat, occurratque illico dexter Chirurgus, manibus, atque calfactis pannis, antequam intestina inflentur omentumve frigeat, in locum suum suauiter reponere procuret. Et sutura facta (si opus sit) & rubro puluere, de quo in antidotario inferius describendo, su-

do, ſuper inſperſo, vel terebinthina, panno applicata, medeatur. In ambitu vero, & ſupra vulnus, qui candidum, commode agitatum, cum ſtupis adaptabis: ac deſuper, latiorem pannum, aceto centaureæ decoctionis madefactum, quò ſanguinis profuſsio, ab internis partibus immunes, arceatur, vnde Auic. Fen. 4. 4. tracta. 1. c. 7. de huiuſmodi vulneribus agẽs, inquit. Intẽtio in eo, quod exiſtimamus, quod eſt fiſſura, aut dirruptio interius eſt vt incarnetur, & non dimittatur ſanguis coagulari, in interioribus, ita vt prohibeatur fluxus ſanguinis. Et ſubdit, & melius medicamentum ad hoc eſt, veſtimentũ quando decoquitur in aceto, hæc ille. Cõtrouertunt tamẽ doctores, Auic. interpretantes, quid ſibi velit ipſi in illis verbis, ſcilicet, veſtimentũ quando decoquitur in aceto. Et exponunt, ideſt pannus lini, ex aceto decoctis, Sed à medica quodã Arabica in lingua doctiſsimo, audiui, in originali Auic. non dicta verba ſed illa, nẽpe Cẽtaurea in aceto decocta, ſtaret, Egoq; medicũ illum, atq; ipſam rationẽ ſequutus, panno Centaureæ, atque aceti decocto madefacto vtor, Deinde enæmis medicamẽtis, vt vnguẽto gũmi vernicis, vel ex glutine, atq; ſtyptico vino, de quibus inſerius agemus, Sed ſi (vt ſæpius euenit) inteſtina, avt omentum, in auguſtum vulnus intromitti, quantũuis, chirurgus ſua induſtria conetur, non poſsint, tunc vt allegato loco docet, Galenus altero duorũ opus eſt, aut aeris intra inteſtina incluſi euacuatiõe, quæ per inſenſilem fiet exhalationẽ, aut vulneris ampliatione. Ad primũ, cõfert nigri vini calidi cũ ſpõgia fœtus aut auis aliqua, per medium inciſſa, ægrotante ſupino, cruribuſq; eleuatis, decumbente: ſuper poſita: aut alia: quæ eandem vim retineant. De quibus in antidotario latius, Sed ſi his omnibus in arcto vulnere tentatis: res forſan non ſuccedat, tunc, ad vulneris ampliationem, per ſyringo tomum inſtrumentũ, ad incidendum fiſtulas accommodum, iuxta Galeni placita, perueniendum eſt, fiſtulæ tamen, inſtrumentique nomen, duplicem per ſe fert intelligentiam, aut enim ſignificat id, quo fiſtulæ hoc eſt muſicales tibiæ ſubcauantur, aut quo ſedis fiſtulas ſecamus, quando nimirum vtriuſque orificium vnitur: prout authores docent. Eſt id, inſtar curuatæ falciculæ, altera tantum parte ſecantis, hebete cuſpide, quæ iam diu apud me eſt, cuius hæc eſt effigies.

Loci Auicẽnæ explicatio.

Duplex inſtrumẽti, & fiſtulæ ſignificatio.

Hæc eſt effigies.



Inſtrumenti effigies.

REductis igitur inteſtiuis, calfacies calidis pannis crebro applicatis, & alijs, quæ latius in illo Antidotario deſcribam. Exhibebis nec non potionem aliquam,

quam, exijs, quæ lib. de vulneribus thoracis dictæ sunt. Illæ enim cum saniem, vel intus coaceruatum sanguinem discutiāt, ac expellant: ex pari ratione, in his etiam vulneribus, conuenient. Sed antequam ad alia sermonem conuertamus, narrabo casum, qui Segobiæ mulieri cuidam accidit, cum maxima inguinis inflammatione corriperetur, sponte sua, ei aperta est, peritoneique membrana sensim corrupta. Et cum humeris disparem quandam sarcinam sustineret, ecce peritoneo dirupto. Intestina omnia subito irruere, atq; progressa sunt: circunstantibus haud immerito stupefactis, Accercitus ego toto conatu, atq; opera, in suam sedē paulatim intestino reduxi. Apposito de super prius ansere, per medium scisso, lauacris de quibus inferius, etiamq; sutura, instar retis, vsus. Sic mulier ad Dei gloriam, & beatisśimæ eius matris, præter omnium, & meam spem, sanitati restituta fuit. *Casus stupēdus.*

CAP. VIII.

De omento interdum exscidendo & qua ratione.



CIRCA EXCIDENdum omentum, iam superiori capite præmissum est. Cōuenire, cum extra vulnus prolabitur, antequam ab externo aere infestetur, in suam sedem repouere, alias enim, facillime liuesceret, ac putrefieret. Teste enim Hippocrate. aphorismorum. 6. aphorism. 98. cum omentum excidit, necessario putrescit. Licet hoc tunc verum: obtineat, cum longa mora ab elapso omento contracta est. Sed si reduci omentum non contingat: danda opera est, vt à naturali dispositione iam prorsus mutata. Ac nigricans eius pars, amputetur: vt Galenus. 6. method. capit. 4. & de vsu partium. 4. capit. 9. docuit. Licet hoc non sine magno incommodo fiat. Si insignis omenti pars præcidatur, cum inde frigidior, & ad cibi concoctionem peragendam, imbecillior ventriculus reddatur. Hoc innuit Galenus, supra citato loco de vsu partium, vbi, omentum totum vulnerato gladiatori se ademisse narrat. Qui licet sanatus, patiebatur tamen, & lædebatur ab externa frigiditate, vsque adeo vt non sustineret, nudum habere ventrem, deficiente nimirum natiuo calore, qui ab omento, ipsi ventriculo præstabatur. Præsertimque (meo iudicio) contingit macilentis, secus atque in obesis, in quibus vt pinguedo, ita & calor exuberat. *Animaduersio casus Galeni.* Capies ergo (cum curare voles) læsam eam partem, filoque forti alligato, deinde, nouacula quam ocyssime amputabis, ipso filo extra vulnus pendenti relicto. *Modus alligandi omēti, atq; scindendi.* Quemadmodum, quando in intestinali hernia inciso inguine, testiculus cum interna membrana extrahitur, fieri assolet. Vt facta interius agglutinatione, à natura, funiculus melius expuatur. Sed dum curatur æger, frigus etiam æstiuo tempore, fugiendum, imo admoto igne, & cubiculum, & ipsa applicanda medicamenta calfieri iubebis. Sed reuoco in dubium, conueniat ne post excisum omentum, illico cauterio sanam illius partem vre, & conuenire, illud suadet, quod in intestinali hernia, cum testiculus euellitur, ignitum cauterium, quo melius agglutinatio fiat, admouemus. *Dubium.* Sed certè dispar ratio est. Nam cum omentum adiposum sit, si cauterio vreres, statim liquesceret, ac dissolueretur. *Solutio dubij.*

Quod in herniosis minimè contingit.

CAP. IX.

De abdomine, ac peritœneo vulneratis, consuendis, de que præcisis intestinis curandis.



CVM ipsum quidem abdomen ex substantia quadam carnosa, atque musculosa, agglutinationi accomoda: Peritœneum vero è diuerso, extenui, neruosa, non prima intentione agglutinabili constet: fit, vt Galenus. 6. meth. cap. 4. atq; alij multi, in huiusmodi consuendis vulneribus, qñ ipsum peritœneum consolidationem ipsam à sanguine, quasi à vicino, mutuo accipiat, iubeant non simul abdominis & peritonei oras suere: Sed prius, per abdomen tantum acu transmissa, relicto in ea parte peritœneo, in altera, peritœneũ simul cum abdomine, suturã iungere, & è diuerso, in altera parte abdomem tantum acu traijcere, in opposita vero vtriusque oras, donec totum vulnus hoc modo consutum sit. Nam si abdomen cum abdomine, peritœneum cum peritoneo vnires, ob abdominis laxitatem, intestina foras dilaberentur, peritoneo illorum fulcimento non consolidato, sed duntaxat, carnoso abdomine: quemadmodum in herneosis accidere solet. Hoc nos Galenus allegato. 4. capite docet: sed obscure satis, ac longiore oratione. In super alij sunt suendi modi, à Galeno, & alijs traditi. Nempe communis, vbi vtraq; pars abdominis ac peritœnei consuitur, Sed abdominis ora, parum peritœneo super posita: Sic enim aliqualis conglutinatio ab ipso abdomine peritoneo mutuatur. Alia sutura est duplicata, quæ per vulneris latera molitur, nempe, super ipsius oras filo non transmisso, sed apud latera in nodato deinde exciso. Alia dr̃ acuũ sutura, quæ ab Albucasi describitur, fit traijciendo acum per omnes quatuor & abdominis, & peritonei oras, in vtranq; partem. Cum reuoluto ad ipsam acum filo, prout à fœminis, cum acus seruant, fieri assolet. Sed oportet acus breues, velut pellionum, esse, Alias enim, impedimento maximo, non vsui essent. Alia etiam est, qua ego apte vtor, quæ pellionum dicitur, vbi pnncta, quo vulnus præcipue magnum, firmius supersit, crebiora admouentur. Sed studebis, vulnus maxima dexteritate consuere, apprehenso nimirum manibus idonei ministri toto vulnere, ne intestina foras elabantur. Ipseq; minister solum eam partem suenti chirurgo discooperiat, quæ vnicuiq; puncto sit satis. Ipsumq; punctum, illico eadem manu non subleuata operiat, Quod Galenus subobscurè satis, citato in loco voluit, dum, inquit, debet enim, vbi manibꝰ suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, intro reprimere, tunc constringere, atque exiguum semper suenti prænudare. Verùm si vulnerata pars vel medici incuria, plus iusto suturam constringentis, vel ex fluxione aliqua, temporis tractu intumeat, tunc, quo in loco magis expedire videbis, punctum scindes. Tum vt dolor mitescat, tum vt puris fluxioni locus pateat. Notaui hic, medici in curiam. Nam in abdomine suendo dupliciter delinqui à medico potest: aut summa tantum vulneris cute apprehensa, aut contrario, nimis profunda sutura atq; constricta illud, quod consutum est, facile disrumpit: hoc; constrictione nimia, dolorem excitat, præterquam, quod cutem fædem in glutinat. Circa fili consistentiam, etiam erratur. Nam si iusto durius est, cutem rumpit. Si mollius, ipsum prius rumpetur. Quare in his omnibus, vitato excessu,

Primus modus consuẽdi abdominis, vbi Galeni intentum breuiori atque clariori sermone explicatur.

Sub obscura verba Galeni, breui atq; clare exposita.

Quo tempore aliquod vulneris pũctum coacte excindẽdũ.

Duplex error qui incõsuẽdo abdomine à chirurgis põt committi.

eligenda media via est, iuxta Galen. sententiam. 6. metho. cap. 4. Sed, si sanguinis profluuium instauerit, medicamento, quod tantopere à Gale. 5. meth. cap. 4. effertur, sistendum est: nempe ex oui candido, pilis leporis minutissimè scisis thure atq; aloe ad mellis crassitiem mixtis. Vbi obiter aduertito, cur Hipp. lib. de vlceribus & Galen. 4. meth. cap. 6. atque etiam Guid. lib. 3. capit. de vulnere carnoso & Auic. 4. 4. mediocrem sanguinis profusionem vulneribus pro futuram esse asseuerauerint. Atq; eo, velut inflammationem cohibentem, concitandam esse. Cæterum locis citatis in vulneribus dumtaxat ventris, (quod mirum est) Hipp. atq; Galen. idem negant his verbis omni recenti facto vulnere, nisi in ventre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus, minusve effluere: quippe flegmone minus tentabitur. Sed ad hoc, meo iudicio, dicendum, causam esse, ne sanguis in ventris vastitatem illabatur: ibiq; retentus, putrescat. Quod in membris alijs (solida cum sint) non euenit. Si enim ab ipsis mediocris sanguinis quantitas effluat (quia foras fertur) inflammationem prohibet: contra verò in ventre. Et certe huic nostræ explicationi Auic. 4. 4. tract. 1. capit. 9. subscribit: vbi potissimam in his vulneribus curandis intentionem esse dicit, vt non dimittatur sanguis coagulari in interioribus ita vt prohibeat flux⁹ sanguinis. Verum, si intestina, vel scisa, vel perforata sint, quod ex flatus, atq; stercoris exitu, palam fiet, abluenda prius sunt, vel aqua vitæ, vel styptico vino calfacto, si tēporis angustia tulerit. Deinde, subtili pellionum dicta sutura. Præsertim crassa intestina, quæ consolidationi obediunt, suantur. Foras autem, suturæ filum dimittatur: vt in suendo abdomine, etiam admonuimus. Sed neminem latere existimo, duplicem hic admouendam esse suturam. Alteram, intestini (vt dictum est,) alteram, in abdomine, simul cum peritoneo, Nam ipsa intestina cum abdomine, nemo nisi demens consueret. Insuper, audiendi nullo modo sunt, qui nulla alia ducti ratione, quam vt artificiosi, aut paradoxi hominibus videantur, duplicem aliam intestinorum suturam somniauerunt, alteram, ex formicarum capitibus, alteram alicuius animalis intestini portione aliqua, cum hominis intestino consuta. Quo nil stultius esse potest. Nam etsi fingeremus, (quod impossibile est,) medicum viuentes formicas vulnerationis tempore, in marsupio portare, quarum abscisis capitibus intestina consui possent: quæso obsecro corporis humiditatibus, tum excrementorum, tum alijs, an consutum non dissueretur? Quod in altera intestini animalis tam extraneæ rei sutura, etiam contingeret, prætterquam, quod particulam exanguē, emortuam, cum viuente, forsanq; exangui (tā longa potissimum in quærendo animalis intestino, ipsoq; consuendo contracta mora) coniungere, erat impossibile. Vnde esset, & operam, (vt in verbo est) & impensam perdere. Vnde fugienda à ratione hominis sunt hæc deliramenta.

Modus medendi intestinis incisis atq; consuēdi ipsa.

Sutura capitum formicarum, irridenda atq; frustra intestini animales consuti.

CAP. X.

De medicamentis ad omnia ventris vulnera, & primo de victus ratione.



CVM ventriculus, atq; ipsa vulnerata intestina, cibi ac potus via, receptaculaque sint: consequenter, humiditatibus illis agglutinatio impeditur. Vnde inter vulneris initia, ad septimum vsque diem, tenuis inedia ac medicinalis, non solum virtute, & potentia, sed etiam substantia sicca, iniungenda

Ad septimū vsque diem inedia, virtute, & substantia sicca iniūgenda.

genda est. Et si in ventriculi regione vulnus sit. Confortationem eius respicies, exhibendo amylum vel far. Modico coriandri præparati, ac cinamomi momento, vel menthæ commixtis, in aqua calibis, vel ferrata, his omnibus conditis, aut infusionem tertiam furfuris, in eadem ferrata aqua, ad mellis crassitiem, post excolationem, redactam, cum paululo coralli, rosarum: atq; præparati coryandri puluere, Si vero è regione hepatis vulnus sit, eisdem cibandus est, additis alijs, quæ ipsius temperaturam confortent, & conseruent: vt rosarum, agrimoniæ, consolidæ maioris, aut diarhodonis abbatis puluere. Si in parte splenis sit, eadem conueniunt, ita tamen, vt puluerem ex capparibus addas, aut ex alijs, quæ spleni sint propria. Circa intestina vulnerata quadrant dragagantum, gummi arabicum. Symphitum, sanguis draconis pulegium, in pollinem redacta, commixto saccaro. Ne sapor vulneratum offendat. Ad hæc, ad renes vulneratos, glycyrrhyza, cibo, ac potu conuenit, eundem scopum quadam tenus, in admouendis medicamentis obseruabis, ex Galen. 11. metho. cap. 16. & 13. cap. 14. Cibus vero sensim mutari debet, nam post tenuem inediam, iusculum pullæ, in ferrata aqua nimis coctæ, vbi centaurea, ac radices consolidæ, etiam incoctæ sint, exhibebis. A potu summopere (quantum ferre poterit) æger abstineat: & cum iam bibēdum ei sit, propinabis pluuialem ferratam aquam, incoctis ibi mastiche, thure, gummi iuniperi, cum guttulis syrupi myrtini, aut ex citri cortibus. Initio prandij, vescatur prunis syluestribus, modico sparso saccaro, aut citonio asso, cinamomi & saccari momento commixto, aut coryandro, saccaro præparato. Postea si res bene cesserit, crassioribus vtatur, vt gallinis, caponibus, perdicibus. Postea hædorum & vitulorum depilatis pedibus. Atque capitibus. Potus, sit vinum nigrum, & tandem, paulatim ad veterem quam sanus obseruabat consuetudinem, æger erit reducendus.

Temperatura membrorum nutriti uorum quæ vulnerātur in cibis atq; medicamentis obseruāda.

Cibus si aliud nō prohibeat sensim ad augendus.

CAP. XI.

De medicamentis sanguinis profusionem cohibentibus, atq; agglutinantibus.



VLNERI inflicto non penetranti, simplex terebinthina, vel oui agitatum candidum, illico applicatum, sufficiet. Et si symptoma aliquod non infestauerit, quā to tardius curaueris, tanto magis proficies, & cum iam ad curationem perueneris, styptico dumtaxat vino calfacto, vel aqua vitæ, vulnus abluendum est. Deinde, terebinthina rubeo puluere admixto applicanda, puluis, continet thuris, mastiches, sanguinis draconis, lumbricorum, qui in neruosis affectionibus, maximam vim habet, ana. dragm. j. Vinum autem recipit, squinanti, silcris montani, pulegij, florum chamæmeli, anethi, meliloti, cumini, baccarum lauri, anthos. ana. P. semis. vini nigri lib. ij. coquantur prout ars docet, vsq; ad semissis consumptionē.

Vulnus quo tardius curatur, nullo symptomate videlicet prohibente eo melius.

CAP. XII.

De medicamentis in vulnere ventris penetranti exterius etiam admouendis, & de his, quæ concresci sanguinem non sinunt.

 Verum


ERVM si penetrans vulnus fuerit, post reducta intestina, & omentum excisum (si excisione opus fuerit,) vulnusque consutum, ipsum huiusmodi medicamento tepido abluendum est, Maximam enim agglutinandi vim retinet. Recipit, aquæ vitæ vnci. vj. collæ, siue glutinis dragm. iij. mastichis, gummi arabici, gummi dragaganti, sanguinis draconis, ana. dragm. prima. omnib⁹ in polinem redactis, crasso modo, in vitrea ampulla, cæra cooperta, seu farinacea massa, recondes, in duplici vase omnibus feruefactis. Eiusdem vis erit suprascriptum vinum, ablutione facta, in ambitu applicabis pannũ, in decoctione Centaureæ ex aceto facta, madefactum. Supra vero, aliquid ex his quæ supra diximus, quale est vnguentum ex glutine, siue colla confectum, quo in secunda etiam, atque in alijs curationibus, vti poteris. Id ex meo (quod aiunt) marte compositum est, continet collæ, aut glutinis comminuti, in infusione vini styptici optimi, ad duodecim horas dimissi. vnci. ij. & postquam cum vino, ad ignem ebulliuerit, ad consumptionem fere vini, super addes terebinthinæ abietis, vel ex beto. vnci. j. semis, resinæ vnci. semis. thuris, mastiches, sanguinis draconis, gummi vernicis, in pollinem redactorum, ana. scrup. ij. ex omnibus decoctis, efficies vnguentum, quod vbi lauacro (de quo superius) vulnus abflueris, vtaris apponito. Sed quia (vt admonuimus,) quandoque refrigerata, atque inflata intestina, in suum locum reduci nequeunt quibus reducantur præsidia accommoda, atq; experta afferamus.

Vulnus post suturam, abluendum quo medicamento.

Vnguẽtũ ex colla satis accomodum.

CAP. XIII.

De medicamentis intestinorum flatum discutientibus, quo in suum locum melius reducantur.


T intestinorum flatum discutias, calentes pannos, aut lanam sordidam super imponito, manibusq;, aut suilla inflata vesica, ipso ægrotante supino locum leniter comprimes: Deinde, spongia decoctione vini, rutæ, chamæmeli, meliloti, atque pulegij, intestina fouebis: quæ si non possint: arietino, aut vaccino calido pulmone, applicato: aut lintheo sacculo consutis intus, cumini, anethi, pulegij, rutæ, floris roris marini, ac lauendulæ puluerizatis, uel viuo ansere, catulo, vel porcello, per medium incisis. Curationem tentabis: Si vero hæc ad discutiendum aerem non valuerint, per sedem follibus immissis, flatum ibi receptum, extrahes. Nanque vt ab Hippoc. libr. 4. de morbis cap. de voluulo, & ipsa experientia doctus sum, eius modi immissi folles mire conclusum aerem extrahunt: vel eleuatis cruribus, & capite, vt moueatur æger, leuiter curabis. Nam sic, omentum, atq; intestina, manibus compressis, in suum locum forsan restitues. Sed si tantis, tamque medicinæ, ac rationi, consonis remedijs, huic malo occurri posse disparaueris, tunc ad vulneris abdominis ampliationem, per syringotoma (vltimum quiddem auxilium) peruenire cogendus es, vt Galenus citato loco docet. Instrumenti effigiem superius. 7. capite. depictam habes, Et quia non leuis momenti est de situ

Medicamẽta quæ flatum intestinorũ discutiunt, vt melius intra vulnus reducãtur.

Noua inuentio extrahẽdi flatum intestinarum per sedem.

Modus ampliandi vulneris abdominis, quando alia ad reducẽda intestina non prosunt.

situ ac decubitu vulneranti agere, itaque sequenti capite de ipsis differemus.

CAP. XIIII.

De præcauendo, ne ventris vulneribus sana præcipua aliqua pars ab affecta vicina offendatur, ac de vulnerati de cubitu.



Ltimo restat, qualiter sanæ particulæ innoxię ab affectarum morbo seruentur adnotare, quouè modo ægrum decumbere conueniat, qui licet huius libri fini reliquerimus, tamen in medici obseruatione primum esse debet. Primum quidem efficies, si præcipua membra, cor nempe, atque hæpar, epithymate aliquo, vt vnguẽto rosaceo, aut sandalino, commixto pulueris momento, diarrhodonis abbatis, ac diamargaritonis, vel similibus, corroboraueris, & adenas, principium membrorum emunctoria, oleo rutaceo, irino, chamæmelino, hyssopo humida, adipe auium, cum cæra confecto vnguento per vngeris, quo dolori, atq; conuulsioni his partibus imminenti, obstare posis, Secundum, edocet nos Albucasis authoritas, inquit enim. 2. lib. cap. 87. de vulneribus ventris, & exitu intestinorum, in hæc verba, cum ergo amplificatur vulnus, vel quia per se amplum inflictum est, vel instrumento syringotoma amplificatum, & ingreditur intestinum, tunc, oportet, vt sit reductio eius secundum formam suam naturalẽ, in loco suo, sibi proprio, si possibile est, quoniam est melius, quando vero diruptio est ampla, in inferiori parte ventris, tunc oportet, vt infirmum facias iacere super dorsum, & ponere crura sua, altiora capite suo. Et si est in superiori parte ventris, tunc pone caput eius & pectus, altiora, &c. Deinde subdit, pone intentionem, & considerationem tuã in hoc, vt pars in qua est vulnus, sit altior parte altera, hæc illæ. Quæ quidẽ à Galeno desumpta sunt. 6. meth. cap. 4. qui etiã præcipit, vt si vulnus in dextris sit, in contrariam partem corpus decumbat: si vero in sinistris, in dextram: ne intestina, quæ in opposita regione sunt, læsam partem comprimant, ac lædant. Deniq; iubet Galen. iure optimo, vt, quæ vulnerata pars est, semper altiorem locum occupet. Qua in re, tam grauissimorum patrum sententiam attulisse, contentus, tantum illud addam, expedire maxime, ægrotantem quiete iacere neq; etiam ad egerendum moueri. Sed per ipsum perforatum lectum, egerere, aut apprehenso manibus pendenti fune, eleuari.

Confortanda sunt mẽbra præcipua, quæ ex affinitate vel consensu patiũtur.

Per vngenda sunt emũctoria.

Decubitus vulnerati.

Modus quo vulneratus immobilis pene egere posit.

CAP. XV.

De medicamentis aduersus intestinorum tormina, & dolorem, ac tumorem ventris vulnerum à ventriculo vsq; ad inferiora intestina.



ECIPE, Absinthij, chamæmeli, meliloti, calamenthi, singulorum m. j. concoquantur in vino optimo albo. Deinde minutissime incisa, conterantur: quibus, addito nardini olei, absinthij, lumbricorum, ana. vnci. j. squinanti, drag. ij. spicæ nardi, drag. j. fæno græci, vnci. j. in pollinem quæ redigenda sunt, redactis, commixtis omnibus, ac contritis, efficies instar cataplasmatis. Quod calfactum, vulneri applicabis. Et

Quæ sunt commiscenda medicamentis quæ

applicãtur vulneratis particulis interiorib⁹ vt earum naturã asserues.

si in ventriculi regionem vulnus verserit, menthæ puluis, rosarum, & similium, addendus est. Si in hæpatis, mastichinum oleum, cum farina ordacea. Si in splenis, paululum sabucini aceti, atq; ex capparibus olei. Si vero versus inferiora intestina, oleum rutæ, & ruta ipsa ex vino decocta. Sed hic illud admonendi sumus, ex Gal. 4. meth. cap. 7. quod si vulnera in crassis sint intestinis: quæ per sedem inijciuntur remedijs magis egent. Quippe cui, magis sunt propinqua. Secus atque in tenuibus, quoniam, & loginquiora sunt, & medio situ posita. Vnde ambo requirũt, nimirum, & quæ supernè exhibentur, & quæ infernè per sedem inijciuntur. Sacculi etiam, ex pulueribus prædictarum hærbarum non parum conferre solent. Clysteres quoque, ex eodem vini decocto, superaddito cumino: eisdemq; oleis, nempe rutaceo, & ex lumbricis, addita benedictæ confectione, insigniti contulisse vidimus. Et cum iam agglutinare vẽtris vulnus opportunum videbitur, tunc & cibis per os exhibendis, ac potui. Atq; etiam medicamentis exterius supra vulnus admouendis, nec non clysteribus, quæ conglutinandi vim retineant, sunt admiscenda. Ea erunt, gummi arabicum, dragagantum, mastiche, cidonia & similia. Quales autem esse debeant conglutinosi ipsi cibi, iam supra à me explicatum est, clysteres vero per sedem inijciendi, constare debent ex optimo vino nigro ferrato, in decoctione Rois, balostiorum vtriusq; consolidæ, capitum rosarum, nucum cupresi, thuris, mastichies, dragaganti, gummi arabici, boli armeni, sanguinis draconis, glutinis corij, sarcocollæ, in pollinẽ redactore ana. drag. ij. omnibus incoctis, deinde excolatis, & expresis, fiat clyster, cui addito, mellis centaureæ, vnci. semis. iniicitur tepidus. Et per os exhibeantur trochisci, ex boloarmeno, pruna syluestria, saccaro delibuta, ne sapor ægrotantem offendat. Exterius supra vulnus vtaris prædicto medicamento, ex glutine corij, vel collæ, vel aureo Guidonis, vel quòd sequitur, Recipe olei rosacei, omphacini hypericonis, cidoniorũ, ana. vnci. semis. incoquãtur, ex dupla vini nigri, styptici quantitate (de quo superius, quo ad, totum vinum consumatur, postea, addes resinæ, vnci. ij. terebinthinæ ex beto, vnci. j. semis. quibus cum oleis simul liquefactis, postquam ab igne seperaueris, addes, pulueris gummi vernicis, thuris, mastiches, sanguinis draconis, sarcocollæ, in puluerem redactorum. ana. scrup. ij. ceræ quod satis sit, efficies admodũ cærati. Verum si forsan emundatione vlceris opus sit, recurrendum est ad tertium librum, de vulneribus thoracis, vbi medicamentorum quamplurium copiam inuenies. Postremò, post totius vulneris agglutinationem, oportet ægrum per multum temporis spatium, in tota vulneris regione aliquod, ex emplastris membrum corroborantibus, gerere. Vt cæroneum ex Centaurea, oxycroceum, aut simile. Et si vulnus inguinibus, aut vmbilico proximum sit, experientia, perutile esse didici, brachiali ex duplici scuto, per aliquod tempus vti, quo imbecillæ particulæ robur præstetur. Quod si (vt supra dictum est) omenti pars insignis aliqua necessario incidenda sit, conueniet, ęgrotantis ventrem asidue lanis obuolui, ne ab externa frigiditate lædatur & vt concoctionem iuuet prout Galen. 4. de vsu part. capit. 9. suadet.

Vulnera crassorũ intestinorũ remedijs, quæ per sedem inijciuntur, egent.

In tenuibus ĩtestinis vulnere infficto: opus est & medicamentis quæ ore assumũtur & quæ per sedem iniiciuntur. Clysteres iniiciendi.

Medicamẽta exterius admouẽda.

Brachale gestandũ est, multo tẽpore post sanitatem & rõ.

Insigni quãtitate omenti incisa ac extracta oportet post inductã cicatricem lecũ lana obuolui.

Finis Liber Quartus de vulneribus ventris inferioris.

ANDREAE ALCAZARIS Medici, ac Chirurgi.

Liber Quintus, De Pudendagra, vel Mentagra, vel Lychenis vulgò Morbo Gallico.

Procœmium Authoris.



Vanquam me audaciorem fatear dubiam hanc tractationem affectus Gallici vulgò nuncupati (nondum à priscis, nec recentioribus prorsus enucleatam in præsenti differturum) prouinciam tamen hanc aggredi non erubui: tùm nonnullis amicorum (quibus mos gerendum erat) id efflagitantibus: tum etiam, quia huiuscemodi latissimus campus penè inculto me audaciareddit. Quamobrem etsi maiora viribus aggrediar, nullus tamen iure optimo mirabitur, si hoc æquo animo perpenderit. Nam si forsan aliquid emolumenti opus hoc attulerit: laudi potiùs quàm vitio doctissimus quisque vertet. Igitur Angelorum regina in hoc atque alijs opem ferente huic operi accingamus.

CAPVT PRIMVM.

Quo author ostendit aduersam hanc luem longè antiquiùs à nostro seculo etiam vexasse eandemque non solùm à neotericis, sed priscis authoribus inter alia morborum genera esse tractatam: indicatque eiusdem affectus descriptiones.



VANquàm à multis, non solum vulgaribus, sed etiam nonnullis medicis, iam diu assertum sit hanc rebellem valetudinem à nullo priscorum, neque recentiorum esse descriptam: multò tamen secus res ipsa se habet à multis siquidem ipsorum explorata est. Quippe cùm Plinius Veronensis vir nempe stupendę eruditionis lib. vigesimosexto. Historiæ naturalis cap. 1. De lychenis: huius deterrimi affectus cum omnibus suis notis fuit memor. Asseuerans ibidē hanc luem in Italiā aduentasse Tyberij Clau- Probat author contra vulgi opinionem hāc aduersā valetudinē esse antiquissimam.

dij Cæſaris principatu, quodam Perſino equitè ab Aſia contagiouem huius morbi importante, à Græciſque lychenis nũcupari. Speciem nimirum pro genere (vt opinor) autumantibus. Latini verò, quia huiuſmodi puſtulæ à mẽto, vel circa propè ſemper inter initia inſedebant, mentagran vocauêre. Vnde ſic infectos ſolo lequi oſculo alios infeciſſe refert, AEgyptumque huius morbi genetricem fuiſſe, & inde medicos hanc ſolam opem afferentes aduẽtaſſe, Nicolaus etiam Leonicenus modernis tẽporibus huius morbi lepidiſsimum tractatum edidit. Ad hæc Hugo Senenſis ſuis conſilijs de cutis infectionibus cum puſtulis faciei huius morbi apertè meminit, aſſeuerans iuuenem viginti annis natum oſtreacoſas, teſtaceaſque puſtulas totum corpus ambientes intenſis doloribus paſſum fuiſſe, eiſdem noctu magis moleſtãtibus, diuq; lenteſcentibus. Princeps quoque ſecundo Canonis cap. de Olibano hunc morbum apertè his verbis pandit. Et confert (dicens) thus illitum cum aceto dolori, qui nominatur compoſitus, ex quo proueniunt in corpore ſicuti verrucæ cum quadam re quæ eſt ſicut ambulatio formicæ. At verò Hippoc. ipſe Græcorũ auctor vetuſtiſsimus, primuſque Medicinæ parens multis in locis præſertim. 3. Aph. videlicet. 20. Apho. lychenum meminit. Vnde Iacobus Forliuiẽſis eũ exponens lychenes cutis defœdationes eſſe, ex ſalſa pituita ortum habentes teſtatur. Ipſe etiam Hippoc. 2. de morbis cap. de carie, ſeu teredine, tubercula atque vlcera, hodie hunc affectum comitãtia, atque oſſa ante apertionẽ erodentia, ſuis tẽporibus eueniſſe refert. Quibus oſtẽſis licet difficilè admodũ ſit hunc morbũ tot, tantiſq; ſpeciebꝰ aſſociatũ prorſus definitiõe propria explicare vniuerſim tñ ab eoque qđ plurimum in hoc morbo moleſtat vehiculum ſumentes iuxta quorũdam authorum mentem dicamus: Mentagra vel pudendagra eſt cutis corporis, vel ipſius extremorum vniuerſa defœdatio cum dolore, excoriationeque haud immodica, vel aliter: Mentagra eſt puſtula, vel puſtulæ ex varia humorũ corruptiõe obortæ propter aeris nimiam in caliditatẽ & humiditatem præſertim intemperiem, pudenda vel mentum, ſeu gutturis particulas primum, deinde reliquum corpus cum magno interdum dolore ambiẽtes. Cur igitur pudẽda primum hic affectus inuadat duplex eſt ratio: tum quia venereo accubitu ſæpius huius aduerſæ valetudinis principium cõtrahit, nempe partibus obſcœnis mulieri eo morbo infectæ adhærentibus: tum verò earum partiũ temperatura calida & humida, aqua potiſsimum humiditate ſuperante putrefactio oboriri ſolet.


Mentagræ deſcriptio.

Alia deſcriptio.

Qua ratiõe hic morbus vt plurimũ pudẽda primꝰ inuadat.

CAP. II.

Quo indagatur quid in cauſa ſit, vt hunc morbum aliâs antiquiſsimũ, cuius priſci authores meminere à Neotericis recens nuncupetur arbitrantibus noſtra tempeſtate ortum contraxiſſe, & de eius cauſis.



Iſce iam diſertis indagare pretium operæ erit, quorſum hanc vetuſtiſsimam luem ſuperioribus ſæculis iam diu inuadentẽ (vt præcedenti capite oſtendimus) nouam ſiue recentem nonnulli fuiſſe cenſueuerint. Cui obiectioni bifariam ſatisfieri poterit primum, quod dupliciter eius origo põt cõſiderari primũ aut penes eius antiquã radicẽ ſiue originẽ & ita vetuſtiſsima nũcupari põt qđ rõnabiliter probare nititur Nicolaus Leonicenus ſuo libro,

de morbo Gallico his verbis. Ego (inquiens) ſicuti neque illis aſſentior qui varias huic morbo indidere appellationes, haud quaquàm eius naturæ congruẽtes, ita vbi conſidero eadem natura præditos homines ſub eodem cœlo natos, ſub eiſdem ſideribus educatos, eiſdem etiã ſemper fuiſſe morbis obnoxios, cogor exiſtimare. Neque poteſt mihi in captum mẽtis peruenire, nempe natam hanc repente labem noſtram ita infeciſſe ætatem, vt nullam ſuperiorem. Aliter verò ſi conſideretur penes eius poſt multa annorum curricula inuaſionem, ita vt nullus memor eſſet eius prioris radicis, dicimus, ꝙ ex aliquorum neotericorum authoritate hic morbus ortum habuit ex quodam bello quod Neapoli geſtum eſt, Anno 1493. & ex aliorum aſſertione conſtet hunc morbum prouenifſe ex infectis Indis quos tunc temporis Dominus Chriſtophorus Colon transfretauerat ex inſula Diui Dominici quæ apud occidentem ſedem habet, vt eos conſpectui Regis Ferdinandi offerret qui tunc temporis erat Neapoli. Cum autem noſtrorum legiones rem haberent cum Indis fœminis cõtagione infecti ſunt quæ paulatim ſerpere cœpit non ſolum per noſtrorum ſed & Gallorum corpora, qui Neapolim obſidebant, vt refert Monardes in capit. de ligno ſancto, libr. de facultatibus ſimplicium medicamẽtorum à nouo regno occidentali venientibus. A quorum opinione diſſentio innitorq; authoritati, & experimento magni cuiuſdam viri (qui Leonardus fiorauanti dicitur) medicam, & chirurgam artem Venetiæ exercẽtis: & pro eius vera cognitione ſciẽdum eſt, quod Anno à virgineo partu 1456. Ioannes filius Renati quondam Andegauiæ Ducis bellum geſsit cum Alphonſo Rege Neapolis, ob cuius diuturnitatẽ commeatus defecere, annonæque inopia præ

Duplex cõſideratio circa originem morbi Gallici.

Auctor adhaeret sententiae et experimento Fiorauantis (manu scriptum)

Induſtria & hiſtoria Leonardi Fiorauãti ſatis laudanda circa perſcrutationem huius morbi.

mebatur vterq; exercitus eoque deuenit vt copia præberetur carnium conditoribus ac fartoribus, qui noctu ſumebant humana corpora, ea condita per fruſtra clam, aſſata, & elixa ſiue aliter condita interdiu miſeris vendẽdi militibus. Ex quarum carnium frequenti vſu, tam noſtrorum copię quàm Gallorum exercitus tali infecti ſunt labe, vt pluriũ numerus dolorum affectus, tumores, & alopeciã paterentur, qua lue magis oppreſsi Galli receptui cecinere & in Galliam pedes verterunt aſſerentes morbũ illum à Neapolitanis originem trahere Neapolitanũq; vocauerunt. Itali verò & Hiſpani ex oppoſita parte affirmabant ortum ducere à Gallis eumque morbũ Gallicum appellauere: quam nomen clatură adhuc apud omnes gentes retinet. Hoc prehabito cũ dictus vir diligentiſsimus occultarum rerum ſcrutator Neapolim migraſſet ſuaderetque indagationi memorabilium rerum, verba agens cum ſene quodam, cui Paſchalus Gibilothus nomen erat, ſeque affirmaret XCVIII. iam cõpleuiſſe annũ, & apud ciues ſenior cæteris haberet inter alia ſupra dicti belli progreſſum minutim recẽſuit & dixit ſe à patre ſuo quõdam accepiſſe (qui carniũ conditor tempore dicti belli erat) conditores ea tempeſtate ex corporibus humanis plura cõdimenta, & pulpamenta confeciſſe quæ militibus interdiu venalia exponebant, & hoc ita occultum fuiſſe, vt nunquàm reuelatum fuerit. Cuius contagionis veram cauſam indagare volens dictus Leonardus, acceptam ſuculam in cubili quodam ligauit, ciboque quo ſolita erat nutriri admiſcuit pinguedinem ſuis, vnde ſucula paucis inde diebus puſtulis plena, & tumoribus ſetarum defluuiũ paſſa eſt. Hoc exẽplo minimè ſatisfactus aliud periculũ facere voluit. Accepto ergo catulo ligauit in camera nec aliud q̃ caninas

carnes

carnes ei duorum mẽsium interstitio in nutrimentum dedit eosdemque affectus quos sucula manifestè subijt, & ita miserè vlulabat, vt nihil tristius. Hoc idem expertus est in miluo quẽ ex miluorũ carnibus nutriuit, q nec à relatis paßiõibus se subtrahere potuit. Ex qbus tam manifestißimis argumẽtis hãc deduxit conclusionẽ, nẽpe, simile ex suo simili nutritũ in summam deuenire corruptionẽ & supra dicta accidẽtia subire, quod cõprobari põt Indorũ aliquorũ exẽplo quos Antropophagos vocitãt eo qđ humana comedãt corpora, eaq; summũ sint eis delitiũ in conuiuijs quaõbrẽ hoc morbo val de infestant, & hãc morbi vulgo Gallici originẽ subdere volui q̃nquidẽ plures frustra in eius indagatione laborauere.

CAP. III.

De Causis huius affectus.

Causæ tam particulares quã vniuersales huius affectus.



Nteaq̃ medendi rõnem huius morbi aggrediamur ipsius denuo apparitionẽ præfato anno indagare siue ipsius causas aperire fas est: sed quia causarũ eius quædã vniuersales, quædã particulares existũt, ideo de ipsis sigillatim disserendũ est. Vniuersales quidẽ causæ fuere maxima cœli in caliditate & humiditate intẽperies. Humiditate eo anno maximè exuberãte, necnon maleuolus planetarũ aspectus causa inferiori etiã adiuuante, dixi humiditatem maximè eo anno redũdare, quæ quoties caliditatẽ superat causam putrefactionis esse Philosophus plerisq; in locis testatur qđ his carminibus lepidißimè atq; elegãter lib. citato indicat leonicenus.

Tempore Alexandri Sexti nonisque Decembris
Intumuit Tiber bis senas circiter vlnas
Insula quæque domus facta est, mediisque repente
Circunducta viis æquabat cymba fenestris
Deucalionei vix tantùm tempore tellus
Diluuium passa est, latuit cùm tota sub vndis.

PArticularis verò causæ maxima fuit præuia dispositio corporum: ad impreßionẽ recipiendã, veluti cacochymia ex praua victus rõne, vt patuit supra, nec non ex bellica, laboriosaque vita, & inde humorũ corruptela ex hepatis intemperie, quibus præfata aeris impreßio adiuncta homines magis infecit, & vt suprà diximus concubitus cum fœdis mulieribꝰ eo morbo infectis: interdum verò solo osculo, modo hominum duntaxat commercio interdum etiam veluti ægritudo hæreditaria euenire solet nempe à parentum semine vitiato, modo verò citra has causas, sed sua sponte praua dũtaxat qualitate, ac malo victus regimine, post habita in hoc vulgarium medicorum opinione asseuerantium hunc affectum sola hominum contagione aduentasse. Nunquid primus hoc morbo affectus ab alio fuit infectus? non sanè. Quo circa ferina hæc lues varijs varijsque modis secundũ indiuiduorum varietatem eo anno inuadere pullulareque cœpit, supponendo ipsum ægrotantem siue in calido siue in frigido tali indui qualitate qualem temperaturam in ipso inueniebat: cùm vniuersali agente, à particulari dispositione, determinato, aliter atque aliter effectus producatur. Itaque si homini pituitosa attra biliosave temperatura prædito inuadebat morbus, vt plurimùm eandem sortiebatur qualitatem, quia frigidam: si verò bile flaua, calidam, vt plurimum in ipso vincentem neglecta in hoc vulgari opinione falsò asseuerantium hunc semper affectum à frigido humore nulla adhibita distinctione exoriri. Quo euenit medicos tunc temporis eadem semper medicamenta in omni siue calido siue frigido morbo, atque temperatura non absque ægrotantium iactura vsur-

Quod hic morbus humana corpora secundũ eorum variam temperaturam inuadere solet.

Vulgi opinio in hoc spernenda.

Inuehit in quosdã medicos à principio nulla adhibita distinctiõe eodem modo medicantes hunc morbum.

ra vsurpare, quos veluti sutores eodẽ calopodio oẽs calceantes Gal. 9. Meth. medendi. c. 16. lepidissimè taxat. Cœpit igitur lues hæc non solũ Italas oras verum Iberica, vel Hispanica regna vsque ad Indicas regiões penetrare, & hæc de causis.

CAP. IIII.

De Notis huius morbi.

NOtæ siue indicia hoc malum indicantia varia esse solent, vt pote menti, frontis, capitis ac totius vultus pustulæ: gutturis vlcuscula, excoriationesque, cibi & præsertim potus ob maiorẽ musculorũ in deglutiẽdo cõpressionẽ ꝓhibentia: priapi, vel vuluæ, ac testiũ, sedisque interdũ vlcera, interdum obscenę pustulæ, articulorũ dolores noctu ægro magis infestantes: ossium tubercula: quæ oĩa comitari solet qñque pilorũ casus siue allopecia: facies quoque ægrotãtis discolor disformisque reddit̃. Quæ quidem signa interdũ simul cumulata, interdũ verò singularia ægros inuadunt: quibus apparentibus vulgare adagium vsurpare poterimus: Fœnum habet in cornu, longè fuge.

CAP. V.

De varijs huius morbi speciebus.

Diuisio specierum hu9 morbi.

DEscriptione igitur, causis, notisque huius affectus præostensis, licebit etiam nũc in suas species ipsum diuidere: non quidem logica diuisiõe aliàs perquirẽda, sed medica nẽpe penes maiorẽ, minorẽve eius in subiecto fixionẽ, quẽadmodũ in febre habitua li fixa seu hectica febre. Est igitur prima eius species qñ ipsi ægrotanti pustulæ in pudẽdo, vel sede, vel excoriatio in gutture apparere cœperint, vel itidem pustulę in frõte & capite pululare. Secũdæ verò speciei hæ sunt notæ: articulorum dolor, quẽ interdũ tubercula comitant̃: interdũ verò allopecia. Tertia aũt species non solũ pustulis atq; articulorũ doloribus, sed etiã vlceribus corpus afficit. Modo etiam cirrhosis tuberculis, mõ dolorificis, modo dolore expertibus. Quartã verò speciẽ vltimã perniciẽ huius affectus dignosces, qñ corpus nõ solùm vlceribus, alijsque affectionibus dictis affligit̃, sed etiã ossium corrosione & carie, atque febricula corpus extenuãte. De quorũ curatione Deo auspice seorsum differemus.

1. species.

2. species.

3. species.

4. species.

CAP. VI.

Quo indagatur, an in primæ speciei curatione huius affectus, de qua modo differetur, siue in alijs eius speciebus, postea differendis, sanguinis detractio à medicorum vulgo prorsus dãnata competat: an non.

Refutatur, primo medicorũ opinio sanguinis missionem in hoc morbo damnantium, & eorum sigillatim fundamenta.

ANteaq̃ curationẽ primę speciei huius mali aggrediamur (q̄a in ea nõ raró sanguinẽ mitti necessum est: quæ quidẽ sanguinis missio à plerisq; Medicis insipienter satis dãnatur) vt hmõi quæstiõis veritas magis elucescat, vtraq; ex p̄te in p̄senti differet̃. Asseuerãtiũ igit̃ sanguinis detractionẽ nõ cõuenire hæc sunt fulcimẽta: primũ q̄a vbi bilis atra (sanguini extrahẽdo vtraq; qualitate nẽpe actiua & passiua apposita) vt plurimũ prædñatur, non vr̃ sanguinis missio expedire: sed hmõi est in hoc morbo, vt ossiũ tubercula, febris carẽtia, morbi diuturnitas ostẽdunt, igit̃. Secũdò, imbecillibus non est addẽda imbecillitas, sed hoc morbo infecti vt plurimum sunt viribus eneruati, ac debiles, & phlebotomia eos debiliores redderet, igit̃. Tertiò, apparẽtibus iã pustulis exterioribus huius morbi phlebotomia (nimirũ retracta materia ã circun-

Primũ fundamentum.

Secũdũ fundamentum.

Tertiũ fundamentum.

circunferentijs ad centrum) naturæ opus prohiberet. Quartum, pustularum exteriorum corrupta materies sanguinis detractione via vacui alium sanguinem sibi commixtum magis inficeret, igitur.

Quartũ fulcimentum.

Respõsio ad obiecta.

Sed huius oppositum non solum ratione, sed etiam experientia atque authorum sentẽtijs colligitur. Primò, quidem constat manifestè. Quis nanque mentis compos ambiget hunc effectum homini temperaturæ sanguineæ, atque sanguine in ipso redundante inuadere posse? & huic phlebotomia virtute ferente & ætate conuenire? Nullus sanè. Rursus experiẽtia confirmatur. Multos eñ hoc morbo laborãtium doloribus ac pustulis cruciatos, vidimus sanguinis missione incolumes euasisse. Quare non conticendam censeo authoritatem Nicolai Leoniceni huic negotio satis accommodam, suo libro de morbo Gallico hunc in modum scribentis. Quare etiã vt aliqua ex parte curandi viam ac rationem attingam, nil aliud in hoc morbo expedire puto quàm plenis venis multum sanguinis mittere: sicuti vbi flaua bilis in corpore redundauerit, hunc præcipuè humorem conueniente, ac proprio pharmaco euacuare. Et sic similiter dicere possumus de bile atra & pituita. Quibus disertis superest argumentis in contrarium allatis satisfacere. Ad primum ex superiori suppositione in capit. 3. patet responsio, videlicet ægritudinem talem sortiri qualitatem in hoc morbo, qualem temperaturã & humorum redundantiã in ipso laborante inuenerit. Itaque plethora inuenta sanguinis missione pręcipuè est opus: si vero cacochymia alui solutione: si vtraque, ambabus. Ad secundum verò rñdetur viriũ robur esse potissimum sanguinis mittendi scopum, quod si adsit fieri rectè poterit, sin minus non est exercenda, vt in alijs affectib⁹ fieri solet. Ad tertiũ & quartum dicendũ, ꝙ pustularũ materies cùm extra vasa sit, per phlebotomiam ad interiora non vertitur, vt aliũ sanguinẽ inficere, & opus naturæ prohibere possit. Rursus si quod magis videtur inesse, inest: ergo & id quod minus: sed in materia venenosa morbilorũ & variolarũ post eorum apparitionẽ in vehementi sanguinis repletione Auic. 1.4. cap. proprio sanguinẽ mitti iubet. Ergo à fortiori post apparitionem pustularũ huius morbi competit sanguinis missio, nõ solùm in principio, sed in augmento & quocunq; tempore si sanguinis redundãtia adsit, dierũ numero posthabito, vt ex Gale. sententia tum libro. 6. de curandi ratione per sanguinis missionem: tum etiam. 9. meth. capi. 5. & Auic. 4. 1. cap. 20. colligitur.

Laudat Nicolai Leoniceni opinio.

Author satisfacit rationibus & argumentis contrariæ opinionis.

CAP. VII.

De curatione primæ speciei mentagræ.

Ognita igitur ex notis iam præcedentibus prima huius morbi specie, tũc curationis scopus tribus intentiõibus adimpletur. Prima, qui dẽ optimo regimine in sex rebus non naturalib⁹ obseruãdo. Secũda, corporis euacuatione. Tertia topicis medicamentis. Prima igitur cõpletur esu carniũ pullorũ gallinarum, caponum, perdicum, passularum, amygdalarũ & denique bonũ chylum generantiũ. At verò si facultas non sit, Arietina carne, vitulina atq; hædina, ouisque recẽtibus, vescatᷣ: cœna sit leuior prandio. Cæterùm si æger iuuenis sit calida materia in morbo prædominante à vino prorsus cauendum, præsertim verno siue æstiuo tempore. Sed communis potus sit aqua decoctionis rubi Indici vel ligni sancti. Secunda, verò intentio circa materiei antecedentis euacuationẽ versatur. Quæ quidem secundum varietatem

Tribus scopis curatio adimplẽda.

Prima intentio.

Secunda intentio.

ratem temperaturarũ atque materierum in corpore redundãtium molitur. Si enĩ ſanguinis prædominantis ſigna apparue rint, audacter, vt dictum eſt mittatur. Si vero aliorum humorum, proprio pharmaco educetur: ſi vtraque ſit opus euacuatione caute fiat, quorum pharmacorũm poſtea ſigillatim fiet mentio. Facta igitur conuenienti corporis euacuatione, æger ieiunus manè exercitio aliquo vtatur, veluti deambulatione, pilæ ludo foſſarum ex cauatione, ſeu quapiam alia exercitatione, vt inde ſudor excitetur, & eo morbi materies diſcutiatur. Citato verò ſudore æger lecto acquieſcat. Verùm ſi his morbus non finiatur ſyrupi Sancti Ambroſij adhoc mihi iam ſæpius experti cum optimo ſucceſſu vnci. vj. manè & totidem ſero per ſex dies æger aſſumat. Conſtat autẽ ex millio excorticato. Puſi. in libr. j. & ſem. pluuialis aquæ ad eius crepaturam optimè incocto, poſtea addita tertia parte vini albi veteris, ac deinde parum ſimul feruefactis & per pannum excollatis poſt corporis euacuationem, vt diximus ſumatur. Sed aduertito obſecro hũc ſyrupum ſeu potionem fortius multò ſudorem acerſire, ſi ramentum cornu taurini ſimul cum millio benè incoquatur. Eidem etiam primæ ſpeciei huius affectus opem fert ſudorem quoque euocando ſequẽs deſtillatio per viginti dies manè in quantitate vnci. vj. bibita, cuius hæc eſt permixtio. Recip. Radicis brioniç & henulæ campanç, florum roris marini fumariæ recentiũ. añ. lib. ſem. electæ theriacç vnci. iiij. omnibus cõmixtis atq; contuſis in maſſa farinæ frumenti farciãtur, & in furno coquantur, poſtea minutatim frangaṫ & inſtillatorio inſtillẽtur, & modo prædicto exhibeãtur hæc inſtillatio. Solet perinde magnopere ad idem iuuare puluis radicis brioniç atque henũlæ campanæ. dragm. j. ſi vino albo in frigida temperatura, atque materia frigida bibatur, in calida verò aqua papaueris rubri, vel ſcabioſæ. At verò ſi hoc malũ adhuc his non ceſſerit remedijs, & topicis medicamẽtis ſit opus hæc ſunt mihi probata à leuiorib⁹ orſus primo aqua aluminoſa quæ ex plantagine, portulaca, agreſta, alumine, ouorum albuminibus pari portione cõmixtis atque contuſis, inſtillatisque, vel aqua Lanfrãci nemini ignota quæ conſtat ex optimi vini albi veteris lib. j. aquæ roſatæ & plantaginis añ. vnci. vj. viridis æris auri pigmenti, ana. dragm. iiij. puluerizatis puluerizandis, & vino commixtis & vnica ebulitione feruefactis fiat lauacrum, quo puſtulæ bis, terve in die abluantur, poſtea, loco non exſiccato. Ad idem quoque fortius opem fert aqua cynnabaris ex meo (vt aiunt marte) quæ ſic conficitur. Recip. vini albi antiqui lib. j. æruginis, auri pigmenti, aluminis añ. dragm. iiij. cynnabaris. dragm. v. ſublimati drag. ij. redactis in pollinem, & vino cõmixtis, & feruefactis fiat lauacrũ. Quod non ſolũ fœdis puſtulis hui⁹ morbi totius vultus, ſed etiã antiquæ tineæ & ani obſcœnis puſtulis opem fert. At verò nõ miretur quiſq; ſi eadẽ medicamẽta faciei puſtulis, atq; ani pro futura eſſe dixerim qñquidẽ Auic. lib. 3. ca. de labiorũ fiſſuris idem facit, iubens, fiſſuras labiorũ vnctiõe ſuminis & ani curari. Vbi obiter notandũ multos ſatis abſurde in hoc decipi imaginãtes Auic. in hoc textu præcipere ꝑ fiſſuris labiorũ ſumẽ & anũ aliquo medicamẽto illiniẽnda eſſe, vt in ſuperficie litera ſignificare vr. Conſenſu enĩ quodã & colligãtia (vt dicũt) contẽperato nimirũ humore ab illis partibus ad os vſque aſcendente, veluti remota cauſa, fiſſuræ labiorum auferantur. Sed quantùm expoſitio hæc ridicula ſit ne morationis compos ignorabit. Vera igitur textus interpretatio eſt, vt ratio ſuadet atque etiam

Exercitatione vti vtiliſſimum.

Confectio ſyrupi Sancti Ambroſij.

Inſtillatio ad excitandum ſudorẽ proficua.

Topica medicamenta.

Aqua cynnabaris.

Ridicula quorũdam expoſitio text. Auicẽ.

Vera expositio textus Auicennæ.

etiam Petrus de Argelata vir in chirurga facultate non postremæ notæ libr. 3. capit. de fissuris labiorum apertè sensit: vt eadem medicamenta quæ fissuris suminis & ani opitulantur: possent propter paritatem rationis, ef fissuris labiorũ etiã conferre: quia in illis omnibus eãdem curationis methodo indigemus. Verùm si pustulæ admodum ostracosæ vultui inhæserint, vltimum auxilium est factis vniuersalibus euacuationibus: aqua alchimistarum intingere: deinde altero die suffitum ex decocto hordei fœnu græci & seminis lini in vultu recipere. Vnum præter dicta in hoc morbo notandum aduertito: sæpius abscessum inguinibus euenire: vlcere in colle præcedenti. Hunc igitur si præcociter aperiamus, & longa maturatione apertum obseruemus ab incipienti, vel futura allopecia huic morbo peculiari ægrotum obseruare compertũ est, pernicioso fortassis succo, pilorum defluxus causa, illic veluti reuulsione attracto. Attrahitur autem in hunc locum materies, suppuraturque tum potissimũ siccis cucurbitulis: tum emplastro quod recipit radicis brioniæ, cœpæ, corticum radicum alteæ recentis, foliorum malua rum, ficuum siccarum, passullarum enucleatarum, piperis aquaticis, sing. P. j. coquantur optimè atque pistentur, postea addatur fermenti, axungiæ suillæ insulsæ, butyri vaccini sing. vnci. ij. Euphorbij puluerizati dragm. j. fiat emplastrũ. Rursus pretium operæ erit hic aduertere (nequis forsan decipiatur) ano, vel pudendo laborantibus catarticum exsoluens scamonium recipiens non esse ægrotis exhibendum, ne supernarum partium recrementa ad partem inferiorem laborãtem ferantur, morbumque adaugeant. Quod non solùm ratio ipsa indicat, sed etiam Galen. tum. 4. Meth. ca. 6. tum etiam. 13. eiusdem cap. 6. atque alijs plerisque in locis, contra vero euenit in affectibus membrorum superiorum nanque soluens medicamentum ac recrementa ad inferiora trahit. Cæterum si euacuatione fuerit opus solam casiam fistula, mannam, diacatholiconem, vel syrupum rosarum persicarum nouem infusionum callosi medici exhibere consueuerunt, vel vomitum ciere, quo materies & sursum reuellatur, & à ventriculo vomitione reijciatur. Clysteribus etiam deriuantibus vtuntur. At verò hac Galeni sententia non obstante, si liceret, dicere ausim etiam pharmacũ exoluens dictis inferioribus affectionibus conuenire. Longè enim maius sequeretur iuuamentum in posterum diminutis membrorum superiorum recrementis euacuatione) remota nempe causa) quàm nocumentum ex aliquantula humorum ad eam partem attractione per pharmacum.

Animaduersio multi sanè momenti.

Aduersione Medici in errorem incidant.

CAP. VIII.

Quo ante curationem secundæ speciei huius morbi: de inuentione ligni indici, seu sancti, eiusque temperatura disseritur.



VIA secunda huius mali species per quàm rarissimè absque decocto ligni huius curari solet, sicuti tertia species, & potissimũ quarta absque vnctione mercurij, vt experiẽtia docet, itaque in hoc capit. 2. De ligni sancti inuentione, ac temperatura disseramus: in sequentibus verò capitulis, de mercurij temperatura & longa eius disputa-

ſputatione, eiusq; in medicamentis tuta commixtione pro curatione præſertim tertiæ & quartæ ſpeciei. Cùm natura procax ſemper in noſtris oſtenderetur miſerijs parum erant homini tot morborum genera, cùm ſupra trecentum numerum eſſet, (Plinio lib. 26. cap. 1. aſſeuerante) niſi noua, atq; inuiſa timerentur? ſicuti hæc lues acerrima plaga Gallici, morbi poſt multa iam annorum curricula à ceſſatione, noſtris temporibus denuo homines infeſtantis. Miſertus tamen ſummus opifex turbæ dolentim ac lugentium quos condidit hoc lignum ſanctum hominibus reuelauit, ab Indis, Guaiacam latinis verò, vt creditur, hebanum nuncupatum vt ex Auicennæ ſententia. 2. canonis ac Dioſcoridis lib. 1. capit. 110. aliquatenus colligi poteſt: cuius decoctionis hauſtu quam plurimi iam penè deplorati ſanitati ſunt reſtituti. Sed anteaquam methodum exhibendi decoctum huius ligni aggrediamur, quod iam circa eius inuentionem non parua ſolertia adeptus ſum, in medium adferam. Olim igitur magnopere nobis queritantibus, vnde nam huius medendi ratio originem contraxiſſet, tandem indagatione non pigra à medicis Hiſpalenſibus doctiſsimis (vbi immediatiùs ab Indicis oris hæc contagio peruenerat) certò ſciui Indos hoc malo acerrimè olim cruciatos quam plurima expertos fuiſſe, vt aliquid commodi tanto malo conſequi valuiſſent: At verò nullo inde iuuamento ſecuto, huius ligni decoctum tam in potu aſſumptum quam exteriùs admotum ad obſcænas puſtulas abluendũ experti ſunt fœliciſsimo inde ſucceſſu adinuento. Neq; ab ipſis Indis Medici dicebãt hoc remedium primitus fuiſſe repertũ, ſed hoc mõ contigiſſe, homine hoc morbo iam prope mortem nauiqua vehebatur laborante, ecce procella maxima ſuper nauim ſecuta fuit, eo vſq; vt fluctibus, vndis, aduerſiſq; ventis omnes vexati proximam iam mortem expectabant. Tunc igitur ægrotantem illum iam penè animam exhalantem ſecus litus vt interdum fieri aſſolet eiecere. Quo loco miſerrimè derelictus pauco tempore poſt imbecillus admodum ſerpens fonticulam iuxta arboris radicẽ ſcaturientem, deo duce, adinuenit, vbi tũ morbo, tum fame fermè periens biſcocti pannis buccellam, quam forte fortuna geſſerat, vnda madefecit, comedit, bibitque, atq; eadem aqua puſtulas, tubercula, vlceraque abluit, quibus vires aliquantis per recuperauit deinde affecta omnia corporis loca ſæpiùs abluens biſcocto pane, aquaq; duntaxat nutritus proſperam valetudinem Deo auſpice fuit aſſecutus. Coniectans igitur arboris virtute, & aquæ ab eo ſcaturientis ſanitatem eſſe adeptum, frondes atque ligna ipſius arboris experiendi gratia ſecum tulit, in aliaſq; Indicas ſe transferens oras & eadem methodo plures hoc morbo cruciatos liberauit: Deinde Indi ipſi eadem iam curatione vſi fuere maximo inde commodo aſſecuto. Demum poſt aliquam temporis intercapedinem indies huiuſmodi curatio in vrbem Hiſpalenſem (vt ita dixerim) transfretauit, vbi periti medici poſtea bonam victus rationem, atq; corporis euacuationem ante hauſtum decocti huius ligni, atque etiam poſt in curatione addidere, atque meliorem aſſumendi ordinem. Hinc igitur in totum Hiſpaniarum regnum atque in exteras nationes vſque hodie diuagatur magniq; habetur & licet Doctor quidam alioqui certè doctiſsimus cum Plinio lib. 22. cap. 14. ſæpiùs diceret mihi non placere remedijs tam longè naſcentia: Sed quæſo, Rhabarbarum, agaricus & alia quam plurima medicamenta longè admodum naſcentia, quæ prædicta auctoritate poſſent etiã

Perſcrutatio Authoris circa inuentionẽ ligni Indici ſiue ipſius decocti.

Hiſtoria ligni Indici.

Reprehẽſio in quẽdam doctiſsimũ virum.

calumniari, humanis corporibus ægrotantibus nonne præsidio sunt? Quibus ostensis superest modo huius ligni temperaturam eiusq; electionem explicare: pauca licet de ipso apud priores medicos reperiantur: Quidam enim calidam atq; siccam ex elementis sortiri temperaturam in secundo gradu: quidam verò paulo suprà asseuerauerunt, indicio quidem sumpto à caliditate sensibili corpori humano ab eo citra læsionem inducta: quæ quidem operatio à Galen. 5. de simplici medicina asseuerante secundo gradui adscribitur. Verum quia eius decoctum & calidis & frigidis affectibus subuenire sæpius solet, vt periculo constat, symmetrium temperatura dici non inconueniret, cuius quippe est & calfacta refrigerare, & refrigerata calfacere, vt de oleo rosato Galen. 2. simplicium. cap. 27. & vltimo asserit. At verò sicuti, de oleo rosato ibidem dicit plus membra calfacta refrigerare quam infrigidata calfacere, per oppositum (vt ipsa experientia docet) huius ligni decoctum plus membra refrigerata calfacere, quam calfacta infrigerare habet. Poterimus tamen aliquantulam eius caliditatem magis temperare, commixtis in decocto, (vt sæpe facere consueui, cùm morbus postulat) aliquibus simplicibus frigidis medicamentis, veluti è diuerso calidis ad magis calfaciendũ (cum oportet) vt suo dicetur loco. Penes etiam secũdas atq; tertias medicinarum operationes, quarum Auerr. 5. collectionum meminit, hoc lignum sanctum mirificè operatur, quibus varijs naturis forsam opem fert. Verùm fateor ex accidenti symmetriam temperaturam hoc lignũ excedere posse, atq; finem caliditatis secundi gradus prorsus attingere: adaucta nempe in decoctione nimia ligni quantitate, & eo vsq; incocti vt minor multò decoctionis supersit quantitas. Per quantitatem nimirum continuam, vel discretam gradu ipsius caloris adaucto. Quantitas enim licet intensiuè non ad augeat gradum extensiuè tamen ipsum ad augere potest: augetur etiam eius caliditas sumpta vberiori decocti quantitate.

Varia quorundam placita circa temperaturã ligni Indici.

Authoris opinio.

Declaratur.

Aduersio.

CAP. IX.

De curatione secundæ speciei huius morbi per haustum decocti ligni sancti, deq; eius electione.



Vando autem secundam huius morbi speciem curandam susceperis, nempe pustulis fœdis non solùm, sed interdum nonnulla ossium inæqualitate, atq; allopecia præcedentibus, tunc potus decocti huius ligni maximo est iuuamento. Sed licebit priùs commodiores huius ligni notas hîc describere, quas callosa iam experientia nos docuit. Sunto igitur nouem. 1. vt lignum sit solidum, crassumq;, vt maior inde multitudo formæ, ac perinde maior actiuitas in eo reperiatur. 2. recentius quod haberi possit ne sua antiquitate vires amittat. 3. lene nodositatis expers, vt in eo virtus æqualiter recondatur. 4. vt sit corticе integra non cariosa, satisq; adhærente circunductum, quod, lignum esse recens indicat, quadantenus odoriferum vt aliquam aromaticam virtutem præse ferat. 5, vt cor siue medium eius sit colore sub nigro præditum: circunferentiæ verò eius inter albedinem & pallorem. 6. ꝙ lingnæ contactu in colorem crocei mutetur, hoc nanq; magis recens quam vetus lignum esse indicat. 7. vt linguæ etiam contactu aliqua percipiatur

Notæ electionis.

tur amaritudo. Ex hoc nanq; aliqua sensibilis caliditas apta materiam per sensibilem diflatum discutere censenda est. 8. vt ponderosum sit, quo enim ponderosius eo recentius indicatur, & si cum his tale lignum inueniretur, vt ab eo igni admoto non nihil gummositatis efflueret, nil ad hanc rem vtilius.

Deuaria cibandi ratione sumẽtes decoctum ligni Indici.

Pro sumendo autem huius ligni sancti decocto (sic enim ob eius mirificas operationes ipsum nuncupauere) aliqua oportet præmittere fundamenta. Primũ vt tempore verno, vel autumno ex regulari cura assumatur. His nanq; tẽporibus nec calor nec frigus infestant. Secundum vt non eadem inedia omnibus iniungatur, sed secundum virtutis robur. Si enim vires sinant à principio tenuis sit, nempe ex passulis, amygdalis, biscoctoq; pane, vt posteà latiùs dicetur: sin minus caro pulli assi eis non prohibeatur, Sed oportet tunc hos ægrotantes hunc potum longiori tempore assúmere, verum qui à principio viribus constant, si forsan postea animo deficiant, pullorum etiam carne cibandi sunt: confortatisq; ipsis cibo ad solitam inediam redeundum est. E diuerso verò viribus imbecillibus quibus à principio pullorum carnem concessimus, postea iam viribus recuperatis denuo iniungenda tunc inedia eis est. Nanq; si nullo adhibito discrimine hæc curatio indifferenter in omnibus exerceretur, hoc certe ligno vapulare quispiam aut interfici, sicuti alio quoppiam ligno posset. Vnde haud immeritò apud auctores omnes veluti axioma dicitur, medicos dextro quidem oculo virtutem, sinistroq; ægritudinẽ inspicere debere. Quapropter Gal. 9. Meth. c. 16. vulgares medicos nullo discrimine in curatione ab eis obseruato curantes, sutori calciamenti eodẽ calapodio omnes calciare volentis rectè sanè æquiparauit. Medica ergo

Oportet medicum dextro oculo virtutẽ, sinistro vero ęgritudinem inspicere.

manu veluti habenis quibusdam infrænanda inedia, vel vrgenda est. Secundo, quãdo pro vlceribus huius morbi hoc ligni decoctum exhibetur: oportere ea vlcera priùs esse prorsus munda, ac pura, & ossa ab omni carie libera: secus enim bona caro non regeneraretur, sed sordida vt experimentũ sepe nobis indicauit. Quarto, notandum ꝙ si forsan æger capitis affectionibus laborauerit, vel paralysi stæchadem atq; maioranam saluiam, atq; rutam prædicto decocto esse commiscenda: oculis verò male affectis euphrasiam, chelodonium: artetica laborantibus camæpitim: in iecoris verò obstructione absynthium eupathorium: lyenosis verò splenium, caparis radicem: stomacho laboranti, mentã: renibus glyzyrrhyzam. Ad quod præter experientiam cum optimo successu Gal. 13. meth. c. 14. visus est hallucinari. Nanq; ex huius morbi materia omnes morborum species atq; etiam hecticam posse euenire periculo compertum habemus. Aduertendum rursus est, in fœminis hoc morbo laborantibus quibus menstrua defecerunt oportere in decocto ligni huius: arthemisiam, ac choriandrum putei, vel capillum veneris, siue adianthos commisceri: quibus quidẽ euocandi menstrua virtus inest: quanuis periculo compertum habeam tempore quo hoc ligni decoctum ab eis assumitur, menstrua, vel minui, vel prorsus deficere, nempe sudore, atq; sicca inedia mẽstruorum materia consumpta. Quinto, vt ante huius potus assumptionem vena si morbus, vt iam ostendimus, postulauerit secetur, vel venter soluatur, vel vtrunque (si opus sit) fiat. Verùm syrupi atque pharmaca pro qualibet materia digerenda atq; euacuãda in antidotario (Deo duce) explicabuntur. Sexto, non conticendum documentum est, interdum in hoc morbo euenire symptomata circiter vigesimum

Non esse exhibendũ decoctum ligni Indi ante integram vlcerũ mundificationẽ.

Aduerte varias herbas commiscendas decocto ligni indi secundum varias corporis affectiones.

Interdũ secanda vena est.

Interdũ adaucta symptomata fie

 gesimum

miorē salutis spem pollicetur.

gesimum diem à decocti assumptione grauiora, quæ nempe vt sæpissime expertus sum firmiorem salutis spem pollicentur, commotis nimirum tunc attrabiliosis materieb⁹ in hoc morbo prædominā tibus, posteaq; natura vitare euadente vt in pugna aliorum morborū. Vnde non abre Galen. 3. de crisibus cap. 2. & Ioannes Alexandrinus, in commentarijs de morbis vulgaribus: tempore status morbi quando accidentia magis infestant artistam quidem medicū lætari, idiotamq; contristari asserunt. Idemq; Auice. 2. 4. tract. 1. cap. 20. sensit apertè his verbis: & scias quod signa mala cùm aggregantur & est dies creticus tunc spes est verior & fortior quam si sit econtrario. Quibus ostensis tempestiuum erit, methodum sumendi huius ligni decoctum docere. Sume igitur eius ramenti prædicto modo electi lib. j. & in viginti libris aquæ pluuialis intesta recenti per triduum infundito: posteà igne carbonum leui absque fumo eo vsq; ferueſcat, vt ad lib. vj. redigatur, cooperta olla inter coquendum recenti operculo, depositaque spuma cochleari nouo ex eodem ligno Indico fabricato. Hac igitur spuma tepida vlcera, vel tubercula, seu dolorifica loca sunt illinienda siccis linamentis super impositis, omni alio medicamento tunc posthabito, vel abluantur decocto solius corticis huius ligni in vino albo veteri. Decocto igitur modo dicto iam facto olla pannis obseruetur cooperta vsq; in sequentem diē. Tunc autem panno excolletur, exprimaturque, atque in vitrea ampulla, vel quopiam alio mundo vase ad vsum reseruetur: verùm quod superfit post collaturam ramentum in olla plena aqua admedietatis consumptionem iterum ebulliat. Harum igitur decoctionum prima, manè sumenda, Quæ quidem medicinalis syrupus nuncupatur. Secunda, verò in

Method⁹ sumendi decoctum ligni indici.

prandio atque cœna, bibenda cōis potus dicitur. Primæ igitur in solis ortu lib. semis. bibendum dato tepidæ. At verò si vasculum quo ista aqua prima siue secunda propinatur, ex prædicto ligno fabricetur, saluherrimum erit, vt experientia iā diu me edocuit: sicuti lyenosis vase tamarisci, & angina affectis vase hederæ bibere summè prodesse compertum est, Auicen. 2. canonis cap. proprio asseuerante. Potione igitur iam assumpta æger pannis siue stragulis inter sudandum cooperiatur. Post quinq; verò horas deposita subucula panno lintheo à sudore abstergatur, & subucula alia induatur. Medici verò Flandriæ, vt certò sciui, atque Itali infirmum prorsus nudum syndone tātum inuolutum sudare iubēt: faciliùs enim, ac citiùs multò dicunt syndonem quam subuculam posse remoueri. Cibus igitur iuxta secundum documentum præparetur, exhibeaturque, nempe debilibus, assus pullus: virtute verò constantibus passulæ, amygdalæ ana. vnci. j. biscocti panis. vnci. j. semis, vel vnci. ij. Huiusmodi autem panis ex farina optimi frumenti vino, saccaro, & aniso conficitur: à quibusdam verò vitelli ouorum adduntur, licet interdum viderim pauperes plures solo pane torrefacto loco biscocti optata etiam sanitate frui. Potus verò prandij atque cœnæ sit aquæ secundæ: atque siti molestante quocunque tempore eam concedimus. Translatis igitur quinque horis à potu eadem quantitas primæ decoctionis ligni tepida infirmo exhibeatur, atque totidem elapsis horis vt pransus fuit, ita cœnandum, & ad nouem vsque dies eadem inedia obseruetur. Carnis esu de cura regulari prohibito. Vnde memini profectò iam diu quendam iuuenem, amicum atque affinem meum, robustissimum sanè corrosiuis vlceribus totius vultus atque vnius pedis laborantem

rantem, salutis diu amissæ desyderantem me inuito eandem inediam tenuem per 25. dies obseruasse, & sic (Deo auspice) sanus euasit. Demum addendus, minuendus ve cibus est (vt iam suprà tetigimus) pro virtutis robore, vel imbecillitate: vbi robur est minuendo, vbi verò imbecillitas, vel animi deliquium (quocunq; tempore) addendo, ita vt virtus sola vtriusq; scopus sit. Prædictis igitur nouem diebus iam finitis ex regulari curatione pulli assi medietatem pro prandio illis concedimus: pro cœna verò assuetam inediã, duplicata tamen quantitate. Quę quidem victus ratio post quindecim posteà dies vsurpanda est: quibus transactis noctu iam pullus assus cum biscocto pane pro cœna concedatur: pro potu verò aqua secunda. At verò nutritis pullis furfure cum aqua huius ligni decocti confecto, prosperum certè euentum euenire vidi. Verùm interim memoria summopere tenendum est, vt tribus elapsis diebus à potu vnius libræ primi decocti, altera libra in alijs viginti libris aquæ pluuialis sicuti priùs infundatur: vt sic anteaquam primæ libræ decoctum finiatur, hæc secunda (vt ostẽsum iam est) etiam per triduum infundi ac perinde concoqui possit, vt nullo intermittente die decoctum bibatur, & non secus, vsque ad triginta dies faciendum est. Sexto quoque die libræ vnius decoctum ægris sumentibus, principio, medio, atque fine triginta dierum, aluo conuenienti pharmaco soluto, quorum pharmacorum in antidotario fiet mentio. Cęterum toto integro mense transacto atq; multo post: nullo modo valetudinarius manus neque faciem abluat, transacto verò mense, vel vino albo calido, vel ligni decocto tepido fieri poterit. Cura etiam maximè adhibita vt æger optima victus ratione vtatur, prohibitis ei viridibus, salsis, acetosisque cibis, & non subitò, sed sensim ad solitam consuetudinem reducatur, & per aliquam temporis intercapedinem aliquo catapotio corpus euacuetur, atque aquam secundam decocti ligni sit ei communis potus per aliquod tempus: secus enim morbus iam penè solutus forsan denuò recidiuam faceret. Sed hic obiter notandum quosdam ægrotantium interdum reperiri nullo modo volentes, vel valentes legibus huius decocti ligni subijci. His igitur alterum duorum consulendum erit, aut syrupum decocti huius ligni in antidotario describendum per triginta dierum spatium manè in quantitate vnci. ij. assumere cum bono regimine, & potu aquæ secundæ: aut si hoc facere renuat, licebit tunc per multum tempus decoctum huius ligni pro communi potu cum bono cibo penè solito assiduè bibere, oĩ alio potu prætermisso, interposita interdum, si fieri possit aliqua corporis euacuatione. Hoc nanque modo multos certè vidi non solùm ab ęgritudine, cuius causa potus decocti ligni illis propinabatur incolumes euadere: imo præter spem ab alijs antiquioribus affectibus, vt à surditate ac suffusione quod mirum est. Quod videns quidam valetudinarius alia omni potione deinde spreta per annum atque longius tempus hac duntaxat cum solito cibo fuit vsus. Verùm quia hanc secundam speciem huius morbi allopecia sæpe consequi solet, nonnulla mihi experta medicamenta aduersus hanc luem in antidotario describentur. Neq; prætermittendum est breuiter agere de alia curandi via, quam hominum solicitudo, solertia atque necessitas post ligni huius inuentionem excogitauit, nempe quæ rubo Indico, vulgo, çarça parrilla, graminis specie vt quibusdam placet: alijs verò lupulorum, perficitur. Atque

alimenta dormis laborantibus vitando.

Renuẽtibus dococtũ ligni his legibus sumere quid expediat.

de affectibus, qui ligno sancto curantur, lege Monardem in suo de medicamentis indicis libello.

Modus quo Smilax aspera, aut radix Chinę tribuitur, idem est cum supradicto modo de ligno indico.

etiam eam curationem quæ radice chinę molitur inuenere. Vtriusq; curatio à curatione potus ligni Indici paucis differt, nisi quòd sicuti lignum per libras: isthæc per vnci.iiij.vna quaq; vice cum minori aquæ quantitate, nempe in lib.xvj. decoquantur, & quia calidiora aliquantò sunt, breuiori tempore, tenuiorią; victu exhibentur. In alijs verò eadem est propinandi methodus. At vero, siue hac sumpta potione, siue illa decocti ligni ad sudorem ciendum, si sudor ipse pigrè moueretur, confert pedibus & alis vacciuas vesicas semiplenas decoctione actu calida aneti, pulegij, roris marini, & similium apponere. Sudor enim inde conflatur. Quidam verò decoctum ligni Indi in vino exhibet: quod non laudo nisi forsan senibus admodum pituitosis vel regionem frigidissimam incolentibus ac præsertim tempore hyemis vinoque valde assuetis.

CAP. X.

De curatione secundæ speciei huius morbi per topica medicamenta.



IXIMVS AVtem, admonuimusque præcedenti capite decoctum huius ligni eis qui vlceribus laborant, nullo modo absq; omnigenaeorum mundificatione, & abstersione esse exhibendum. Cùm enim carnis productio naturæ opus sit, sicuti subtractio artis auctore Galen. 3. meth. cap. 6. nisi vlcera prorsus munda ac pura sint vitiosa caro à natura in ipsis generaretur contra verò puritate in vlcere reperta tunc facilè natura carnem puram alit. Igitur vlcera si sordida sint: facta vniuersali corporis euacuatione non solùm mũdificanda, sed abstergenda ab omni sorde priùs sunt, veluti vnguento apostolorum, vel si opus sit in maiori necessitate abstersionis AEgyptiaco vnguento: at verò adaucta magis in vlcere vitiosa caro, puluere Ioanuis de Vigo dematur (dico autem Ioannis de Vigo iuxta vulgi opinionem) licet alij superiores eo medici hunc puluerem adinuenerint, nempe Nicolaus Masa suo libro de morbo Gallico, ac perinde Leonardus de Vertapallia, sed longè fortiùs puluis ille operatur, vt sæpe expertus sum, si linamentum, vel torunda priùs in aqua alchimistarũ, deinde in prædicto puluere intingatur, vel potest quopiam alio potentiali corrupta caro prorsus absumi, sicuti eo quod ex vnguento populeone, opio & semine Iusquiami ana. drag. sem. & sublimato. drag. j. conficitur, puluerizatis nimirum puluerizandis, & cùm vnguento commixtis. At verò si fortiùs adhuc id medicamentum fieri oporteat de sublimato addito: si mitiùs, minue. Aliud quoq; ad idẽ facere consueui, ex frusto suillæ carnis, salitæ, pinguis perforatæ crebris foraminibus, ipsisq; sublimato puluere impletis. Hoc igitur veru figatur igneq; assetur, & quæ inter assandum effluat pinguedo in vasculo aqua rosata pleno recipiatur, & postea digitis subigatur, & proficuum potentiale habebis, ad interficiendos etiam mures id præstat. Aliud nonnunquam potentiale aliter conficio ex puluere sublimati cum candido oui cõmixti, atq; exiccati & in pollinem redacti. Alio etiam vtor, nempe ex puluere sublimati dragm. ij. cũ succi iusquiami vnci. j. commixti, & exiccati, & postea in pollinem redacti. Nec minus ex rasura panni lini veteris cum aqua alchimistarũ commixta

Modus augendi vel minuendi causti operationem.

Varia caustica medicamenta.

mixta & post exiccationem in pollinem reddito. Hæc sunt potentialia mihi experta. Admouenda tamen cautè sunt, secus enim multa adferunt interdum incõmoda. Modus verò admouendi est post corporis euacuationem cum inedia vergente ad frigiditatem & humiditatem, & post causticum admotum (secuta forsan notabili alteratione) secanda vena est: adaptandi verò modus sit talis. Ponatur pecia panni lini cum vnguento albo in medio secundum quantitatem vlceris perforata, ita vt totum vlcus pateat: posteà ipsi tantùm potentiale subtiliter applicetur, superimpositis demum filis siccis: deinde pecicula panni lini cum aliquo medicamento superimponito veluti est vnguentum, dimidiæ confectionis, seu pallidum, in circumambitu verò vlceris pannos oxicrato, & succo plantaginis, vel solani madefactos, vt caliditas ex potentiali superueniens prohibeatur: qui bisterúe in die immutentur: post eà vaccino butyro, vel medicamento ex oui vitello atq; rosato guttatim commixto vlceris crusta euellatur. Demum vlcera emundentur & carne impleantur cicatrice in posterum inducta medicamentis in antidotario describendis: At verò si ossis caries in vlcere reperiatur quod visu, vel specillo dignosces (retinetur enim specillũ in carie ossis) tunc, curatione sequenti capite, quo de tertia specie huius morbi agitur curãda chirurgia est. Sed in calce hui⁹ capituli aduertito obsecro supposita cauterij actualis, seu potentialis necessitate, fugiendum prorsus à potentiali esse, atque actuali vtendum: nisi forsan, vel æger timidus admodũ sit, vel syncope capi consuetus, vel necessum sit aliũde, nempe à principi aliqua particula humorem molestantem reuellere, vel deriuare, seu intercipere, vel ad locum cauterizandum trahere tunc enim maiore

Precautiones & modus admouendi caustica medicamenta.

Longe securiorem esse vsum actualis quam potentialis cauterij: & rõ nisi quã rarissimè.

mora caustici operationis huiusmodi materies magis atrahitur. Cæterùm in alijs longè tutiùs est actuale cauterium ipso potentiali vt neminem latet: vtriusque enim operatio, meo iudicio, sanguinis missioni, & alui solutioni æquiparatur: illa enim digito cum voluerimus statim cohiberi poterit: hæc verò nullo modo. Sicuti sagitta è manu iaculatoris semel eiaculata, vt Gal. æquiparauit: sic igitur actuali cauterio in nostra potestate ac electione est, hanc, vel illam partem in summo, vel alto parum, vel multum adurere: in operatione vero potentialis nullo modo. Vnde Galen. de pernicie caustici. 2. de symptomate. caussis capite. 5. agens: Si causticum, inquit, medicamentum particulæ vlceratę imponas, primò quidem dolent: posteà rigent: mox febriunt &c. & Albucasis libro primo. capite primo. Scitote, inquit, fratres, quod ex secreto curationis per cauterium cum igne & bonitate eius, super medicina comburente est, quoniam ignis est simplex, cuius actio non peruenit, nisi ad membrum quod cauterizatur, & non nocet membro coniuncto cum eo, nisi nocumento paruo: Medicinæ verò comburentis actio venit ad illud quod elongatur ex membris, & fortassis facit accidere in membro ægritudinem difficilis sanationis, & fortasse interficit: ignis verò propter subtilitatem, & bonitatem substantiæ non facit illud &c. Deniq; vt caustici perniciem summatim dicam audiatis obsecro Guidonem tractatu. 4. capit. 8. de vlceribus coxarum, vbi inquit: caue de quantitate corrosiui, seu caustici, quia ex hoc pericula vidi à quibus nos liberet omnium liberator.

†

Authoris cõparatio inter actuale & potentiale cauteriũ cum venę sectione & alui solutione.

Praua symptomata & vitæ discrimina interdum euenire ex caustici appositione.

CAP. XI.

De curatione tertiæ speciei huius affectus.



QVando aũt huius tertia morbi iam species accedit (in qua æger vltra ea incommoda, quorum iam facta est mentio) ossium etiam carie et scyrrhosis eorum tuberculis affligitur nunc opus est, accuratiùs multò rem tractare, & licet dictitata repetere sæpiùs videar, non tamẽ in memoriam reuocare sinam oportere semper corporis euacuationem medicamenta topica præcedere. Quandoquidem Galen. id nos passim docet. Hac igitur peracta vbi vlcera carnem erodentia adsint (vt præcedenti capite dictum est) curentur: auxilio etiam ab antidotario assumpto. Verum si tubercula ossium scyrrhosa (quæ Auenzoar etiã lib. 2. Theisir tractat. 6. cap. 5. ossis ingrossationem præter naturam nũcupauit) innascantur, ipsa interdum mercurij vnctionibus & topicis medicamentis curatur, interdum verò non sine chirurgia, vel manuali operatione. Medicamentis igitur his huiusmodi tubercula nonnunquam curari solent, dummodo cariosa non sint, videlicet pharmaco solutiuo, in antidotario describendo, corpore prius euacuato, deinde Recip. aceti sambucini acerrimi vnci. ij. succi foliorum caulium rubeorum vnci. vij. olei ligni Indici, olei cucumeris agrestis ana vnci. ij. fellis vacini nume. j. cum sufficienti quantitate pulueris ligni Indici, & florum chamæmelli, & roris marini floris ana. confice emplastrum. Ad idem summe cinnabaris vnci. ij. cum aceto schilitico & melle æquis portionibus mixtis fiat omnium commixtio, quo tuberculum ossis liniatur, apposita desuper lana succida, & hoc certè medicamẽtum prodesse solet. Cinnabaris nanq; est veluti argentum viuum potentia, constat enim quæ arte factitia est ex argento viuo atq; sulphure: cæterùm quæ vera est fossilis ex minera argenti viui veluti lapis ruber extrahitur, quem iam diu vidi. Rursus cæratum illud Ioannis de Vigo id quo argentum viuum, & viperæ axungia, & oleum croci, & cætera ingrediuntur. Nec minus oleum ligni Indi in antidotario describendum ad hoc prodest. Aliud ad idẽ, vnge melle calido ossis tuberculũ & superspagito puluerẽ chamæmelli & chamæpitis super imposita œsypi lana, deinde ligatura. Ad idem quoq; præstat lixiuium ex cinere ligni Indici, & roris marini & palmitum, commixto pauco aceto sambucino, & spongia noua in eo infusa, atque expressa loco priùs melle illito vt spongia meliùs adhæreat, quæ quidẽ deligatura cõprimatur. Suffictus etiã lapidis piritidis igniti in aceto acerrimo proiecti, vel loco eius lapidis molendini pretium opere est. Sed oportet vt docet Galen. 14. metho. cap. 4. non vti aceto in hoc casu longo tempore, nec internitia, Sed morbo iam addulto, & nõ nisi cum præparata iam sub emolientibus pars fuerit: quia aliter læderet: præsertim in locis neruosis, lamina quoq; plumbi superimposita iuuamento esse solet. Sed ne hinc inde lubricet, oportet super aliquo emplastro applicari in panno lini: cuius emplastri quantitas, super emineat quantitati bracteæ plumbi, vt ipsa ossis tuberculo meliùs adhæreat, ac minimè diuagetur. Neque obstat plumbum frigidam temperaturam discussioni oppositam sortiri, Galenus nanque 9. de simplicibus capite de mollibdos, id est, plumbo asserit, discutiendi virtutem habere, & scyrrhosos nodos per halitum digerere, idemq; multi authorũ asserunt,

Oportere semper corporis euacuationẽ topica medicamenta præcedere.

Duplex cinnabaris species.

Varia medicamenta topica ad ossium scyrrosas duritties.

asserunt, an quia inest plumbo complexio debilis nexus: cuius meminit Auicenna secundo canonis capit. primo. in qua quidem complexione: partes mixti non sunt firmæ, sed faciles ad disgregandum. Et sic partes calidæ elemētales, partim plumbum constituentes, possent discutere ganglium, ac cirhosas duricies. Nulla enim medicina à Deo frigida est, quin partes aliquot caliditatis obtineat, & è contra: Et in hoc longa esset indagatio phisica quam tractatu meo de ossium fracturis longè reperies. Auerrois quoq; quinto collig. capit. de medicinis quæ ex mineris sunt huius etiam causam aliter docens, inquit, quòd licet plumbum frigidum sit, habet tamen virtutem dissolutiuam, comparando ipsum carni hominis. Vtrùm autem ossa possint apostemari dubia certè quæstio est, sed sub breui epilogo hæc est eius resolutio, nempe duplicem esse apostematis generatiōis modum, scilicet, verè & propriè, sicuti membra raræ contexturæ apostemātur, in quibus quidem, vt communiter dici solet, priùs replentur venæ magnæ, deinde paruæ, posteà membri porositates Galeno libro de tumoribus præter naturam capit. secundo. quo quidem modo ossa verè non possunt apostemari, tum sua duricie: tum etiam quia prædictorum sunt expertia. Aliter verò non propriè & verè, sed impropriè & similitudinariè: omne enim membrum quod alimentum suscipit aptum est cum eo aliquid recrementi recipere, quo præter naturam extenso intumescit, & idem suo modo ossibus secundum eorum capacitatem, accidit sensim parte super partem indurata, donec quis tumor & extensio emineat, ingrossata nimirum aliquatenus ossis cauitate. Vnde Galen. sexto metho. cap. quinto. planè intelligens ossa veluti membra reliqua verè ac certè apostemari non posse, sed impropriè ac non verè, vt diximus, inquit. Nec sane mirer si phlegmones quidam simile etiam ipsis fractis ossibus accidat. Quem Serapio imitatus inquit: si dentes viriditatem in toto suo recipiant corpore, tunc non est mirandum quòd consequatur eos illud, quod simile apostemati existit. At verò qui hanc tractationē impensiùs videre cupit Conciliatorem differentia. 96. legat. Verùm si præfata ossium tubercula medicamentis vniuersalibus, & particularibus non cædant, chirurgia certè opus erit. Sæpius enim carne ipsa penè illæsa, nulloque purè intùs genito (quod mirum est) in hoc morbo reperitur, quod passim videmus, & mihi quidem non raro contingit, huiusmodi tubercula puris & interdum doloris expertia in capite aperire, ex temploque vtranque ossis caluariæ tabellulam, vsque ad duram cerebri membranam prorsus vitiatam inuenisse: ægroto postea (Deo auspice) euadente (mirabile sanè dictu) cuius causam priùs indagabo deinde eius curam aggrediar. Causa igitur forsan esse potest, aut quia attrabiliosa materies in his tuberculis, vt plurimùm peculiaris frigidæ, ac siccæ temperaturæ cùm sit, ossibus ipsis eadem etiam temperatura præditis prorsus adhæreat, carne verò parùm, vel nihil vitiata: Aut quia huiusmodi attrabiliosus humor proprium ossium & membranarum alimentum recremēta etiam secum ferat. Quibus adauctis ipsa ossa potissimùm vitientur, & aliquatenus præter naturam intumescant, caro autem non itidem: Aut fortassis, quia agentia fortia in passo magis resistenti intensius agūt, neglecto ab ipsis passo dbiliori. Autore eñ Philosopho, non quodlibet agit in quodlibet, sed determinatum in determinatū. Et hac etiā ratione. 3. Meteororum capi. 1. inquit, resistentia patiunī aliquid,

Plūbū quanuis frigidū, virtutem aliquam discutiēdi sortiri.

Ossa non verè, sed impropriè & similitudinariè apostemari posse.

Sæpe carne illæsa in hoc morbo ossa carie afficiūtur & ratio.

quid, quæ autem non, nihil: vnde fulmen hominem interfecit, vestimenta tamen eius non combusit. Atque vt inquit lanceæ æreæ infixæ in clypeo ligneo fuerũt liquefactæ, & lignum propter raritatem nihil fuit passum. Sic igitur humor ille atrabiliosus magnæ certæ impressiõis potiùs in os magis resistens quàm in carne nullius resistentiæ operatur. Sed reliquũ haud minoris admirationis explicãdum superest: nempe læthalia propè semper symptomata quæ capitis vulnera, præsertim cum ossis confractione comitari sæpè solita sunt, vt febres: inordinatosque rigores, ac vomitiones: in tuberculis tñ capitis vlceratis cum maxima ossis erosione, etiam cerebri membrana detecta: vel prorsus deficere, vel vt plurimum citra mortis discrimen euenire. Quod experientia nobis sępè indicauit. Interdum enim vidimus quosdam ægrotantium tuberculis capitis circiter medietatem anni laborantes, eisdemque symptomatis cruciatos, facta apertiõe, & ossis rasione, & cerebri membranis mũdificatis (Deo auspice) incolumes euasisse. Interdũ verò nullo prædictorũ adueniente symptomate dicta methodo sanatos fuisse: cuius quidem euentus nonnullæ se nobis offerunt causæ. Prima, aut quia natura ipsa nescio quidnam fœderis nõ solùm cũ hoc, sed etiam cum alijs plerisque morbis contraxerit, ita vt ipsa remissiùs multò à solutione continuitatis interna sensim euenienti offendatur, veluti sibi minùs extranea quàm ab externa subitò inflicta: hac enim multò magis, & citiùs spiritibus exhalatis natura ipsa debilitaĩ, quod patet. Nam licet Hipp. 6. Aph. 18. dixerit, solutam continuitatem vesicæ, cerebri, & cordis &c. esse lethalem, compertum tamen est: hoc debere intelligi solutione continuitatis à vulnere exteriori illata: non autem interna. Nanque inflammata, siue vlcerata vesica: in veterno quoque, siue lethargico cerebri abscessu, vel phrenitide solutio continuitatis interna reperitur ægrotis tamen sæpiùs euadentibus, vt Rasis tùm primo, tum etiam. 10. continẽtis, & Auic. 1. 3. cap. 8. tum etiam. 19. 3. apertè asserunt. Corde etiam abscessu saltim frigido laboranti interdũ æger seruatur, vt Auenzoar. 1. li. Theisir. tract. 12. ca. 7. & Auic. 11. 3. tract. 1. cap. 2. sensere, sed solutione continui à vulnere exteriori eueniente nequaquam, nisi veluti miraculo vulnerati seruentur: aut forsan causa alia simul esse poterit, quia in vulnere capitis ad interiora penetranti sanguis, seu alia quæuis humiditas facilè ac subito super duram cerebri membranã irruit, ac prolabitur. Praua inde adducens symptomata. Ossa verò tuberculis huius morbi corpulentiora, atque aliquatenus tumentia cùm sint: vitiosa humiditas atrabiliosa ossibus tẽperatura adsimilis, in ipsis quadamtenus inflatis imbuta retinetur, cerebri membranis non lædens. Quibus obiter non absque ratione enucleatis, ad curationem redeamus. Aperto igitur, vel rasorio, vel candenti ferramento ossis tuberculo: nudatoque vitiato osse post corporis totius, vt dictitatum est, euacuationem, euulsaque posteà crusta siue ignis scara, os purum atque ab omni carie mũdum reddere oportet, quod scalpris, siue rasorijs instrumentis perficitur eo vsque vt os lubricũ ac lene rasione prorsus euadat: deinde actuali cauterio os tangere oportet, vt vitiosa humiditas in eo, eiusq; circunferentijs imbuta prorsus absumatur, vt auctoribus recentioribus placuit. Deinde ossis superficies tum rasione, & igne, tum etiam medicamentis, & aere ambiẽte à natura alteratur, expelliturq;: pura deinde carne ab ipsa subtus regenerata. Methodus verò recta adurẽdi cariosa ossa iam scalpris rasa est, vt si tẽpus tulerit,

Lethalia simptomata in vulnerib. capitis sæpè i hoc morbo, ossibus corruptis & mẽbrana cerebri detecta citra vitæ discrimen euenire.

Quare aliter vitæ periculũ à soluta continuitate externa aliter ab interna eueniat prima causa.

Secũda causa.

Tumore aperto os cariosum radẽdum.

Methodus adurendi ossa post rasionem.

explicatio ... 18. libri

lerit, fructum virentis cucurbitæ in medio perforatæ secundum quantitatẽ ossis cauterizandi super membrũ applicetur. Demum cauterium cautè admoueto: forte nimirum in magna ossis corrosione, debile verò in parua. Cuius quidem viridis cucurbitæ applicatio primo sua actuali frigiditate ignis incendium ac exarsionem temperat, ac refrigerat, atque etiam humorum fluxionem cohibet. Prohibet etiam vt plusquã oporteat locus igne nõ tangatur. At verò si viridis cucurbitæ tẽpus non sit, triplicato pãno in medio perforato, in aqua rosata infuso, idẽfieri poterit. Sed in hoc aduertito obsecro quod si fortis fiat cauterizatio, nempe cauterio moram super ipso osse contrahente, non opus esse rasione, vt iam longa experientia didici. Sic enim cariosum os totum, ignis incendio sensim à natura expelletur. Sed considerandum etiam est in osse capitis carioso nullo modo cauterizatione, vt in alijs cariosis ossibus esse vtendũ periculum enim esset, ne cerebrũ ignis incendio coagularetur. Mortis inde occasione oborta, vt experimento iam vidi. Sed rasione tantùm scalpris admota opus est, deinde aqua alchimistarum os rasum duntaxat tangere oportet. Huiusmodi enim ossa quantumuis cariosa prædicto modo cùm tenuissima sint, à natura citra periculum expellerentur, maximè aeris extranei, & medicamentorum atque etiã puris contactu, vt innuit Hippo. lib. de vulnerib. capitis. Vtrum autem in cariosis alijs ossibus eadem methodo nempe detectione & aquæ alchimistarũ contactu citra rasionem, & vstionem curatio fieri possit, & sic à natura expelli sicuti in capite: dubium non contemnendum est. Cui respondetur triplici ratione in alijs ossibus densioribus id fieri nõ posse, primo quidem quia capitis ossa tenuissima admodum sunt: tum etiam secundo

(Margin: Ossa capitis cariosa radenda & nullo modo vt aliàs cauterizanda.)

(Margin: Quãuis ossa cariosa capitis detectio post rasionẽ à natura expelli possent non itidem alia ossa, & causæ.)

quia membrum admodum frigidum ei subest, Nempe cerebrum. tertio, quia os capitis paucula carne vestitur, in alijs verò ossibus omnia contrario accidunt modo. Nãq; ossa crassiora & solidiora sunt: medulla verò, quæ ipsis subest, calida & humida secundo de partibus animalium cap. 7. caro etiam in ipsis corpulentior admodum est. Quibus contingit ea ossa capitis illæsa quantuncunq; à natura posse expelli: alia verò ossa non itidem vt probatum est.

Sed tempestiuum iam videtur, vt ad curationem tertiæ speciei huius affectus perficiendam redeamus. Admota igitur (modo ostenso) ossis cauterizatiõe siue in ipso osse præter naturam adaucto, ac simul carioso, siue carioso tantùm, eleuataq; crusta, seu scara butyro vaccino, vel quopiam alio humectante atq; calfaciente medicamento, tunc vlcus prorsus mũdari oportet, ad quã nempe intentionẽ, (vt expertus sum) illud Auic. medicamẽtum. 4. 4. capi. de vlcere cum osse corrupto, maximè facit. Habet enim virtutem non solùm ossium frustula extrahẽdi, sed etiam producendæ carnis. Quod recipit Aristolochiæ, Aloes, Myrrhæ corticis plantæ opoponacis, cambil adusti, corticis pini añ. aggregẽtur cum melle & est, vt inquit, mirabile faciens cadere ossium cortices & nasci desuper carnem bonã. Sed miror certè Auice. 2. canonis cap. de cambil, quid nam esset cambil asseuerantem, dixisse esse terram rubeam minutã sicut arena, minoris rubedinis quàm illa quæ in felle bobis reperitur. Hoc nanque sanè nil aliud videtur quàm ignotum per ignotius interpretari. At verò licet quid sit cambil ignoremus, scimus tamen terram esse admodum siccam atq; calidam in tertio gradu, vt idẽ Auic. testatur. Quę quidẽ mẽbris siccioribus, nempe ossibus accommodatur. Sicciora enim secũdum

(Margin: Proficuum medicamentum pro vlcere cũ ossis corrosione.)

(Margin: Quid sit Cãbil cũ ignoretur loco ipsius calciti de vsta vtendum & rõ.)

naturam

naturam ſiccioribus egent medicamentis, Galeno aſſeuerāte lib. 3. artis medicæ capi. 43. Eadem itaque rōne loco cambil in hoc medicamento Auicennæ chalciti de vſta lota, exiccataque in pollinem redacta vtor: eaſdem enim vires nempe calfaciendi, & exiccandi in tertio gradu ſortitur. Cui nempe ſnīæ Serapio nec non Bertapaglia ſuffragari videntur. Facta igitur iam prorſus ſiue hoc, ſiue alio quopiā medicamēto vlceris mundificatione, natura ſuo munere vtens carnem alit, inducta in vltimo cicatrice medicamentis in antidotario ad hoc paratis. At verò vt firmiùs caro ac cutis generentur ſine recidiuationis metu, tunc temporis ſiue in ſecunda ſiue in tertia ſpecie huius morbi præſertim in nomis ſeu vlceribus corroſiuis opus eſt ad linimēta mercurij, id eſt argenti viui tanquā ad ſacram anchoram recurrere. Sed anteaquàm ad alia digrediamur, vnde nam Mercurium huic morbo prodeſſe à ſuperioribus medicis inuētum ſit, ſequenti capite diſſeremus. Deinde in duobus alijs proximioribus. Primo quidem an eius vſus ſit tutus, tractabitur. Secundò verò de eius temperatura: præterea varia linimenti compoſitio ſecundum varias ægrotantium temperaturas deſcribetur.

CAP. XII.

Quo indagatur quonam pacto antiquiores Medici argentum viuum huic morbo pro futurum eſſe inuenere.



VIA curatio huius aduerſæ valetudinis, poſt multa annorum curricula denuo homines infeſtantis, medicos illius tēpeſtatis alioqui eruditiſsimos prorſus latebat, ita vt adhibitis debitis præſidijs, nullamq; opem eis adferentes per alterius morbi ſibi ſimilis curationē huic etiam ſatis rectè curare tentarunt: forſan huic Cornelij ſententiæ lib. 1. cap. procemiali innixi, ſic ſcribentis. Si incidat genus mali aliquod ignotum non ideò tamen fore Medico de rebus cogitandum obſcuris, ſed eum protinus viſurum cui morbo id proximum ſit, tentaturumque remedia ſimilia iſtis, quæ vicino malo ſæpè ſuccurrerunt, & per eius ſimilitudinē opem reperturum. Inuenere itaque Medici hunc morbum lychenis, vel aſaphati, vel prauæ fœdæque ſcabiei, vel malo mortuo, vel elephantiæ quadantenus eſſe ad ſimilem, pro quibus quidem curandis Auic. 7. 4. tract. 3. cap. de ſcabie, atque auctores alij medicamentis in quibus argentum viuum ingreditur, vtuntur. Nec ſanè medicos illius temporis vnguentum ſarracenicum Arnaldi de Villanoua. 2. breuiarij cap. de fœda ſcabie curanda latuit, in cuius vnguenti conſtructione potiſsimum argentum viuum commiſcetur: quippe, quod oris expurgatione, atque muſcillagineæ materiei longa expuitione fœdæ ſcabiei, atque ſalſæ pituitæ, alijſque huiuſmodi prauis affectionibus, vt ibidem dicit, & experientia docet, medetur. Hinc igitur ſumpto indicio medicamentis cum ipſo mercurio commixtis in hoc morbo vti cœpere: atque inuenta ex hoc utilitate ſecundum laborantium temperaturam, & alia à circunſpectis Medicis, tam in victus ratione q̄ corporis euacuatione aduertenda, argenti viui vſus in huiuſmodi vnguentis in hunc vſque diem receptus fuit.

Quādo morbi natura ignoratur curatione alterius ſibi ſimilis procedere medicus debet.

CAP. XIII.

Quo prima fronte probatur mercurij ſimplicis vſum, neque huic morbo, neque alijs conuenire. Demum extinctum atque moderamine commixtum eſſe proficuum.

VT

T distinctius hmōi quæstionis veritas omnibus pateat prima facie vr nullo modo argēti viui illinitionem laborātibus hoc morbo conuenire. Primo, quidem quia venenosa eius materies quoad eius saltim contagionem veneni naturam præ se fert. Ergo argentum viuum quadantenus apud oēs venenosum minus ei opitulari poterit. Confirmatur, quia ex regula topica, tale additum tali facit ipsum furere. Vltra hoc ipsius etiā mercurij est dentibus, visui, cerebro, neruisque ab eo propagatis maximè nocere, paralysimque ingerere Auic. 2. canonis. cap. de argēto viuo asseuerante. Rursus argenti viui propriū est materies à circūferentijs eo illitis versus centrū repellere. Igitur non confert. Ampliùs, quod præcipuis mēbris inimicatur tantū ab eis, vt opem ferat, vt maximè noceat: sed hmōi est argentū viuū: ergo. vnde Auic. 3. 4. tract. 3. ca. de cura scabiei inquit: Elonga illud vnguentum in quo ingreditur argentū viuū à partibus stomachi, & mēbrorū nobiliū, ergo, sed hui° oppositū periculo cōprobat: nāque tam in sedandis doloribus, q̃ extirpandis pustulis, medēdisque vlceribus hui° morbi: argentūviuū cū hoc morbo fœdus, pactūque cōtraxisse cōpertū est. Rursus scamoniū, elebor°, seu veratrū & eis similia mēbris principibus infestissima, ac deteriora sunt q̃ argentū viuū, sed eisdē, vt oportet correctis intus extraque corp° assiduò vtimur, igitur, Insuper illiacæ passioni Paulus mercuriū exhibendū cōmēdat lib. 7. ca. 3. & tandē Gal. lib. 9. de simplici medicina cap. 31. de hydrargiros, id est, de argēto viuo fatet, nullū ipsius habuisse periculū, nec occidētis ebibiti, neq; foris admoti. Ego verò iā sæpius vidi argentū viuū exterius illitū, interiusque exhibitū, non solū nocumentū nō attulisse, sed etiā iuuamento esse: eo vsque, vt puerulis dent ipsum vetulæ: ipsis illæsis euadētib°.

Satisfacit obiectionibus.

Ad argumēta verò ad primū dicēdū, supposito argentū viuū aliquatenus esse venenosum: non tū esse incōueniēs vnū sæpiùs venenū alteri commixtū eiusdē esse remedium, vt Plinius lib. 27. capi. 2. lepidissimè refert. Nanque alterū alteri destruens æger præter spem seruatur, vt Galen. libr. de Theriaca ad Pisonem narrat dequodam laborante elephantia, seu lepra, qui aquam in qua suffocata fuerat vipera bibit, & illæsus euasit, atque de alio eodem morbo correpto cùm messores vinū exhibuissent, in quo itidem viperā inuenerāt suffocatā interficiendi ipsum gr̄a & pariter seruatus fuit. Quæ quidē venenorū inter se se destructo non solū fit cōparatiōe vnius veneni ad morbū venenosum infirmi, vt ostēdim°, sed etiā vnius veneni cum altero, vt sequenti epigrammate de ipso argento viuo alteri veneno commixto ægro fœlicissimè euadenti patebit.

Ad primū.

Vnum sæpe venenum alterū destruere & exempla.

Toxica Zœlotypo dedit vxor mœcha marito
 Nec satis ad mortem credidit esse datum
Miscuit argenti lethalia pondera viui
 Cogeret vt celerem geminata necem.
Diuidat hæc si quis, faciet discreta venena
 Antidotum sumet, qui sociata bibat.
Ergo inter se, dum noxa pocula certant,

Cæsis

Cæsis lethalis noxa salutifera,
Protinus & vacuos alui petiere recessus:
Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quàm pia cura Deûm? prodest crudelior vxor:
Et cùm fata volunt bina venena iuuant.

Ad secundum.

AD secundum verò argumentum dicendum, aut illud de argento viuo in sua minera existente esse intelligendum, aut de eo quod exteriùs neque extinctum est, neq; vllo modo correctum, & quantitate adaucta administratur, aut iuuamenta ab eo correcto, & commixto esse longè vtiliora aliquantulo nocumēto postea remediabili. Ad tertium verò respondetur multum discriminis esse inter repercusionē aliam quæ frigidis medicamentis molitur, & hanc quæ linamē tis calidis: in illa enim materies ad interiora repellitur, intusque retenta noceret: in hac verò etiam si repellatur varijs quidem vijs nempe longa expuitione, vel alui pro fluuio, vel sudore eximio ab ipsa natura extra corpus propellitur, vt cuilibet in huius morbi curatione exercitato patebit.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad quartum verò dicendum eruditos Medicos vnguentis in quibus argentum viuum ingreditur, super ipsa præcipua membra non admouere, sed extrema duntaxat corporis eis illiniunt, nempe brachia & crura à cubitis, & genubus infrà, atque inter vngendum confortatis ipsis præcipuis membris.

CAPVT. XIIII.

Quo longè tractatur de temperatura mercurij, siue hydrargyros, id est, argenti viui, quo in linimentis pro huius morbi curatione vtimur, & de varijs in hoc auctorum sententijs, eorumq; cōcordantijs.



MAxima me præssit cura iā diu in argēti viui temperatura indaganda. Quidā enī vt Constantinus. I I. practicæ cap. de virtutibus metallorū. Platearius etiā circa instans cap. de argento viuo. Haliabas in regali dispositione. 2. pract. cap. de metallicis corporibus in. 4. gradu calidū esse censuere. Rasis quoque. 3. ad Almansorē eò vsque calidū censet, vt dicat: qn extinguit ardens est, & sublimatum sicut ignis adurit. ¶ Quidā verò è diuerso, vt Auic. 2. canonis cap. de argēto viuo, & Albert' magn. 4. lib. de mineralib. capi. de natura argēti viui. Guilielm. quoq; Placētinus 5. suæ chirurgiæ lib. ca. 10. frigidū, & humidū esse asserunt: In alijs quoq; auctorū libris frigidū in. 4. gradu esse reperit. Quorū auctorū quilibet in sua assertione probanda à qualitatibus motiuis, atq; alteratiuis, siue effectibus indicia assumūt. Primò quidem ex magna ipsius argēti viui agilitate, motuq; hinc inde assiduo, atq; celerrimo cursu à caliditate prouenientibus: ab alteratiuis verò siue effectibus, sudoris cōcitatio, qui ex cōuersione humoris in formam vaporis cùm fiat, primò & per se ac propriè, non nisi à calido eue-

Authorum dissensio circa argēti viui naturam.

Primæ opinionis fundamenta.

nire

nire solet. Nec minùs indicium summæ caliditatis argenti viui dignoscitur ex vaporibus eius calidissimis, quibus gingiuæ, atque os exulcerantur, & fœtore afficiuntur. Etiam pedibus duntaxat infirmi illitis aliquo medicamēto in quo mercurium siue argētum viuum ingreditur. Idem perinde in vasis deaurandis ipso argento viuo interueniente, apertè cernitur: à fornace enim vbi metalla effundun tur argenti viui exhalationes sursum ascendunt: quibus in syndone aqua made facta super imposita congelatis igne cessante, inde verum argentum viuum colligitur. Magnum etiā eius caliditatis indicium est maxima ipsius mercurij etiā, vsque ad interiora ossium penetratio, vt periculo compertum est, nimirum argēto viuo reperto intra ossa capitū diu post mortem illorum, qui assiduo in argenti viui officinis laborauerant. His igitur nixi, quidam auctorum argentum viuum summè calidum temperatura esse recen suere.

Secundæ opinionis ratio. Alterius verò factionis Medici argentum viuum frigidæ temperaturæ esse asseuerantes eius frigiditatis argumēta ex hoc probant, primo quia admodum ponderosum est, coloreq; albo, lucido, aquoso, saporeque insipido præditum, instar grādinis. Quibus omnibus frigiditatem coarguentibus, frigidum esse affirmarunt. Eius etiam nomenclatura idem pandit: appellatur nanq; secundum Dioscoridem hydrargyros, ab hydor Græcè quod est aqua, & argyros argentum, quasi aqua argenti. Aqua verò frigida est & humida. A qualitatibus præterea alteratiuis siue effectibus eius: ingens frigiditas apparet: tum ex maxima actuali frigiditate percepta ab his qui ipsum argentum viuum ex sua minera diu exhauserunt: ex motu quoque tremulo eis consecuto, neruis ingenti frigiditate læsis. Quibus omnibus frigidæ temperaturæ esse non parum asseuerauere. Sed quid de hoc auctorum dissidio sit dicendum, inferiùs apparebit.

CAP. XV.

Quo Conciliatoris, & quorundam aliorum sententiæ in medium adferuntur, confutanturque.

PRimò igitur in hac ancipiti quęstione Conciliatoris sententiam differētia. 151. meritò forsan calumniandam adferamus. Ait enim ipsi mercurio duplicem elementalem naturam inesse, alteram terream sulphuream, qua ex parte calidum censendum esse inquit: alteram verò aqueam, vel vt eius materiam, & sic frigidum. Sed in hac quidem sententia nullo modo intellectus acquiescit. Non enim in abstracto, sed in concreto partes elementales alicuius mixti pro sua naturali temperatura sunt considerandæ. Si enim sic esset idem certè, quod de temperatura argenti viui dicit, de quolibet etiam mixto dici poterit, quod esset absurdum: imo nullum elementatum mixtum quantunuis calidum aliquantulæ frigiditatis erit expers, neque frigidum caliditatis, quinto colliget. Sed in calido quidem mixto partibus elementalibus calidis prorsus vincentibus, frigidisque omnino refractis, & sub esse remisso manentibus, calidum totum euadit: & calidum absolutè dicitur, atque è diuerso. Per omnem nanq; motum ad formam nouā, vt asserit Philosophus. 2. de generatione, & corruptiōe corrūpit tota forma pcedēs, & acquirit noua quæ pōt dici complexio Conciliatoris opinio confutatur.

secun-

secunda à qualitatibus primis pendẽs elementorum. Non ergo videtur conciliatorem per dilucidationem singularum qualitatum elementorum argentum viuum. Primo constituentium, ipsius temperaturam secundam inde prouenietem dilucidasse eo præsertim, quòd ipsius tẽperatura non est debilis nexus, vt partes ipsius possint separari, quemadmodum lactis in caseitatem, butyrositatem, & aquositatem, quarum quælibet suam adseruant variam temperaturam: imo firmi atque fortis nexus ita vt ipsius partes sic nequeant, separari. Quarum complexionũ fortis, vel debilis nexus Auicen. 2. canonis cap, 1. meminit. Quidam verò hos auctores in hac re dissentientes conciliare nituntur, ita vt interdum argẽti viui temperaturam ad natiuam, atque essentialem ab elementis sortitam referant, modo verò ad accidentalem. Quo pacto dicunt non esse inconueniẽs argentum viuum variæ temperaturæ à doctoribus recenseri. Sed hæc quidem expositio præhabitum dubium minimè diluit, quandoquidem medicinarum temperatura, in caliditate, vel frigiditate anagogicè, vel, penes essentialem & natiuam graduari solet. Nam etsi gelida frigida, cùm sit ex accidenti caliditatis effectum interdum operetur, nempe sudorem euocando, qui propriè à calfacientibus concitari assolet. 5. Aphorism. 22. non tamen ideo calidæ temperaturæ est recensenda, & non secus de mercurio dicendum.

Has authorum expositiones circa supra dicta non satisfacere.

Neque vllo modo conciliandi auctores sunt, vt Platearius loco citato conatur, nempe, vt qui frigidum esse temperatura argentum viuum, dixerint de actuali eius frigiditate intelligant. Qui verò calidum de virtuali: quippe cùm Galeno authore. primo. De simplici medicina capi. tertio. medicinæ penes earum effectum primo, & de per se in corpus humanum inductum, vel inducibilem & penes earum actuales qualitates sunt in temperatura graduandæ.

CAP. XVI.

Quo author conatur authoritates, in hoc dissentientes conciliare, atque veram mercurij temperaturã authoritatibus, & rationibus ostendere.



PRO his igitur conciliandis authoribus prima fronte apparentibus maximè discordare. Supposita priùs quadã Magistri de Sanctes suo libro, de venenis. Notandum quadrupliciter mercurium siue argentum viuum apud authores reperiri. Primo quidem purgatum, ita videlicet repertum in sua minera naturali. Auicen. 2. canonis capit. proprio, ac Dioscoride libr. 6. capit. 28. atque Plinio libr. 33. cap. 6. asseuerantibus. Quoddam verò non purgatum, quod trifariam ignis elaboratione conficitur. Primum quidem factitium ex lapidibus mineræ argenti viui purgati concrematis, qui argentum viuum potentia ac virtute possident. Aliud verò iuxta Dioscoridem lib. 5. de simplicib⁹ cap. 60. ex minio ac cynnabari fossilibus, pro eodem cum prædicto reputatis, fit. Vbi sic inquit: Mittitur in cacabum testeum, ac ferreo coopercu lo cooperitur, & minuitur argylla, & ponitur in foco, & post duas horas aperitur, & quod cooperculo inhæserit, hoc collige, quia hoc est argentum viuum. Hinc quoque consimile est quod Plinius libr. 33. capit. 8. de hydrargiro confici præcipit,

Quatuor argenti viui species.

Modi conficiendi argẽtum viuum factitium.

pit, ex minio, vel fosſile in aceto æreis mortarijs, piſtellisq; trito, aut patinis fictilibus impoſitum ferrea concha, calice coopertum argylla ſuperillita, &c. Alia verò ſpecies argenti viui factitij eſt ſublimatum, quod corrupto vocabulo vulgo ſoliman, dicitur: conſtat enim ex ſale cōmuni, atq; ſalenitro, & calcantho, & argento viuo, quod non purgatum, ſed factitium eſt. De quo intelligit Raſis vrere ſicut ignis, atq; mures interficere: ac perinde Haliabas cùm dicit, acutum, ideſt, ſublimatum, adurit ſicut ignis: nec non Auic. 2. canonis cap. de argento viuo cū dicit: ſublimatum eſt interficiens propter vehementem inaſionem, cùm priùs tamen eodem libro & capite dixerit, argētum viuum frigidum eſſe in. 2. gradu.

les ex quibus argentum viuum sublimatum con:[illegible]

Variæ authorum opinionis conciliatio.

His itaq; Magiſter de Sanctes ſatiſdoctè conatur auctores in hac materia diſſidentes conciliare, aſſeuerans purgatum argentum viuum à natura in ſuaq; minera repertum frigidum eſſe atq; humidum: non purgatum verò à natura, ſed ignē, modis dictis factitium, calidum circiter Quartum gradum. At verò ſi aduerſus hanc interpretationem dicatur cuiuſlibet mixti naturalem temperaturam analogicè ſemper eſſe petendam, & idem de argento viuo purgato naturaliter in ſua minera reperto, frigido, dicendum, non eſſe inconueniens vnum medicinæ genus plures ſpecies temperatura varias interdum poſſidere, vt patet ex cicuta, quæ licet ab authoribus frigida nuncupetur, quædam tamen eius ſpecies nempe orta in locis ſiccis terreſtribus calidam ſortitur temperaturam, vt ponitur à Cōciliatore differentia. 150. Vnde Meſues dictum in canonibus ſuis vniuerſalibus non diſſonum eſt huic ſententiæ, cùm inquit: Diuerſitas autem loci has, vel illas incolumitat.

Dubium.

Sed dubium circa argentum viuum calidum non purgatum, ſed factitium inſurgit. Nam cùm ex lapidibus frigidis mineræ argenti viui purgati fiat, & deciſum ſortiri debeat naturam illius à quo deciditur, videtur non calidū, ſed frigidum inde euadere. Cui reſpondetur per adquiſitionem nouæ formæ priorem permutari, vt patet de calce ex lapidibus frigidis igne concrematis genita: calida poſteà, atque exuſtiua inſtar ignis euadente aut dicendum lapides illos minere argenti viui non frigidam vt alios lapides ſed calidam & ſiccam temperaturam ſortiri.

CAP. XVII.

Quocirca temperaturam frigidam mercurij purgati authores conciliantur: quorum quidam frigidum in. 4. gradu: quidā verò in. 2. eſſe teſtantur.

PRO hac igitur auctorum repugnantia, concilianda quādam Auice. ſeriem. 1. 1. c. de complexionibus, præmittere oportet, vbi in hunc inquit modum. Quandoque vna medicina calida, vel frigida comparatione corporis Petri magis quàm comparatione corporis Pauli exiſtit: ſic igitur argentum viuum reſpectu effectus in quibuſdam corporibus ab ipſo inducti frigidum in. 4. gradu authores nōnulli eſſe recēſuere, reſpectu verò effectus in alijs corporibus in. 2. gradu alij frigidū & humidum eſſe dicūt: virtus nanq; medicinarū ſcdm varietatē ſubiectorū in quibus agit, variū ac variū introducit effectum, licet medicina nō ſit calidior, vel frigidior in uno quā in reliquo, vt peculiare eſt, & mille exemplis probabile. Graduandæ enim ſunt medicinæ in

Intendi vel remitti poſſe vim medicamētorum ſecundū ſubiectorum varietatem.

 calidi-

calíditate, vel frigiditate penes effectum primo & deperse in humana corpora introductum, vel introducibilem authore Gal. 1. de simplicibus cap. 3. vel forsan dicendum argentum viuum purgatum in minori dosi interiùs adhibitum, vel exteriùs illitum posse remissiùs operari, & sic frigidum in. 2. gradu à Doctoribus dici, in dosi tamen excedenti quantitate in. 4. gradu. Quantitas enim cùm sit de gremio materiei licet intensiuè non augeat gradum, extensiuè tamen ipsum adaugere potest, vt author est Arnaldus de Villa noua in suo de graduatione medicinarum tractatu.

Quantitatẽ adauctã vel minutã medicamẽti minuere vel augere gradũ ipsius posse.

CAP. XVIII.

In quo satis fit qualitatibus motiuis & alteratiuis inter se pugnãtibus quarum quędam caliditatem quædam verò frigiditatem eiusdem argenti viui videbantur indicare.

COnciliatis iam igitur authorum authoritatibus, superest nunc diuersorum effectuum, atq; signorum ipsius mercurij contrarietati satisfacere cuilibet enim ipsius speciei, tam purgati quam non purgati sub forma liquida manentis, signa ac perinde effectus caliditatis ac frigiditatis insunt vtroq; modo à qualitatibus motiuis & alteratiuis sumpta indicatione vt in principio huius tractationis impensiùs dilucidauimus. Si ergo, argentum viuum purgatum frigida temperatura esset præditum signa quidem ac pariter effectus frigiditatis haberet: si autem non purgatum calidum, caliditatis. Sed respõdetur ꝙ in argento viuo purgato frigidæ atq; humidę temperaturæ signa quæcunque atque effectus frigiditatis erunt sibi propria primo & deperse: caliditatis verò ex accidenti. Si autem non purgatum calidum dummodo liquidæ substantiæ sit èdiuerso. Quod minimè inconuenire ostenditur, &. 1. à qualitatibus motiuis nec colore, nec sapore semper ex necessitate summi: verum argumentum super veram ac naturalem temperaturam alicuius misti in comperto est: cui sententię Gal. 3. & 4. de simplicibus cap. vltimo & Auerr. 5. collig. & Auic. 2. canonis apertè sufragantur: indicantes quidem iudicium à talibus qualitatiuis accidentibus esse debile, ac sæpius iudiciũ ignorantiæ, & primo, de grauitate vtriusque argenti viui frigiditatem coarguente bifariam respondetur, aut vtrunque licet ponderosum, purgatum: tamen naturaliter frigidum: ipso non purgato calido esse ponderosiꝰ, vt iam periculo compertum est: aut dicendum grauitatem non semper super frigiditatem indicare, vt Galen. 2. de simplici medicina capi. 3. testatur: caphura enim frigida est, admodum tamẽ leuis. Vel aliter dicendum ꝙ argento viuo purgato frigido & humido grauitas naturaliter, deperse veluti essentialiter frigido inest: non purgato verò calido per accidens, superante adhuc in ipso etiam post ignis elaborationem multa humiditate. Rursus: Multa calida grauitatem sortiuntur, veluti lapis piritis vulgo marcasita, ac perinde sal, & alia multa calida temperatura prædita vt patet. Ad agilitatem verò ipsius mercurij, atq; celerrimum cursum super caliditatem coarguentia respondetur, eius velocem cursum, motumq; assiduum, nũ sibi à caliditate prouenire, cùm alia eo longe calidiora minimè moueantur, nisi terreitate & aquei-

Non semper à colore vel põdere summi verum iudicium qualitatis.

Qua ratione mercurio celerrimus motus accidat.

aqueitate quadam, atque sphærica figu-
ra in eo admixtis. Quo fit, vt tangenti
tantùm in puncto ipsum mercurium nō
adhæreat, fugiens facilè vt præcitata dif-
ferentia Conciliator rectè inquit. Ad a-
liud verò de colore albo ipsius mercurij
frigiditatem indicante, dicendum hanc
indicationem esse debilem. Quippe cū
color ipse superficiei tantùm colorati in
hæreat. Auerroe. 5. collect. asserente.
Quam obrem idem sæpe color & rei ca
lidæ & frigidæ inest: queadmodū enim
aqua, nix, grando, caphura, rosa alba & a-
lia frigida albo induuntur colore: sic ad
eundem modum multa calida vt patet
de sale, cæpis, alijs, cholocyntide, agarico
veratro albo & similibus. Ad aliud quo-
que de sapore insipido frigiditatem indi
cante dicendum hoc non inconuenire.
Videmus enim multa ex calidis gūmis
insipida. Cæterum ad effectus contrarie
tatem ipsius mercurij frigidi & humidi
sudorem concitantis dicendum illud per
accidens prouenire sicuti aqua frigida vt
Hipp. 6. aphor. 21. & Gal. 2. ad Glauc. &
3. de simplicibus testantur. Nempe frigi-
ditate nimia natiuo calore ad interiora
per antiparistasim reuocato, posteà for-
tior euadens sudorem acersit. Vel dicen-
dum argentum viuum purgatum frigidū
quod hisce linimentis pro curatione hu-
ius morbi commiscetur, non prorsus per
se nec ex accidenti sudorem euocare, sed
ratione medicinarum calidarum quæ si-
bi in vnguentis commiscentur habentiū
virtutem ciendi sudorem. Ad corrosio-
nem verò gingiuarum eo illitis euenien
te dicendum, non esse inconueniens ab
ipso argento viuo frigido quadantenus
venenoso partes ipsi⁹ calidas sursum eua
porare, atq; partibus illis mollibus gingi-
uarum adhærere easq; corrosione affice-
re, adiuncta nimirum praua huius morbi
materiei qualitate illitione argenti viui
commota. Ex quo etiam experimento
aurifabrorum vasa deaurantium argen-
tea, mercurio interuenientes, responsio pa
tet: exhalant enim actione ignis partes
ipsius argenti viui calidæ, congelanturq;
posteà. Ad penetrationem verò ossium
dicendum etiam id fieri partibus subti-
lioribus ipsius argenti viui sua nimia pe-
netratione. Circa nocumentum verò reso
lutionis seu paralysis secutę laborantibus
in officinis argenti viui, vel intrantibus
in puteis ipsius: dicendum in ea minera
solùm argentum viuum purgatum frigi-
dum natura contineri. Vbi vltra frigidita
tem naturalem ipsius ex maxima etiam
quæ actualiter sentitur neruis infestissi-
ma, resolutionem acersire poterit iuxta
Hippocratem. 5. aphor. 28.

Satisfacit alijs argumētis secundæ opinionis iā præpositis.

CAP. XIX.

De modo illiniendi in. 3. specie huius morbi illitione ei maximè propria: quo etiam ostenditur quomodo huic tertiæ speciei morbo: linimento argenti viui succurritur.



QVIA atrox affectio hęc ho-
mines interdum ita sæuissi-
mè inuadere solet, vt alijs o-
mnibus medicamentis nul-
lam vim afferentibus, prorsusq; negle-
ctis, ad mercurij linimenta tanquam ad
vltimum auxilium recurrere necessum
sit. Habet enim nescio quid fœderis cum
eo, licet non sine aliquo nocumenti vesti
gio, sed cùm non possit vehementi malo
nisi æquè vehemens auxilium sucurrere,
vt Cornelius rectè sanè inquit: ad huius
linimenti vsum præsertim pro curatione
tertiæ speciei huius morbi accedamus.
Facta igitur priùs prout decet corporis
euacuatione tempore veris seu autumni
cubiculo pannis benè munito, & ab aere

Præparanda ad illinitionem argenti viui.

tuto barba vnguibusq; manuum ac pedum abscisis, brachia & crura à cubitis & genubus infrà abluantur sequenti lauacro Recip. Florum roris marini, & chamæmelli, meliloti, foliorum lauri stæchadis, labēdulæ, ana.m.j. squinanti drag.iij. cinammomi vnci. semis. omnibus conquassatis bulliant in sufficienti quantitate aquæ cum tertia parte vini albi. Facta igitur ablutione prædicto lauacro actu calido mador linteis exsiccetur: posteà in nomine Patris & filij & Spiritus sancti prædictæ partes nempe à cubitis & genubus infrà, linimento pro curatione, tertiæ speciei in antidotario describendo illiniantur. Non autem vt deceptores faciunt ventriculus emunctoria & spinalis medulla, atque articuli illiniantur quod summopere Auic.2.canon. cap. proprio prohibet. Sed non oportet vt vnguētum igne liquescat. Sic enim mercurium ad fundum vasis prorsus descenderet, & sic nullius actiuitatis redderetur illinitio vt sum expertus. Nanq; argentum viuum quatumuis extinctum atq; alijs medicinis optimè per diem integrum magna agitatione commixtum ita vt sensu visus non perciperetur: si post annum integrum voluisses ipsum ab alis medicinis prorsus separare facilè fiet nempe eo in cacabo liquefacto, & præsertim pauco aceti commixto sic enim ad fundum vasis totum mercurium sua grauitate petit. Sed oportet vnguentum post duos aut tres menses anteà esse confectum vt ipsius argenti viui malitia aliquatenus corrigatur, atq; obtundatur. Verùm inter vngendum, membra eo linimento fricentur, vt imbibi melius posit. Cibus sit pullorum, vel gallinarum caro, & si facultas de sit arietina: illinitio verò bis die mane & sero moliatur per sex dies absq; interpollatione, nisi aliquo symptomate interueniente, tunc enim interpolatio præstat. Cœna sit leuior prandio. Sed aduertito obsecro, quod si anteaquam ad sextum diem aut septimum illinitionis tempus peruentū sit: æger sufficienter, vel mediocriter exspuat, gingiuæq; intumescant, statim à linitione sistendum erit, idemq; fieri oportet aliquo forsan denuo occurrenti symptomate, veluti animi deliquio, vel alui profluuio: tunc enim à linitione abstineas. Sed facta aliqua interpolatione, naturaq; confortata, ad linitionem redeundum est, eaq; modo dicto vtendum, donec æger expuere incipiat. Melior nanq; euacuatio huius morbi spuitione perficitur. Sed hîc non absq; magna vtilitate: aduertito quosdam medicorum in huiusmodi curatione non rectè solitos esse diebus illinitionis iam fluxis ex templo catarticum solutiuum ægrotis exhibere: quod infestissimum censeo: Materies nanq; huius morbi quæ oris expuitione præsertim euacuatur, vt experientia ipsa docet, pharmaco exhibito ad interiora retrahuntur: quo duorum alterum, aut vtrunque euenire est necesse: aut naturæ opus duplici euacuatione contraria perturbari, impediriq;, aut membrorum interiorum læsionem, materia intus, vel retenta, vel delata per membra nobilia. Non ergo pharmaco exoluenti nisi post totalem ablationem sputi vtendum est nisi forsan contingat (quod rarò fit) oris, & buccarum ingens corrosio. Sed tunc experiri priùs oportet crurium frictiones, deuinctionesque dolorificas, ac lauacra eadem, quibus ante illinitionem crura lauari præcepimus. Sed præstat à linitionis initio ad finem vsque expuitionis: calamum, vel annulum auri, vel argenti ipsum ægrotum inter dentes retinere, vt nonnulli præcipiunt, & rectè sanè, nempe vt exhalationes argenti viui aliquatenus venenosæ intra os minimè retineantur, sed foras euadant. Transacta igitur iā prorsus

Victus rō.

Illiniēdi modus & tempus.

Animaduersio satis proficua.

Non vtēdū pharmaco solutiuo donec prorsus oris euacuatio finiatur & ratio.

Animaduersio.

Abluēda esse brachia & crura post illinitionem mercurij eodē lauacro quo antea.

prorsus materierum per os expuitione, post quinq; dies iterum oportet brachia & crura eodem lauacro quod à principio diximus etiam lauare, vt si aliqua praua qualitas mercurij vnguenti in eis superfit rectificari valeat. Sed aliud quoq; in his vnctionibus menti commendato, siue in prima, siue in secunda siue alia huius morbi specie, nempe prætium operę esse pro vlceribus gutturis, vel oris huius affectus non esse vtendum his illinitionibus mercurij. Cū enim hæc lues, prauorum succorū oris expuitione præsertim curetur, sua nempe acritudine & acutie maiorem certè corrosionem partibus oris induceret, venenosa ferè materie ibidem attracta. Cui quidem sententiæ Gal. allucinari videtur. 13. meth. cap. 10. imò illis partibus laborantibus decocto ligni Indici multò tutiùs succurritur. Vnum tā dem in fine huius capitis notandum adferamus, nēpe non protinus gingiuis tumefieri incipientibus vtendum esse intra os & guttur lauacris, quæ malum arceant, sæpiùs enim imo semper hoc maximū adfert incommodum, nimirum sputo inde retento intùs. Sed oportet cùm res vrget à leuioribus, tutioribusq; medicamentis repercussionis expertibus curationē auspicari, quæ abluendi, atq; mundandi os virtutem duntaxat sortiantur, qualia sunt aqua casei, modico rosati mellis in ea diluto. At vero si sordes maior sit vinum addatur, & mel commune. Verùm si vlcera tę à parte interiori (vt fieri assolet) buccæ ac gingiuæ sint, vnguento AEgyptiaco vino albo diluto abluantur. Vnū hoc etiā scito periculo me iam compertum habere prodesse maximè ad corrigendam argenti viui malitiam suffitum ex perdicū pennis, & gummi iuniperi intra os receptū. Ad abstersionem vero vlcerum gutturis cum aliquantula confortatione atq; sēperie: deficiēte iam sputo sequens lauacrum maximè ōpē fert. Recip. Succi plātaginis, mellis optimi ana. vnci. ij. aluminis communis drag. iiij. aceti schilitici vnci. j. myrrhæ granæ finissimæ ana. drag. ij. puluerizatis puluerizādis, & cum alijs cō mixtis vsq; ad aliquantulam consistentiā ebullitis confice vnguentū instar AEgyptiaci vnguenti, quo os fricetur. Demum abluatur vino decoctionis florum & foliorum lauri, & florum roris marini vltimò oportet catapotijs fumariæ, vel aliquo cathartico ex eis quæ in antidotario continentur: concocta materie syrupis etiam illic repertis pro qualibet materia digerenda corpus purgare. Si verò vlcera nondum sint completè munda medicamentorum copia tam ad ea mundanda quam carne implenda, atque cicatrice inducenda, in antidotario reperies. Oportet igitur posteà per aliquam temporis intercapedinē bono vti regimine in sex rebus non naturalibus, & abstinere præsertim ab oleribus & acetosis atque aqua frigida, sed vtatur ea decocta cū pauca rasura ligni Indici: Manusquoq; ac faciem, vel ea aqua, vel vino albo abluat: à venere quoq; veluti infestissimo hoste in super caueat. Deniq; ad sanitatis consuetudinē nō subitò sed sensim ac sensim reducat.

Pro vlceribus gutturis et oris nō esse vtendum illinitione mercurij sed potius haustu decocti ligni Indi.

Non statim gingius intumescere incipientibus, & spuitione medicamentis repercussiuis vtendū & ratio.

Varia medicamēta pro vlceribus oris admouēda secundū variam eorum dispositionem.

Nota.

Regimen post illinitionē argenti, viui vel post haustū decocti ligni Indi obseruandum.

CAP. XX.

Quo docetur quibus remedijs ischiadis, siue coxendicum dolori, & claudicationi sucurratur, tertiæ speciei huius morbi euenienti, & vtrùm cauterizatio alicubi aurium apud quosdam Medicos vsitata iuuamento sit.

N iſchiadis, vel coxendicum dolore inueterato quando vniuerſalia, ac priuata remedia nil adferunt commodi, antiqui omnes neoterici artis medicæ præmiſſa bona victus ratione, & præuacuato corpore, ad cauterium velut ad ſacram anchoram decurrunt. Quod craſſum, lentum pituitoſumq; humorem in ima coxarum ſede concretum recluſo fonte ſenſim maximè foras expellat, vnde dolor, idq; internum vitium coërceatur. Sed variè quidem ac variè hoc remedio authores vtũtur. Hipp. enim. 6. aphor. 60. & Gal. in cõmen. ac Celſus lib. 4. cap. 22. Paulus lib. 6. cap. 77. de coxarum morbis, Aetius ſermo. 4. ex ordine. 1. cap. 3. ac perinde multi recentiores ſuper iſchiæ vertebra vrere ſuadent: idq; fieri aſſolet quincuſpide ferro, quo quinq; fonticulæ aperiantur: alij verò circiter manus articulum: alij in pede: nonnulli in poplite: quidam per interualla quædam circa dolentia loca ipſius cruris: alij denique in ſylueſtri parte ſub genu affecti lateris cauterium admoueri iubent: vt conſulenti citatos locos videre erit. Teſtis eſt etiam Raſis. 12. Continentis, Albucaſis ſuæ chirurgiæ lib. 1. prope initium, atq; Nicolus Florentinus ſerm. 7. tract. 2. cap. 14. ac penè innumeri alij. Quod etiam celebres noſtrates in praxi habere paſsim videmus, & idem nos experti ſumus. Sed illum vrendi modum inter reliquos dũtaxat probaui qui ſuper iſchiæ vertebra admouetur. Etſi æger propter imbecillitatem non tulerit, ſub genu (vt dixi) in parte ſylueſtri in muſculorum diſcrimine. Sed licebit hîc indagare, vtrum auris combuſtio (tãtopere à multis pro huius morbi remedio vſurpata) ſit etiam interdum conueniens, & à fronte vrĩ non conuenire: nulla em̃ huiuſmodi cauterizationis conſpicuè authoritas reperitur, nec ratio pariter ſubſcribit. Nanque ſi aliquid commodi cauterium huic affectui afferre debuiſſet, potiùs in loco inferiori à parte dolenti quam in ſuperiori, nempe aure eſſet admouendum: tum vt humorũ ſiue reuulſio, ſiue deriuatio aptius fieret: tum etiã quia peculiaris humor huius inueterati morbi frigidus, pituitoſus, ac lentus propè ſemper reperitur, cuius propriùs eſt deſcendere inferiùs quam ſurſum aſcẽdere. Igitur non videtur conuenire. Sed huius oppoſitum colligitur tum ratione tum etiam periculo quæ ſunt duo maxima indicatoria, authore Gal. 9. meth. cap. 6. ac pleriſq; alijs in locis experimento quidem, nam multis iſchiatico morbo laborantibus huiuſmodi cauterizationem magnum profectum attuliſſe compertum eſt quò Medici multi hac cauterizatione vtuntur. Ratio etiam huic auris cauterizationi ſubſcribit. Quemadmodum enim ſectis venis radicis auris prolificum ſemen ad teſtes loca longinquiora iſchia: deſcẽdere prohibetur, vnde homines ſteriles fiunt, vt longa hiſtoria ac narratione lib. de aere, aquis & locis apud Scythas Hippo. ſe vidiſſe refert nihil igitur mirãdum erit ſi ad eundem prorſus modum auris cauterio longa eius emanatione excrementorum defluxum à cerebro & partibus ſibi proximis ad iſchiam deſcendere cohibeatur, ſicuti etiam ad prohibendũ rheumatis à capite ad pectus defluxũ, vt in pthiſi in coronaria ſutura cauterium admoueri, multi antiquorum, ac iuniorum tradiderunt. Nec deſunt præterea authoritates quæ huic ſententiæ hallucinentur. Vnde Ioaunes Alexandrinus ſuper. 6. de morbis popularibus in cõmen. illius canonis: pruritum: in auribus retro venas incidere, eidem ſubſcribit ſententiæ, vocat enim ibi, pruritum vel laborioſas ægritudines, vel diſcuſsionem articu-

Varius cauteriorum vſus in iſchiade.

Dubium.

ticu-

ticulorum, vel ischiam amplius Gal. lib. de sanguinis missione, & razes. 15. Continentis & Auic. 4. 1. cap. 20. asserunt, quendam passum fuisse vulnus in collo in quo quædam pulsatilis vena fuerat rupta qua curata sanus euasit de quodam antiquo vitio quod erat in ancha eius. Ergo rationis paritate poterit fonticula cauterij sua longa emanatione mediatè, vel immediatè humorum defluxum ad ischiã prohibere. Ad argumentum verò dicendum, quòd licet humores faciliùs versus inferiora quam superiora ferantur, ad superiora etiam membra nutrienda simul cũ recrementis trahuntur: à iecore enim ad superiora etiam membra cum iuuatiuo alimentosoque succo recrementa etiam scendunt: quorum descensum ad ischiã dolentem in posterum auris combustio sensim sua longa emanatione cohibet. Sæpiùs etiam crure laborante incubito venam secamus, aut dolorificas deunctiones ibi admonemus. Rursus catharticum medicamentum licet à partibus superioribus versus inferiores faciliùs attrahat, easdem tamen licet difficiliùs à partibus inferioribus sursum versus violenter trahendo eradicat, & euacuat, vt Auic. 4. 1. cap. 3. rectè asserit. Ipsa itaque auris combustio, vt ex superioribus ratione, authoritate, atque etiam experimẽto patet, dolori ischiatico iuuamento erit.

Respõsio ad argumenta contraria.

¶ Quænam auris comburenda sit, & quo loco, dicendum fieri debere in eadem parte ischiæ dolorificæ: sic enim seruata catexi longè maius iuuamentum assequitur. De loco autem dicimus debere fieri in ponticula cartilaginea interiori auris, vt peculiare est. At verò vt diutiùs aperta fonticula possit asseruari, in radice auris eam fieri consulo, instrumento ad hoc aptissimo, apposita videlicet priùs ferri lamina frigida in medio perforata, admotoque demum per idem foramen tenui cauterio adunco punctuato ac breui vt me facere vidistis: posteà euulsa ignis crustula vaccino butyro, pilla cærea cum puluere turbith, hermodactylorum, agarici, & chamæpithis digitis subigata cauterij osculũ apertũ asseruetur.

Quæ auris comburenda & qua parte.

Fonticulam in radice auris commodiùs fieri, & mod' cauterizandi.

C A P. XXI.

In quo differitur an malo mortuo (quod vocant) nempe ostracosis pustulis admodum fœdis, antiquis, crura potissimum occupantibus elephantiæ aliquatenus similibus hirudines iuuamento sint, & vltra hoc de quibusdam medicamentis ad hanc affectionem expertis.

PRIMA fronte videtur hirudinum admotionem non conuenire huic malo. Cùm enim suctu tenuior sanguis magis fluxilis, promptiùs ad exteriora trahatur, necessum est crassum, atrabiliosumq; sanguinem huius mali materiem, intùs retineri, magisq; incrassari morbo inde deteriori redacto. Confirmatur, quia naturà non impedita, subtile super graue semper ascendit igitur, Sed huius oppositum. Primo experiẽtia docet, cùm sæpe viderimus hirudinũ affixionẽ huiusmodi prauis pustulis maximam attulisse opem idemq; Gal. lib. de hirudinibus, &c. & Rasis. 15. conti. & Auic. 4. 1. c. de sanguisugis innuêre: qui atrabiliosis affectionibus eas commendarunt, maximè hirudines non venenosas, sed habentes capita parua, non degentes in aquis cænosis, fœtidis, ruffas, rotundas

Argumenta quibus prima frõte apparet hirudinũ admotionem huic malo nõ cõuenire.

Electio hirudinum & modus eas adaptandi.

 coloris

coloris hepatis, caudæ muris adſimiles, fila duo coloris arſenici habentes, collectaſq; vna die anteaquam affigantur, ac compreſſas vt quod in ventribus earum continetur euomant, vt ad ſuggendum & ſuſpendendum auidiores reddantur, & aliquantula (ſi qua eſt) intus venenoſitas foras euadat. Fricandus quoq; eſt locus vbi affigendæ ſunt, & aqua ſalita abluendus donec rubeſcat: deinde ſanguine aliquo illiniendus, vt Auic. citato docet. Ad inconueniens verò adductum, quod nonnulli afferunt, nempe ex ſuctione ſubtilioris ſanguinis illæſi, ac boni, craſsiori relicto, aliquot ſunt reſpondendi modi.

Reſpõſio ad argumenta ſuperiora.

Primo quidem aut hirudines atrabilioſa ſeu melancholica, terreſtriq; natura præditas nullo modo ſanguinem illæſum ſubtilem, ſed craſſum, melancholicum in eo morbo prædominantem, vt proprium ſibi alimentum, ſugere: quemadmodum herbæ nutrimentum ſibi proprium ex eadem terra ſugunt: calidum, ſi herbæ calidam ſortiantur naturam: frigidum, ſi frigidam; vt Galen. in calce. 2. libri de elementis ait. Ad eundem etiam prorſus modum ex maſſa eadem ſanguinea nutrimentali, os craſsius, caro verò tenuis alimentum ſuſcipiunt, natura ipſa (cuius opus Phil. 12. Metaphyſicæ aſſeuerante eſt opus intelligentiæ) miraculoſè ferè operante. Aut aliter dicendũ, his fœdis puſtulis in membro diu iam inueteratis: membri temperaturam naturalem in melancholicam præter naturam præ nimia antiquitate iam prorſus eſſe commutatam: ideò hirudines tali membro adhærentes craſſum ſanguinem melancholicum prædominantem proprium ſibi alimentum ſuctione ſua exhauriunt, tenui penè non reperto. Simile quidem in ducenda aluo aliquo carthartico, quadantenus euenit: Quippe quod (vt authores aſſerunt) non inuento in corpore humore, ab eo, proprietate peculiari, euacuando, ad alium in corpore ſuperabundantem euacuandum de proprietate communi properat. Sic igitur hirudines licet aptiùs ſanguinem ſubtilem longè magis fluxilem, ſuctioneque magis attrahibilem ſuggerent, tamen quia hîc non ſubtilis ſanguis, ſed craſſus melancholicus longa aſſuefactione prorſus prędominatur, ipſum potius quam ſubtilem ſua ſuctione foras attrahunt. Sed ſummopere aduertito non mihi arridere quod quidam perperam faciunt, nempe valetudinarium hoc morbo puſtuloſo laborantem in riuulo vbi hirudines reperiuntur immittendo, ſic enim venenoſæ ac non venenoſæ ita adhæreſcunt, vt non ſolum ſanguinis profuſionem interdum moueant, ſed, quod deterius eſt, venenoſitatem intus reliquunt.

Perperã facere qui valetudinariũ in riuulo vbi hirudines degunt immitunt, & ratio.

Debent igitur adaptari, vt Doctores docent, corpore priùs purgato vt etiam iam ſuperiùs indicauimus. Debentq; dimitti, donec per ſe decidant. At verò ipſis ſanguine feculento iam repletis per ſe non cadentibus puluere lanæ ſuccidæ combuſtæ ſpongiæ, aut tegulæ itidem combuſtæ earum capita inſpergantur. Si verò vt iam vidi his omnibus non auferantur, per medium ſcindantur, & poſt earum ablationem cinis ſuper locum ſpargatur.

De modo auferendi hirudines iam ſanguine repletas & adhuc mẽbro affixas.

Conducit præterea ipſos puſtuloſo morbo laborantes tempore veris intra tinam ſequenti decocto ferè plenam immitti. Recip. Lupinorum fumariæ, fabarum, aphrodilorum, lupulorum, rutæ, berbaſci, lapathi acuti, vrticarum, maluarum ana. p. vj. ſalis. p.j. ſiclæ. p.j. omnibus conquaſſatis ferueant in magna aquæ quantitate, & in tinam immiſſa æger per dimidiam horam ibi demoretur, & à balneo egrediente ab humiditate abſterſo in lecto collocetur, & dragma. j. theriacæ

Variæ herbæ ad balneum in tina recipiendum.

electæ

electæ in aqua acetosæ, dilutæ ei propinetur optimè obseruato sudore. Verùm sequenti, vel altero die pustulæ hoc vnguẽto illiniant̃. Recip. radicis hennulæ campanæ recentis minutatim sciss̨e. vnci. viij. duabus aquæ partibus & vna aceti & modico vini albi optimè concoquant̃, deinde pistẽtur, & per cribrum excollẽtur, & addatur axungiæ suillæ insulsæ libr. sem. succi ebuli, & fumariæ. añ. vnci. j. mercurij saliua ieiuni optimè extincti. vnci. j. & sem. cærusæ, lithargirij. añ. vnci. ij. sulphuris viui. drag. iij. misce & longa agitatiõe per horam vnã pulueribus sensim commixtis fiat veluti linimẽtũ. Sed haud mediocri cura aduertito hunc morbũ iã diu infestantẽ tunc non tutò prorsus semper esse sanandũ, vt Guido cap. vniuersali initio docet, quemadmodũ veteres hæmorrhoides nisi vna euacuatiõis gratia derelicta iuxta Hippo. sñiam. 6. Apho. 12. vbi Gal. in cõm. exactè docet vitæ discrimen quod retentio totalis veteris emanatiõis adfert, atq; causam. Itaque cum hoc malum iam diu infestauerit, ne fœculẽta, ac vitiosa, vel splenis, vel epatis materies ad eas partes iam fluere consueta ad mẽbra mandãtia interiora reuertatur, & mortẽ adferat, oportet in vtroque inguine, vbi prope semper scyrrhosum tuberculũ manere solet, fonticulã candenti ferramẽto aperire, pilea cærea, atq; hederæ folio, vt fieri solet super imposito, vel in vtroque crure sub genubus tribus digitis in parte syluestri, seu exteriori, in musculorum discrimine fonticulæ referentur, & diu (vt aliàs iam diximus) aperta asseruentur.

Vnguentum pro illinitione pustularum.

Aduersio magni momenti.

CAP. XXII.

Quo ostenditur sinuosa, vel caua vlcera posse, vt simplicia vulnera nonnunquam prima intentione agglutinari.



NEC conticendum esse censeo, quod per multa annorũ curricula longa praxi adinueni, cùm maxima ad laudẽ Dei ægrotantium vtilitate, & mei ipsius haud immodico honore, mirantibus certè medicis, & chirurgis: in sinuosis vlceribus breuis sanationis prosperum euentum. Primò igit̃ suppositis canonicè supponendis tam in victus ratione q̃ corporis euacuatione, vlcereque iam prorsus absterso, ac puro per iniectionem lauacri intùs abstergentis syphone immissi oportet tunc (omnibus linamentis ab vlcere prorsus semotis) sanguinẽ à parte interna vlceris panno exasperante, vel scalpello ciere, iuxta Hipp. doctrinam lib. de vlceribus. Atque extemplo vlceris oras manibus toto conamine coniungere, deinde conglutinatoriũ aliquod medicamentum velut vnguentum gummi iuniperi, (quod de sandaracha vocant) atq; splenia in vino stiptico madefacta radici sinus & deligaturam longã firmam super imponere. Cura adhibita, vt os vlceris à lintheo deligaturæ non tangat̃, imò pateat, vt medicamẽto in pãno in medio inciso, & bindelo superimposito alternis dieb⁹ facilè requirat̃, lenis spongię frustulo adhærenti, vitta tñ altera longa nõ nisi post multos dies (nisi dolore vrgente) aut alio symptomate soluat̃. Præstiterit etiã eam totã vitã tenaci aliquo medicamẽto antequã admoueatur illiniri, veluti præfato vnguento de sandaracha, vel terebinthina cum puluere rubro, nempe ex thure, mastichæ, sanguine draconis omnibus commixtis: quo in casu pretium operæ erit, hanc vittam esse duorum initiorum, vim enim futuræ continet. Huic certæ medendi rationi Hipp. lib. de vlceribus, & Gale. 2. ad Glauc. capi. de sinu, atque Aibucasis libr. suo de operatione manuali capi. de chuze. & Guido tra-

ᵭta.4.cap. de vlcere cauernoso alludunt, & certè Galen.loco citato,& Auice.4.4. cap.vniuersali de vlceribus: similia antiqua vlcera iam prorsus munda, cruentataque veluti simplicia vulnera consuere iubent,sæpiusque ipsa agglutinari asseuerant:quod nonnunq̃ ad laudem Dei optimo successu expertus sum. Interdū etiā non rarò per quindecim dies membrum non dissoluens vlcus maximè sinuosum prędicta methodo agglutinatum inueni, medicis non parùm mirantibus. Deniq; eam ferè curandi rationē his sinuosis vlceribus interdum admoueo,qualem fracturę ossis cū vulnere admouere soleo, nonnunq̃ etiā quod magis est, tabellulas stupis, pannisque munitas ab vlceris ore separatas impono,vt in ossis confractione cum vulnere fieri assolet, non absque magna ipsius laborantis vtilitate. Sed ne error in hac curandi via committatˀ, non nulla licebit præmittere in ea obseruāda. Primùm ꝙ in tali vlcere os læsum nō sit. Secundùm,vt post vltimatam, integramque vlceris mundificationem & abstersionem moliatur. Tertium, ꝙ priùs sanguis purus in eo concitetur. Quartum,ꝙ sit vlcus in membro solido, vt brachijs, vel cruribus quibus firma, vel expultrix, vel agglutinatrix deligatio rectè admoueri possit. Quintum,ꝙ dolor nimis non infestet. Sextum,ꝙ inflāmatio non adsit. His denique deficientibus intrepidè hac curandi methodo vtaris. Hac tamen lege,vt si quando symptoma aliquod ex dictis agglutinationem impediens denuò superuenerit iuxta commune verbū, scilicet,sapientis est mutare consiliū,ipsum mutabis. Et tunc communem vlcerū curationem aggredi poteris, & certè nonnullos chirurgorum vidi huius medendi rationis ignaros miserrimos infirmos frustra trucidasse totam cauitatem maxima strage secantes,miserabile visu.

Antiqua vlcera interdū veluti simplicia vulnera interdum agglutinari & method⁹.

Aduertenda prædictę curādi methodo reqsita.

CAP. XXIIII.

De quarta huius morbi specie.

QVando autē hoc morbi genus ad tantā peruenerit perniciē, vt non solū corporis superficies varijs in locis pustuletˀ, vlceribusq; scateat, & nonnullis articulorū dolorib⁹,vt dictū est,afficiat,sed etiā tuberculis magnis cū magna ossiū carie,teredine,seu corrosione,præsertim cū febre,quarta huius affectus species rectè connumeratˀ. Eo igitur tpe suppositis,vt dictitatum est canonicè supponēdis,nēpe victus ratiōe, & corpis euacuatione,vt morbi, & humoris rō expostulauerint, reliquū est (Deo auspice) medicaméta ꝑspicua sępiùs nobis experta aduersus hanc luem hic afferre. Optimè igitˀ corpore priùs ꝑut decet euacuato ossiū cariē ꝑrsus auferre, atq; deinde carnē mundā,ac purā generare oportet. Tertiò vt mercurij vnctionibus,suffitibus, & vomitionib⁹(nēpe in vlcerib⁹ partiū inferiorū) antecedētē hui⁹ affect⁹ pessimā materiē oris spuitione ciere,atq; expellere valētib⁹,vtaris. Sine hac,em̄ cassa atq; irrita prorsus esset hm̄oi morbi,præsertim tertiæ speciei,curatio. Quoad primū igitˀ oportet facta totius corporis priùs euacuatione,vlcera candenti ferramento adurere:est em̄ multò præstantius potētiali, vt creberrimè iam dixi,pluribusque rationibus iā probaui,quo locus cariosi ossis vndique ꝑrsus pateat,ita vt sine carnis cōtactu os ipm̄ scalpris,& radi,& posteà aduri meli⁹ possit iuxta methodū quā cap. de 3.spē hui⁹ affectus iā impēsē docuim⁹ ad qđ recurrere oportet,verum si vlcus figuræ rotundæ sit(quia difficillimæ consolidationis est, propterea, quòd per omnes lineas distat, quæ capacior inter omnes figuras à geometris censetur, & etiam quia talia vlcera rotunda principij à quo cicatrix sit auspicanda expertia sint) eousque

Vlcerib⁹ cū ossis certè oportere cauteriū actuale admoueri quod longe vtili⁹ est potentiali.

usque

usque retardatur cicatrix, vt induretur, qua in circũambitu vlceris indurata non potest cutis vltra procedere. Quamobrẽ Hippo. libr. de vlceribus:& auctores alij iubent huiusmodi figuram rotundam vlceris, candenti ferramento rectificari, ita vt ex rotũda longa, vel triãgularis reddatur, dicunt etiã Auic. 4. 4. atque Guid. huiusmodi vlcera interficere infantes nẽpe ob longum tempus: resolutis eorũ corporibus cũ sint citò resolubilia. Euulsa igitur scara, vel crusta ignis, vel butyro vaccino vel alio quopiam emollienti medicamẽto locus abstergatur, atque mundificetur vngueto de chambil, cuius præfato capite de curatione tertiæ speciei huius morbi iam meminimus. Demum caro sarcoticis, & vltimò epuloticis, seu cutem inducentibus medicamentis vtaris, quorũ copia in antidotario inuenietur. Verùm quia ferina hæc lues difficilè succurritur oportet in eius curatione ad fortius linimentum quod plus argenti viui continet peruenire, quæ distincta linimenta pro qualibet huius morbi specie illic etiã inuenies. Illiniendi autem methodum cap. de curatiõe tertiæ speciei iam docuimus ad quod recurre. Sed vltima medicamenta huic quartę speciei morbi suffitus atque vomitio sunt. Conficitur quidẽ vomitorium sic. Recip. cataputiæ minoris, drag. j. pulueris Ioãnis de Vigo. gran. iiij. formetur pillula, atque in aurora assumatur. Aliud ad idem. Recip. cataputiæ. drag. j. veratri nigri, agarici añ. scrup. j. calcinati Ioannis de Vigo gran. iiij. pulverizatis puluerizandis, & cum melle rosato mixtis fiat pillula & noctu sumatur, & anteà per. 8. horas & totidem post ieiunet, nisi vomitus ingens, vel magna alui solutio vel anxietates eum infestauerint, tunc enim cibo assumpto symptomata aquiscunt, vt sum expertus. Stibij quoq; id est antimonij electi nempe Itali optimè præparati gran. iiij. deuorata vomitionem & aluũ sciendo miro modo prodest, sed hoc prȩsidio non nisi in robustis habitudinib⁹, vel attrabiliosa, pituitosa ve temperatura præditis vtaris.

Vomitoria, & suffitus.

Nota.

De suffitu quo sudor atque ingens expuitio per os, & gingiuarum tumor, & oris scoriatio contingat veluti si æger linimento mercurij vngeretur.

VErùm suffitus sic cõficitur. Recip. cynnabaris. vnci. j. lapidis piritidis. vnci. sem. præcipitati. drag. iiij. omnibus grosso modo puluerizatis & guttulis storacis liquidæ mixtis, formentur trocisci, quorum vnus super prunas in vase fictili ponatur, & æger talari veste pedibus tenus coopertus capite tantùm detecto ne lædatur: suffitũ recipiat postea lecto succumbat, atque sudorem asseruet, idemq; per sex dies semel in die fiat, & bonis cibis nutriatur. Verùm si chironica vlcera rebellia, sanatuque difficillima sint, hoc vnguento vtaris. Recip. olei rosati completi vnci. iij. pulueris Ioãnis de Vigo, lythargirij. ana. vnci. sem. çæræ quod sufficiat fiat vnguentum. Ad idem aliud. Recip. olei rosati. vnci. iij. pulueris veratri nigri, pulueris de Vigo añ. drag. iiij. cæræ albæ quod sit satis confice vnguentum.

At verò si vlcera ad modum antiqua sint, præsertim crurium, vel brachiorum, timor est ne ipsis iam ꝑrsus clausis, emanatione cessante, assuetus humor non sine vitæ discrimine ad membra præcipua interiora cõuertatur, quapropter ne hoc accidat fonticula reseranda est à tribus digitis sub genu partis syluestris siue externæ in musculorum discrimine. At verò si in parte domestica cruris vlcera antiqua insederint, licebit tunc in parte interna sub genu (vt dictum est) fonticulam aperire, vt euacuationi antiquæ assuetæ

Vlcerib⁹ ex diuturno tẽpore manantibus iã clausis oportere fonticulã aliquam in parte ignobiliori reserari, & ratio.

ſeruata cantexi æquiualere melius poſſet licet in ceſſui aliquod impedimētum eſſet: in parte vero externa non itidem. Cæterùm quia febricula, cum membrorũ extenuatione hanc quartã morbi ſpeciem comitari etiam ſolet, interdum ad torridam maraſmum, & hecticam perueniens (non enim inconuenit alias etiam morborum ſpecies (vt experiētia docet) huic affectui conuenire) tunc curatione hecticæ febris curetur. ¶ Verùm quia omnibus huius morbi ſpeciebus allopecia ſiue capillorum defluuium barbæ & ſuperciliorũ euenire cõſueuit: nonnulla topica medicamenta aduerſus hãc luem mihi ſæpiùs experta commiſcere volui: quorum quædam à Galeno tum lib. 1. de comp. med. ſecundũ locos ca. 1. tum etiã lib. de Theriaca ad Piſonem, necnon. 14. meth. cap. 18. & Araſi. 25. conti. cap. vlti. Sed prius cognoſcere oportet quis, nam color illi parti vbi pili defluunt, ſit. Nam ſi albidior q̃ pro naturæ habitu ſit, pituitoſi humoris purgationem adhibebis: ſin pallidior eiuſmodi bilis purgationẽ non ſecus q̃ ſi nigrior conſpiciatur, quæ nigrã detrahant bilem offeres. Eadem etiã animaduerſione victus rationẽ ægrotis impones, contrariam ei qui abundat humori, vt ex. 14. Meth. ca. 18. colliges. Topica verò medicamenta capiti, barbæ, ſupercilijsq́; posteà imponēda ſunt: prius frictione crebra panno facta exaſperante: illitio illico ex murium ſtercore cum aceto trito. Rurſus murium capita cõcremata, & melle illita iuuamēto eſto. Ad idē quoq; expertũ habeo decoctũ ex Abrotano, fumaria, cauda equina lapathio acuto ana. m. j. incoctis ĩ lib. iij. vini albi veteris optimi ad medietatis conſumptionem, & caput prius pertuſum: præfacto lauacro actu calido cum ſpongia noua in eo infuſa abluatur, & exiccato madore pannis calidis: illitio fiat aliquo dictorum vnguentorum cum aliquantula frictione: manè verò illitæ partes prædicto decocto abluantur, & ſic alternatim his medicamentis erit vtendum, vel vnguēto ſequenti modo dicto. Recip. muſcarum exſiccatarũ, ſtercoris muris, lapidis lazuli, abrotani. añ. drag. j. pulucrizatis pulucrizandis, & cum duabus vnci. de oleo antiquiſsimo, ac paucula cæra vnguētum confice. Quibus remedijs & interim euacuatione per interualla vtaris. Sed vnum intelligas velim ea omnia medicamenta in capillorũ defluuio (quod hecticã febrem comitari ſolet) nullum allatura iuuamentũ: hoc nanque ſymptoma inter indicia lethalia in febre fixa habituali, vel hectica præſertim cum tibiarum inflatione, & pediculorum multitudine à Doctoribus connumeratur, ſummam nanque virtutis imbecillitatem præ ſe fert. Verùm alijs aliopeciæ ſpeciebus ex vitioſo humore tantùm radices capillorũ erodente prædicta medicamenta maximo iuuamēto ſunt. Vnũ tandem in calce huius capituli aduertito nēpe me experimēto vidiſſe, laborãtib⁹ alopetia, canitiē, licet raro euenire: poſt ſanitatem vero, capillos in priorē nigretiam redire, quod etiam Raſis. 25. conti. cap. vlti. aſſerit. Experientia quoque inueni, ꝙ aperire tuberculũ inguinis præcociter, ideſt, ante integram maturitatem, & retinere ipſum recluſum per multũ tempus præſeruat ab alopetia.

Omnes affectionumſpecies huic morbo complicari ſolēt

Qualiter vitioſ⁹ humor alopeciã efficiēs dignoſcatur: & curationis diſcrimen.

Topica medicamētaaduerſus alopeciam.

Capillorum defluuiũ in ethica febre p̄ſertim cũ alijs malisĩdicijs eſſe ſi gnũ lethale.

CAP. XXIIII.

Quo ſeorſum agitur de vlceribus gutturis huius morbi modo columellam, modo verò tonſilas, & palatum corrumpentibus, & perforãtibus.

PRAEcedētibus capitulis adnotauimus, auctoritatibusq; & rationibus, impensè probauimus in gutturis vlceribus mercurij, linimētis tutò non esse vtēdum. Nam cum potissimum huius morbi materies mercurij causa ore expurgetur, nocumento noxæ addito, vlcera admodum irritarentur. His igitur simili vlcere laborantibus decoctum ligni indici vel suffitus, quorum narratio præcessit tutiùs accommodatur. Ea igitur vlcera si summam oris & gutturis partes duntaxat occupauerint facta prius corporis euacuatiōe, & caput purgijs per nares ex mellicrato, vel succo siclæ, cū oleo amygdalarum amararū receptis: sat erit ea loca sequenti lauacro lauare.

Medicamenta ad abluēda vlcera gutturis & oris.

Recip. hordei mundati, lentium excorticatarū, saturegiæ, rosarū, caudę equinæ, plantaginis singul. p. sem. fiat decoctum secundū artem in lib. iij. aquæ pluuialis ad medietatis cōsumptionē, posteà excolletur, adde mellis rosati collati vnci. v. myrrhę electæ in polinem redactæ drag. iiij. fiat lauacrum. Verùm si maiori abstersione sit opus parum vnguenti AEgyptiaci ei cōmiscebimus, & cùm mundificari iam cœperint addatur parum liscij, & sirupi myrthini, & cornu ceruini vsti, & tunc ipsum decoctum cum quatuor partibus vini albi, & vna aquæ ex pyla fabri ferrarij fiat. At verò si collumela, vel tonsilæ corrosiuo vlcere afficianт, opus est panno in cuspide specilli inuoluto sequenti medicamento madefacto ea vlcera intrepidè subtiliter tangere. Recip. aquæ alchimistarum, vnguenti AEgyptiaci aña. vnci. sem. pulueris cucurbitæ cōbustæ drag. j. luteorū ouorū. nu. j. fiat mixtio, vel tangantur ipsa sola aqua alchimistarū cum modico pulueris sandalorū rubeorū cōmixti, sed oportet aliquod mite decoctum esse paratum vt si æger medicamenti vi exarsiōe, & incendio maximo afficiatur, eo in ore & gutture retento mitescant. & sic conficitur. Recip. hordei mundi confracti, fœnugræci, seminis cythoniorū, & maluarū aň. p. sem. fiat decoctū in lib. ij. aquę ad medietatis consumptionem, & excolletur. Aqua quoq; cynnabaris pretium operæ his vlceribus est, quam sic conficito. Recip. vini albi lib. ij. viridis æris, auri pigmenti, aluminis aña. drag. iiij. sublimati drag. ij. cinnabaris. drag. iiij. & sem. pulue rizatis puluarizandis & vino mixtis bulliant duabus ebullitiōibus. Verū interdū contingit tonsilarū carunculas eousque intumescere, vt non solùm deglutiōem, sed adhuc anhelitū prohibeant. Quocirca alijs non conferētibus interdū coact⁹ fui eas vncino manu sinistra sursum eleuatas forcipedo dextra sensim incidere, deinde alchimistarū aqua pauco puluere sandali rubri commixto intingere deinde decocto immediatè ex posito guttur abluere.

Interdū coacte tonsilarū adauctā caruncula esse incidendam.

Quod si ex incisione tonsilarum fortè sanguis irruet: eo restricto postea cucurbitula in occipitio cum scarificatione affigatur. Et ad sanguinis profluuium, oxicrato, & succo plantaginis colluatur, illito à parte exteriori gutture sequenti vnguento.

Cucurbitulam occipitio affixam huic morbo atq; sanguinis profluuio superuenienti prodesse.

Recip. olei violati, & amygdalarum dulcium, olei rosati, & chamæmelli, axungiæ gallinæ ana. dragm. sem. cum pauco ceræ albæ confice vnguentum. Tonsillas verò sedato dolore tali miscella molli panno in cuspide specilli circumuoluto illinies. Recip. syrupi myrthini, & rosati, ex rosis siccis, mellis rosati collati, vini albi, decoctionis rosarum, balostiarum granorum, myrthi ana. vnci. j. pulueris foliorum myrthi, alluminis vsti, & stercoris canis ana. dragm. j. misce & vtere, vt dixi. Insufflare etiam per calamum puluerem stercoris canis, vel per se, vel cum allumine vsto, secundum exigentiam

maxi-

maximè prodest. Ad idem quoq; puluis cornu cerui vsti & corali albi pręstat: quã tam autẽ vim habeat stercus caninũ; atq; humanũ aduersus anginam & vlcera oris sciet ille qui legerit Gale. 10. de simplici medicina. c. de stercore humano. Si verò in palato vlcus insederit, materiam ad nares loca proxima deriuari licebit, quẽadmodũ è diuerso si in naribus affectio esset per palatum deriuari eius materiam liceret, vt Gal. 13. Meth. cap. 11. & plerisq; alijs in locis docet. Verùm qa in hac parte os tenuissimũ est, & humiditatibus cerebri admodum obnoxiũ, corruptioniq; inde aptissimum, atque intus locus sit vacuus, danda pro viribus opera est, vt à corrosiõe tueatur. Si enim ab ea parte os extrahatur, nõ solùm voci, sed loquelæ (turpe quidem nocumẽtum) superest, vt passim experientia docet. Cum enim articulatio vocis, nec locutionis extracto osse: foramineque ibi relicto formari possit. Nanque vt Philosophus. 4. de hist. natu. cap. 9. testatur os lingua palatum duo labia & quinq; dentes prædictæ actioni requirantur. Nonnulla igitur carie forsan ibi apparẽte subtiliter os radatur, locusq; cruentetur, statimque ad mundificantia, & sarcotica properandum est, nullo ibi linamento relicto, ne caro magis disgregetur. Sed si forsan res ipsa medici voto, vt fieri assolet, non correspondeat, & frustulum aliquod ossis sua sponte decidat, tũc difficilè admodum, ac penè impossibile est, tale orificium agglutinari, tum propter internam vacuitatem qua basis, seu fundamentum producendæ carnis deficit (nulla enim pars solida cui innitatur existit) tum etiam ob eius figuram sphericam vbique difficillimæ quidem consolidationis, & præcipuè in hac parte propter causam iam dictam: tum etiam propter humiditates ad eam partem assiduè confluentes. Memini tamen quondam puellam cui os paruulum ex simili vlcere deciderat, morosa curatione curasse, nulla ex prædictis noxa ad laudem Dei manente. Methodus verò curationis fuit omni die sanguinem in circum ambitu vlceris ne cicatrice ipsum induceretur ciere, & vino stiptico, & melle centaureæ commixtis locum sæpiùs abluere, exiccareque panno exasperanti, deinde melle etiam centaureæ locum linire, & pecciculam panni rotundi, cum vnguento bernicis, seu de sandaraca superimponere, & quoties à saliua perfundatur toties adaptetur. Quando verò os, quod excidit, vel magnum est, vel seriùs quàm oportebat medicus fuit acersitus vlcere iam in fistulam mutato, quo tempore de vlceris agglutinatione diffidendum est. Tũc expertus sum ad turpem loquelam auferendam, ac naturali similem reddendam: lichinum ex mastyce, ac cæra simul commixtis, capite lychini vlceri pauculo superante, imponere, quo æger veluti sanus loquebatur, semoto verò lychinio turpiter admodum. Verùm columella, siue vuula exhulcerata solet interdum in hoc morbo facilè corrumpi. Est enim carneæ spongiformis penè substantię ac pendens, facilè inde corruptionem recipiens. Qua corrupta ac prorsus separata vltra id quòd turpem aliquatenus loquelam, ac vocem reddit, vitæ etiam discrimen adfert. Inter eius nanque vsus ille potissimus est, vt Galeno lib. de voce & 11. de vsu part. testatur, vt aerem vitæ necessarium ad pulmonem refrigerandi cordis gratia ingredientem contemperet, ac præparet. Si enim crudus absque præparatione ingrederetur, maximo esset nocumento, & vltra hoc eius prorsus incisio tertio Prognosticorum, periculosa admodum censetur, idemque Auenzoar quarto Theisir testatur, sed præsertim quando æqualiter tumet deglutionem,

Vlcerib⁹ palatum occupantibus oportere materiam deriuare per nares, & econtra.

Foramen vlceris palati osse ablato difficile admodum agglutinari & ratio.

Curationis methodus si qua est.

Methodus qua loquela & vox ad tẽpus resarciatur.

Nocumenta quæ ex ablatione columellæ consequuntur.

nem, & aeris attractionem prohibens, solet enim ingens sanguinis profluuium ex eius incisione prouenire: Conandum igitur pro viribus est ne ad tantam corruptionem perueniat, vt eius incisione sit opus. Fiat ergo primo sanguinis missio, signis dominij sanguinis apparentibus, deinde cucurbitula cum scarificatiõe in occipitio affigatur, & solutiuũ aliquod non expectata humorũ concoctione patienti coactè exhibebis, vt Hipp. 2. Aph. 22. præcepit cùm dicit: concocta medicari oportet &c. Et. 4. Aphor. 10. Medicari in valde acutis si materia turget eadem die &c. Topica igitur remedia priùs sint, gutturis ex posca ablutio, sandalis rubris ei commixtis, deinde dianucum, vel diamoronis confectione etiam commixta. Ad idem quoque, vt sæpe expertus sum primas tenet malum punicum acidum recens cum cortice mansum, constringit enim facilè tumentem columellam. At si tempus non sit, in aceto & aqua rosata ipsum infundito, deinde contundito, exprimaturque, & cocleari paruulo nostroi succum illum columellę adaptabis: ita, vt intra coclear quantum possibile sit retineatur: deinde per calamum puluerem crissocholæ, & boli Armenici, & trociscorum de charabe, & salis armoniaci ac gallarum balustiarum aña. commistorum insufflabis, vel cum succo cithonicorum admouebis. At verò si columella ipsa non solùm tumore atque relaxatione, verum etiam corrosiuo vlcere, vt in hoc affectu fieri assolet, afficiatur, tunc aqua cynnabaris (cuius suprà meminimus) tangatur, & si fortiori medicamento vti liceat, aqua alchimistarum. Si verò corrupta iam sit, corã sole vncino instrumento affigatur, forcipeque per partem superiorem eius graciliorem scindatur, posteaque eadem alchimistarũ aqua intingatur. Quidam verò candẽti ferrã. ẽto per calamum immisso & eam scindũt ac simul adurunt, nempe perforato ipso calamo prope eius extremitatem, per superiorẽ partẽ, quo foramine columellã intromittito, & (vt dictum est) secato, atq; adurito: deinde eodem decocto ad intra atque vnguẽto ab extra vtaris, quæ hoc eodem capite in abscisione tonsillarum posuimus. Hoc vno animaduerso, vt corrosione permittẽte, radicitus ipsa columella non scindatur, sed partim, vt nõ nihil in suo munere obeundo prodesse posit, vt Auic. Fen. 13. 3. tract. 1. capi. 15. consulit. Deinde lauacris exiccãtibus curabis. Sed vnum penè monstruosum casum, quem vidi olim in fine huius capituli vobis narrabo, nempe hominem duplicẽ columellam à natiuitate (ipso inscio) habentem, & quæ præter naturã erat sæpiùs inflammatione atque anginæ symptomatis corripiebatur. Quocirca medicus huius rei ignarus creberrimè ipsi ægrotanti venam secabat, donec ipsum ad maximam perduxit imbecillitatẽ. Ego verò fortè fortuna semel illic adfui & ad solem exposito, oreque aperto suppressa specillo lingua guttur illi⁹ inspexi, & certè in admirationem incidi duplicem columellam aspiciẽs. Tandem illius & omnium qui aderant consensu eam quæ magis præter naturam mihi videbatur abscidi, deinde curatione vlcerum communi ipsum curaui, ac posteà nunquàm angina suspecta laborauit. Postea mecum voluens non magis hoc miratus fui quàm sextũ digitũ cuius euentus sæpe accidit.

Medicamentum proficuum.

Modus incidendi corruptam columellã alijs medicamentis non proficientibus.

Mõstruosus casus & curatio.

CAP. XXV.

De vlceribus pennis & corruptione præputij in hoc sæpè morbo euenientibus.

QVIA


VIA (vt iam anteà diximus) obſcœnæ pudẽdorum partes vltra id, quod ex cõcubitu hoc morbo infectæ mulieris inficiuntur, calida etiam atque humida natura ſint præditæ necnon quia, vt inquit Galen. 5. Metho. cap. 4. excrementorum ſunt canales, facilè putreſcunt. Itaque ſatis ad rem erit hîc de ipſis ſeorſum caput edere, & priùs iuuenibus quibus hæc ſæpè contagio ex venere concitari aſſolet, admonere volo, vt ab ipſa præſeruari valeant, vt ſtatim à muliere ſuſpecta diſcedentibus aqua & aceto roſatis totum pudendũ ſæpiùs abluãt, aqua videlicet roſata in duplo acetum ſuperante, nam hoc certè conſilio multi ab hoc malo præſeruati ſunt. Si igitur puſtulæ, vel vlcera ſummã tantùm pennis partem occupauerint, tunc ſat erit alluminoſa aqua, quæ à Galeno. 1. de ſimplici medicina cap. de aquæ poteſtate inſcribitur, vel quæ à Guidone tract. 6. capi. de gutta roſata inſtillatione paratur eluere, ſiccis tantùm linamentis ſuperimpoſitis, & totum deinde pudendum panno vnguenti albi cooperies. At verò ſi exarſio, vel incendium ſentiatur pannis ſucco arnoglo ſæ, & aqua roſata, ac modico aceto madefactis ſuperadmotis ſæpè mutatis, curabis, & ſanguine ex talo mittito, & tuberculum inguinis huiuſmodi vlceribus peculiare anodyno aliquo medicamento illinito, veluti facto ex aſungia gallinacea, oleo irino, chamæmelino æquis portionibus cum cera coagulatis. Vnde in hoc vulgaris opinio ſicuti in multis alijs palàm decipitur. Credunt enim inguinis tubercula, vel ſubalis, poſt aureſve vlcera, vel ſcabiem in partibus ei correſpondentibus ac proximis genuiſſe, cùm multò ſecus contingat: vlcera nanque illa, vel ſcabies, quælibet ve percuſsio, ſiue in crure, vel pede ſit, vel in penne, quia dolorem accerſit, materies præcepto naturæ ad dolorificum locum maximè in corpore vel plethora, aut cacochymia laborante influit, & cùm glandoſa, ſeu adenoſa emunctoriorum caro rara, atque ſpongi formis, via ac tranſitus fluentis humoris ad ea loca ſit, hoc humore in ea raritate ſuſcepto, atque imbuto tuberculũ fit, quod vulgo ſeca nuncupare ſolet. Et idem ſubinde contingit, ſi in manu vulnuſculum aliquod appareat, quia ſubalis tuberculũ accesſit, & in collo ſimiliter ſi in capite. Quod optimè à Galeno. 13. Metho. cap. 5. declaratur. Verùm ſi puſtulæ iam vlceroſæ altiùs penetrauerint, non ſolùm cutem, ſed etiam carnem iam corrodentes, tunc maximopere quidem circunſpicere oportet, an locus pellis, ſiue præputij liueſcat, vel nigricat, aut non, ſi non vnguentum apoſtolorum ſat erit: ſi verò vlcus altiùs (vt diximꝰ) penetrauerit, & maiore abſterſione ſit opus, AEgyptiaco vnguento vtaris, vel per ſe, vel luteo oui vel pauculo vnguenti albi commixto, vel puluere Ioannis de vigo ſuperſparſo, ſiue vnguento commixto, vt morbi ratio expoſtulauerit, quæ in linamentis admoueantur, deſuper verò in panno totum ferè pennem cooperiente vnguentum album, vel pompholigis imponito, poſtea vlcus, vel vnguento mundificatiuo communi ex apio (quod vocant) vel alio consimili mulcebri mundificetur. Quod recipit ſucci apij. vnci. ij. mellis roſati collati. vnci. j. & ſem. farinæ hordei quod ſufficit, confice vnguentum, data vnica ebullitione: quod vlcere iam prorſus mundo ſarcoticũ ſimul fieri etiã poteſt, nempe additis myrrha, mumia & ſarcocolla, habita temperaturæ ratione, & in poſterũ vlcus cicatrice inducatur, ſequenti puluere. Recip. foliorum oliuæ, lithargirij, tutiæ præparatæ ſaccari candidi, alloes. añ. dragm.

Aduerſio pſicua ne iuuenes hoc morbo afficiantur.

Invlcere pudendi tuberculum in inguine ſuperuenire peculiare eſt, & ratio.

Varia medicamenta topica.

drag. sem. misce, & in pollinē reddito, & siccis linamētis super impositis curetur. curbita etiam in furno exiccata, in pollinemq; redacta, & charta combusta mirum in modum à Gale. 5. meth. cap. vltimo in calce laudatur. Puluis quoq; stercoris canis, & cornu cerui vsti, & foliorū myrthi ad idem operatur. Cæterùm si vlcera cacoetica ac prorsus erodentia nigricantia, ac mollia sint, gangrenæ via tendentia, cum sensu, vel hebete, vel nullo, quæ fœtor vehemens comitatur, tunc secta priùs ex talo, si virtus tolerauerit, vena, alta scalpellatio summa, vel mediocris, vt res expostulauerit, fiat, & sanguine nigro toto inde expresso, acetoque salito abluto, aqua chimistarum vlcera intingito: demum vaccino butyro crustula eleuetur, loco semper in circumambitu vnguento de bolo Armeno, vel alijs refrigerantibus illito. At verò si gangrena totum præputium altiùs iam occupauerit, totum ipsum amputato, atque candenti ferramento in circumambitu adurito. Demum crusta mollificante aliquo medicamento vt modo etiam diximus euellatur. Postea vnguento ex apij succo, & alijs quæ diximus vlcus curabis. Sed quoniam interdum euenit pellem ipsius præputij in parte tantùm superiori glandis corrumpi, atque ob id per orificium corruptionis glandem foras egredi, reliqua præputij parte sub ipso pudendo instar pilæ aggregata, turpissimum quidem atque veneri, & proli impedimento. Itaque cùm hoc contigerit oportet totum illud funiculo alligari, atque constringi, demum præcidi, & candenti ferro orbiculatim subtiliter tangi vt interdum etiam post integram vlceris cicatrizationem feci.

Secanda ex talo.

Quando oporteat huic malo cauterio actuali succurrere.

Verùm nonnunquam contingit (vt sæpe vidi) aliud turpe huic membro euenire, vt iam sæpe periculo compertum habeo, nempe ęgrotum ipsum pudendi glādem ad aliqua vlcera, vel, excoriationem in ipsa curanda, pellem ipsius præputij sursum versus detegere ac eleuare, & sic imprudenter per aliquod tempus relicto, cutis eousque inflari, vt postea non solùm in suum reduci nequeat, verum etiam inflammatione, & interdum gangrena tentetur. Itaque quo pacto hoc malum à principio non magno negotio prohiberi possit, Deo auspice, docebo in pręsenti. Cùm igitur hoc contigerit, propter ipsius valetudinarij vel forsan medici inscitiam oportet statim medicum, vel vnguibus quatuor digitorum manus sinistræ præter pollicem, vel panno ex asperā te totum simul præputium versus partem inferiorē vt glandem cooperiat violenter trahere: impellente nimirùm simul pollice eiusdem ipsam glandem versus partem interiorem, interim manu dextra pudendū firmiter tenente, & sic glans, præputio attracto, contegetur. At verò anteaquam cutis in suum naturalem locum reducatur, si forsan aliquatenus iam induruerit, sume corticum radicum altheę recentis, fœnugræci, seminis lini, sing. P. j. feruescant optimè simul & per pannum excollentur, & in eo sepi vaccini liquefacti, vnci. ij. commiscebis, & totum pudendum in hoc lauacro calido summergito, & ibi lana succida fricabis, & postea panno in eo madefacto circunuoluito, & altero die (vt docuimus) præputium reducito vt sæpius feci.

Aduerte ingens malum quod eleuato præputio & sic imprudèter dimisso euenire solet.

Modus reducendi pręputium.

Sed restat nunc vltimò cuiusdam non leuis mali hîc meminisse, quod interdum euenire vidi, eidemque subuenire. Vlceribus igitur excedentibus hoc membrum nonnunquam euenit, fistulam internam vrinariam aliquatenus abrumpi, lotio satis turpiter inde egredienti, oportet ergo, tunc temporis foramine vlceris iam satis mundicato cauam plumbeam ten-

tam tenuem per vrinarium meatum subtiliter intromitti, & inde per aliquot dies vrinam excerni, ne vulceris osculum in transitu ab ea tangatur, licet enim virtute & potentia exiccans sit, substantia tamen est humens, quo & etiam sua acrimonia agglutinationem prohibet. Verùm si omnibus his contingat interius orificium meatus vrinarij adhuc aglutinari non posse, oportet tunc altero duorum remedio vti: nempe aut inter fistulam vrinariam, & pellem pudendi summa obliquaque incisione, excoriationeúe, vt sic cutis per deligaturam ac medicamentum emplastricum versus partem anteriorem extensa, orificium, quo lotium egrediebatur, cooperiri agglutinarique possit: aut facto vulnere exteriùs in toto circumambitu pennis retrorsum & hinc inde cute disgregata impleatur vulnus linamentis, sic enim totum, quod in vulnere cutis porus occupauit elongari versus partem anteriorem poterit: & sic orificium, quo lotium à parte interna egrediebatur, operies: & pro viribus, sarcoticis carnem alere, & cutem epuloticis super inducere magnopere curabis. Sed hoc maximè cauendum tibi consulo, vt in pelle secanda, vt diximus, nimis cautè & subtiliter sectionem exerceas, eatenus vt fistulam internam vrinariam minimè tangas, nam maius nocumentum inde sequeretur, & nempe duobus orificijs inde secutis per quæ lotium egredietur, cuius exitum per vnum tantùm ne egrederetur anteà conabamur. Cui quidem medendi rationi allucinatur Cornelius Celsus libro septimo, capite vigesimoquarto. Sed caue (vt dicit) ne interiùs altius incisione penetres. Interdum præterea præputij pelle per partem superiorem dirupta glans per orificium egreditur plicata desuptus ipsa pelle atque tumente, turpissimum admodum atque veneri & proli impedimentum. Quare tunc secanda cutis illa prorsus est & candenti ferramento tangenda.

Methodus duplex curandi pudēdi vlcus corrupto meatu vrinario & inde lotio egrediēte.

Aduerte summa cum diligentia.

CAP. XXVI.

Quo nonnulla dubia circa hunc affectum Gallicum proponuntur, diluunturq́;.



INTER MULta certè dubia scitu admodum digna in hac Gallica affectione, tria in præsenti potissimum se offerunt. Primum quidem cur tubercula magna, vt strumæ, scyrrhus, ædemata doloris sint expertia vt Galen. tùm. 14. methodi. capite secundo. & 3. & 2. ad Glauco. capit. de ædemate, & de scyrrho asserit, cùm omnes quidem doloris causæ nempe intemperies, atque soluta continuitas secundum eundem Galenum. 12. methodi. capite. 7. & Auicenna. 4. 4. capite. 30. in ipsis abscessibus reperiantur, sine quibus quidem apostima (vt eius definitio pandit) fieri non potest, constat, enim vt neminem latet ex intemperie ac soluta continuitate, & compositione deprauata. Secundum dubium cùm solutio continuitatis inter obiecta sensus tactus cui dolor adscribitur non ingrediatur, quæ secundum Philosophū. 2. de anima sunt octo nempe calidum, frigidum, humidum, siccum, asperum, lene, durum, molle, non igitur apparet ipsam solutam continuitatem dolorem posse inferre. Tertium, quid nam in causa

Cur huius morbi tubercula doloris sint exptia.

Secundū dubium.

Tertium dubium.

in causa fit vt vlcerib⁹ siue pustulis exterioribus huius morbi laborantes, minori multò dolore excrucientur quam alij valetudinarij, quibus ista in eodem morbo deficiunt. Pro enodatione huius primi dubij dicendum iuxta præfatorum auctorum atque aliorum omnium sententiam, illam solutam continuitatem, ac pariter in temperiem ex materia calida, per viam defluxus, vel deriuationis subitò in membrum irruentes, atque inuadentes duntaxat dolorem afferre, cùm natura subita inuasione patiatur, nulloq; modo in frigidis omnino materiebus, ex quibus abscessus doloris expertes per paulatinam congestionem serius multò ac sensim gignuntur, quo fit vt non itidem natura offendatur; ac rursus materies sua etiam frigiditate membri sensum hebetat, quibus apostima dolore priuatur, etiam si suppuretur, licet contra Hippocratis sententiam. 2. aphorismor. 47. apertè hoc pugnet, cùm dicit: dum pus conficitur &c. Solùm enim in inflammationibus ex calidis materiebus verificatur, vt asiduè docet experientia. Ad secundum dicendum ipsam solutam continuitatem alicui dictorum obiectorum nempe partium asperitati eleuationem inductæ referri. Sic igitur soluta continuitas, nisi modo dicto impediantur est causa doloris. Ad tertium dico cum Nicolao Leoniceno libr. suo de morbo Gallico, vbi inquit, quòd humor nanque noxius quem natura imbecillior tentauit quidem, non tamen potuit ad exteriora propellere, tandem in articulorum neruis insedens, ibi prohibita transpiratione doloremingentem concitabit: apparentibus verò pustulis, vel vlceribus in partibus corporis exterioribus, perniciosus humor exterius euaporans remissiùs multò offendit ægrum.

Solutio primi dubij.

Solutio secũdi dubij.

Solutio tertij dubij.

CAP. XXVII.

De antidotario in quo varia medicamẽta admodum huic morbo vtilia atque experta inscribuntur, & primo de varijs syrupis, & pharmacis pro diuersis temperaturis, atq; etiam de quodam syrupo loco decocti ligni Indici non cũ minori iuuamento exhibendo.



IN hoc quidem antidotarij capite plurima nobis experta medicamenta adferemus. Primo quidem syrupos pro qualibet temperatura exhibendos, non solùm concoctioni euacuandæ materiei huius morbi, sed etiam integræ ipsius curationi Deo auspice pro futuros, præmissa videlicet corporis euacuatione, eademque habita victus ratione, quæ in decocto ligni Indici obseruari assolet: cuius quidem syrupi. vnci. iij. per triginta dies mane & serò eger delingat. Prius igitur pro biliosis temperatura. Recip. limaturæ ligni Indici electi (vt suprà docuimus) per qua triduum infusæ in. x. lib. aquæ pluuialis, deinde lento igne vsque ad duarum partium consumptionem feruescat: posteà verò excolletur, & igni exponatur, cui excollaturæ adde florum borraginis, buglossæ, rosarum, violarum, singulorum. p. j. & postquam secundum artem ebul-

Syrup⁹ morbo Gallico correptis, temperatura biliosis.

lierint iterum excoletur, & cum saccaro albo, quod sufficiat, syrupum conficito: & in ligatura in ipso infundatur puluis trium sandalorum drag.ij.&(vt diximus) assumatur, sudore, quantùm fieri posit, obseruato: & eodem modo de sequentibus syrupis intelligas.

Syrupi pro atrabiliosis temperaturis.

Syrupus pro temperatura atrabiliosis.

SVme ramenti eiusdem ligni Indici lib.j.omnium specierum mirabolanorum cuiusque dragma.iij. hermodactylorum drag.iij.fisticorum, tamarindorum singulorum vnci. j. folij Indi.p. j. salis amoniaci drag.iij.epythymi, senæ, polypodij ana.p.semis, prunorum damascenorum.p.iij. infusa rasura ligni Indici in eadem aquæ pluuialis quantitate per quatriduum: postea vsque ad consumptionem duarum partium incoquatur, & tandem excolletur, & alijs simplicibus secundum artem mistis, & incoctis cum melle optimo atque saccaro æquis portionibus fiat syrupus: pro diuitibus verò addatur musci, ambre ana.gran.iiij.

Pro pituitosis temperaturis.

RECIP. Ramenti ligni Indici, rubi Indici, vulgo çarçaparrilla, minutatim incisi, singulorum.libra.semis.prunorum Damascenorum.p.iij.turbith, hermodactylorum ana. vnci. semis. fumariæ viridis.p.ij.iuncianæ, Aristolochiæ ana.vnci.semis.omnibus conquassatis dimittantur per quatriduum in decem libr.aquæ, postea ebulliant modo suprà dicto: deinde excolletur, & cum optimo melle fiat syrupus secundum artem. Sed aduertito huiusmodi syrupi vnci.iij. vel per se, vel cum decocto eiusdem ligni Indi per triginta dies (vt diximus) esse sumendas. Cæterùm quando syrupus exhibetur solùm pro euacuandæ materiæ concoctione sufficit quatuor quinqueve diebus ipsum delingere, & posteà pharmacum conueniens, secundum materiei diuersitatem, exhibeatur.

Syrupi duplex vsus.

De varijs vnctionibus mercurij, pro curatione morbi Gallici confirmati.

PRimo in huiusmodi vnctionibus aduertendum est, non omnibus hoc morbo laborantibus, eadem linimenta æqualiter conuenire, nulla adhibita distinctione, vt apud vulgus vsurpatur, instar mali sutoris omnes eodem calapodio calceare, laborantis vt Galen.9. methodi. capite decimosexto. inquit. Sed cuilibet temperaturæ atque ætati varia medendi methodus est adhibenda; & sic varias vnctiones pro diuersis temperaturis & ætatibus conficere oportet: quarum varietas circa maiorem, minoremve mercurij quantitatem discriminatur. In atrabiliosis nanque ac temperatura robustis mercurij quantitas augenda est: in pituitosis verò aliquatenus minuenda: cæterùm sanguineis & biliosis temperaturis, vel quocunq; modo debilibus, minor quàm in omnibus alijs mercurij proportio commiscenda est. Quibus ostensis. Recip. assungiæ suillæ salis expertis vnci.xvj.mercurij optimè purgati & diu extincti cum saliua ieiuni, vel cum oleo ipericonis, in fortibus, vel temperatura atrabiliosis, atque vlcerosis.vnci.v.pituitosis verò vnci.iiij.sanguineis, vel biliosis, & pariter debilibus vnci.iij.olei laurini. vnci. j. theriacæ. vnci. semis. cerusæ.

Vnctiones easdem non omnibus cōuenire: Sed variæ pro ætatibus, & tēperaturis.

Quantitas mercurij qñ augēda quā dovè minuēda.

Vnctiones pro varijs tēperaturis, & ætatibus cōdendæ.

vnci.j.

vnci.j.lithargirij.vnci.ij.euphorbij,olibani singulorum.dragm.iiij.assungia per se prius minutissime scissa atque in mortario cum argento viuo guttatim, sensimque commixta, atque diu eousque agitata vt nullo modo argentum viuum visu percipiatur. Demum alia simplicia optimê secundum artem misceantur. In fine adde storacis liquidi modicum.

Aliud linimentum ad idem.

RECIP. Axungiæ porcinæ insulsæ vnci.xvj.olei chamæmellini, anethini,& laurini,& spicæ ana. vnci. semis. Resinæ,therebinthynæ cuiusque. vnci.j. euphorbij.vnci. semis. liquefactis liquefaciendis cum sufficienti quantitate cæræ, posteà argentum viuum secundum prædictam proportionem sensim commisceantur,& vltimò addatur storacis liquidi vnci.j.& vnguentum conficito.

Ad idem, linimentum aliud.

RECIP. Axungiæ porcinæ sine sale libra.j. radicum recentium ebuli & hennulæ campanæ conquassatarum, stæchadis ana.p.j.olei anethi, & chamæmeli,& laurini,& irini singulorum.vnci. semis.squinanti.drag.iij.euphorbij, cerusæ ana. drag. iiij. therebynthinæ, resinæ, cuiusque vnci.j. thuris, mastycis ana. dragm.iij.vini albi veteris libra.j.semis. sic conficito prius axungia cum vino,& radicibus dictis atque stæchade,& squinanto ferè vsque ad vini consumptionem ebulliant, posteà forti expressione excollentur,deinde therbynthina,atque resina cum sufficienti quantitate cæræ simul cum prædicta excollatura liquefiant,& in mortario ponantur, deinde puluerizatis puluerizandis,ac simul sensim commixtis cum ipso argento viuo, & morosa agitatione pistatis vnguentum conficito.

Linimentum pro formidantibus illiniri argento viuo.

QVIA nonnulli hoc morbo laborantium eo vsque mercurij illinitionem timent,vt à medico expostulent, vt coram seipsis vnguentum prædictum absque argenti viui admistione conficiatur: itaque in præsentia medicamentum adferam in quo licet mercurium actu percipi non possit, potentia tamen ipsum ingrediatur, eodemque modo operetur. Hoc igitur facies si duplum cinnabaris loco mercurij vnguento commisceas, & maximè si cinnabaris ipsa fosilis sit, quam Auicen. 2.cano.cap.proprio de argento viuo vzifur nuncupauit, nempe intra mineram ipsius argenti viui inuentam: quæ si haberi non possit factitiam commisceto, quę ex sulphure & argento viuo constat, Auic.citato loco asseuerante. Sed in huiusmodi vnguentis argento viuo commiscendis duo potissimum aduertito. Primum quidem pro iuuenibus biliosisq; temperatura inungendis, argentum viuum purgatum minerale frigidum, si possibile sit, fore eligendum: senibus verò, pituitosisve ediuersò, videlicet non purgatum, calidum, factitiumque. Dixi autem (si possibile sit) non enim semper hoc ad votum eligi poterit, nisi forsan aut ægrotante ipso vicino mineræ argenti viui, aut eo vsque diuite vt in regionem illam vbi vtrunque argentum viuum venditur mittere possit. Secundum

Linimentum argenti viui formidantibus, quibus remedijs vtendum.

Aduersio.

operæ pretium esse adulterinas deceptiones, quæ à venundantibus ipsum argentum viuum committi solent, in præsenti pandere, quas ab aurificibus ipso argento viuo in deaurandis vasis vtentibus, didici. Solent enim (vt ipsi aiunt) quartam partem, vel quintam plumbi ipsi argento viuo commiscere. Hoc experieris & nocumentum auertes. Primum quia statera qua ipsum argentum viuum ponderatur quadantenus plumbeo colore inficitur. Secundum prohibebis plumbi nocumentum, ab argentoq; viuo illud separabis, si aluta corij ipsum excollaueris fortissimeq; per ipsam expresseris: sic enim, (vt sæpe expertũ est) si quid plumbi mercurio commixtum erat, alutæ post collaturam & expresionem veluti plumbea infectio adhærebit.

Argenti viui adulterati dignoscẽdi method⁹.

Animaduersio.

SED mihi nunc in mẽtem venit proficuum aliud notabile, non coticendum, pluribus enim ad laudem Dei maximum attulit iuuamentum (illis videlicet, qui tuberculis huius morbi in capite laborabant) nempe inter vngẽdum ipso argento viuo, vel inter sumendum aquã ligni Indi, capiti priùs pertuso pileum cæræ capitalibus herbis in pollinem redactis ei commixtis admouere: cuiusmodi sunt stæchas, maiorana, chamæmelum, melilotum, flos roris marini, & huiusmodi alia. Hoc nanq; experimento plures sanitati restitutos ad laudem Dei vidi.

Pileum cæræum tuberculis capitis laborantib⁹ qualiter, & quando imponendum.

CAP. XXVIII.

De pharmacis simplicibus atque cõpositis pro morbi Gallici materia euacuanda & primo de ijs quæ biliosis temperaturis sunt acommoda.



EDICAMENTVM colagogum, idest, est bilis flauæ solutiuum, quemadmodum flegmagogum pituitæ. Sed huius potestatis quædam sunt simplicia, quædam sunt composita, veluti manna, casia fistula, violarumq; species quædam, prunorum Damascenorum caro, Rhabarbarum, scamonium, siue diagredium. Composita, vt confectio diaprunis simplicis, hoc est sine scamonio: & compositi, scilicet cũ ipso scamonio. Electuarium de succo rosarum. Electuarium rosatum Mesue, & electuarium de Psillio. Pillulæ ad febres colericas. Flegmagogum medicamentum est simplex, mirabolanus albus, ermodactylus, turbit, agaricum, aloes. Composita sunt diaturbith, mel rosatum Alexandrinum, pillulæ aureæ, aggregatiuæ, Indæ, fœtidæ. Diacarthamũ, electuarium elescoph, vel sequens electuarium satis expertum. Recip. Turbith. vnci. j. semi. ermodactylorum dragma. iij. diagredij dragm. semis. epithimi Zedoarie singulorum scrup. j. zinziberis. dragm. j. galange, gariofilorum, masticis singulorum. drag. viij. seminis millij solis, anisi, fæniculi agarici, singulorum scrup. j. saccari albi quod sufficiat misce, & cum aqua scabiosæ confice electuarium in tabellulis. Cuius vnci. j. in gallinaceo iure mane patienti exhibeatur. Syrupus quoque solutiuus supra inter syrupos cognominatus, flegma educit. Cæterum solutiua bilis atræ medicamẽta simplicia, sunt, nigri mirabolani, senæ, polipodij, lapis lazuli, epitymus, serum lactis caprini, & similia. Composita, confectio diasenæ confectio Hamec, decoctio epithymi Mesue, quæ in hac materia atrabiliosa educenda primas tenet, pilulæ fumariæ & de lapide lazuli, hiera logodionis, quorum certus vsus, quantitasque vt Galen. multis

Medicamẽta varia simplicia, atq; cõposita pro qualibet materia vacuãda.

multis in locis adfert, nec lingua proferri, nec calamo scribi possent sed ingenio medici, industria & mentis indagatione adquiritur. Materia igitur priùs aliquo ex supra commemoratis syrupis iam cõcocta, aluoq; secundum prædictam distinctionem soluta, nec non vlceribus, si qua sint, puris, ac mundis, tunc ad ligni sancti decoctum, vel linimentum mercurij recurrendum est, hoc vno menti commendato, nempe vlceribus forsan pedes, vel crura occupantibus, vomitum potiùs quam pharmacum conuenire: contra verò in his quæ suprà sunt, quibus alui solutio iuuamento est, cuius causam aliàs indagauimus, atque authorum sententijs probauimus.

Causticum medicamentum, seu potentiale vltra ea quæ superius ostendimus proficuum.

Medicamentum causticum proficuum.

RECIP. Medullæ fermenti. vnci. iiij. sublimati. drag. x. minij vnci. semis. pulverizatis puluerizandis, & cum fermento & aqua plantaginis mistis fiat massula, cui in furno exsiccatæ pulverizatæq;, puluis amilij & cerusæ ana. drag. iij. & succi aphrodilorum. dragm. x. & aceti albi. dragm. v. misceantur, & vsque ad succi & aceti consumptionem incoquãtur, & iterum exsiccentur, & in pollinem reddantur, atq; pauculo vnguento basaliconis commiscebis, & confice vnguentum. Quod si solidiùs facere velis plus pulueris, sinminus plus vnguenti addito. Ad idem accommodantur trocisci ex succo aphrodylorum vnci. vj. & calce viua, & auro pigmento ana. vnci. semis. mistis, & exsiccatis in vmbra.

Medicamentum in circumambitu vlceris admouendum, quando huiusmodi causticis medicamentis vtimur ad fluxionem & calidam intemperiem coercendam.

Medicamentum pro circumambitu vlceris, cui causticũ admouetur.

RECIP. Olei rosati, omphancitidis, & myrthini, succi plantaginis, vel solani, aceti rosati ana. vnci. ij. feruеant simul ferè vsque ad succi & aceti consumptionem, postеà adde cæræ, quòd coagulationi sit satis, & liquescant simul, posteà in mortario plumbi imponito. Deinde sequens puluis sensim commisceatur, & plurimum agitentur. Recip. cærusæ lotæ & exsiccatæ, sandalorum rubeorum, boli Armenici puluerizatorum ana. drag. v. fiat vnguentum. Aduertito ad abstergenda vlcera praua: caustico medicamento nondum indigentia, pretium opere esse vti melle rosato excollato: commixto sibi puluere rubro Ioannes de Vigo, videlicet cum vnci. j. mellis. drag. j. pulueris.

Lauacra ad abluenda brachia & crura linimento mercurij vngenda.

Quibus medicamentis brachia, atque crura ante illinitionem medicamenti mercurij sint abluenda.

RECIP. Florum roris marini, & chamæmeli, foliorum lauri, berbasci, papaueris rubri, squinanti, cinnamomi, lauendulæ, stæchadis ana. p. semis. omnibus conquassatis, & aqua & vino albo incoctis fiat lauacrum quo ante illinitionem mercurij & post calido, brachia & crura abluantur, & pannis calidis exsiccentur.

Medicamenta pro vlceribus huius morbi iam mundis.

Sarcotica vlceribus iam puris applicanda.

RECIP. Emplastri gratię Dei, emplastri chalcitidis, vnguenti põpholigis ana. vnci. j. cum guttulis olei ligni Indici confice vnguentum. Ad idem quoq; summè confert fel porcinum vnguento basalicone commixtum.

Medicamenta pro vlceribus huius morbi post decoctum ligni sancti iam assumptum, vel illinitionem mercurij susceptam.

Sarcotica vlceribus, nisi iam prorsus mundis, minime admouenda.

IAM superiùs (vt opinor) admonuimus, non oportere vlcerosos ægrotantes haustum ligni Indici sumere, neq; linimẽtum argenti viui recipere, nisi ipsis vlceribus iam prorsus mũdis. Secus enim caro potiùs sordida quàm pura in ipsis generaretur, vt docet Hipp. lib. de vlceribus & Auic. eum sequens. 4. 4. c. vniuersali de vlceribus, atq; etiã experientia ipsa. Tunc igitur quæ sequuntur medicamenta iam diu vtilissima adinueni. Primum Recip. Linimenti mercurij, vnguenti Apostolorum & põpholigis, emplastri gratię Dei, & de calcitide cuiusq;. vnci. sem. cerusæ, lithargirij, minij, aluminis, pulueris ossis caluariæ canis singulorum. dragm. ij. fiat vnguentum secundũ artem, & si solidius debito euadat guttulas olei mastychini commiscebis.

De Sarcoticis.

AB vlceribus crusta iam separata, hoc vnguento vtimini. Recip. Succi apij, therebinthinæ candidissimæ ana. vnci. ij. mellis optimi. vnci. ij. semis. luteorum ouorum nu. ij. farinæ hordei. q. s. fiat vnguentum. Quod carnis emundandæ vim habet, natura posteà carnem producente. Sed vlcere iam aliquatenus mundo, sequens vnguentum quod mundificat & simul carnẽ alit vsurpetur. Recip. mellis rosati collati vnci. iiij. therebinthynæ cum aqua vitæ lotæ vnci. j. semis. succi absinthij & apij sing. vnci. ij. myrrhæ electæ, thuris minuti cuiusq; drag. j. farinæ fabaceæ, & hordei sing. q. s. confice vnguẽtum. Mundificat quoq; praua vlcera huius morbi quod ex oleo rosato, & puluere Ioannis de Vigo, & cæra alba, ac etiam ad idem præstat medicamentum ex oleo rosaceo, & elleboro nigro cum cæra alba, æquis portionibus mistis. Valet etiam mirum in modum vnguentum Apostolorum cum prædicto puluere commistũ. Ad idem cum maiori mundificatione & exiccatione. Recip. Succi matris syluæ, & verbasci, & apij, succi paucedinis, & ireos sing. vnci. j. mellis virginei vnci. iiij. therebynthinæ ex beto vnci. j. aquæ vitæ vnci. j. sarcocollæ, myrrhę in pollinem redactarũ. vnci. semis. farinæ fabaceæ. q. s. confice vnguentum. ¶ Aliud mirabilis operationis, quod in vlceribus fraudulentibus sponteq; dilatantibus cacoeticis cũ vtilitate & non pauca sum expertus. Recip. succorum apij & arnoglosæ, & acetosæ, scabiosæ, tapsij barbasij ana. vnci. j. mellis rosati collati vnci. iiij. therebynthinæ electæ vnci. ij. semis. myrrhæ sarcocollæ, corticis thuris, aloes singul. drag. iij. antimomij drag. iiij. farinæ hordei vnci. j. puluerizatis puluerizandis omnibusq; commistis, & parum feruefactis fiat vnguentum. Verùm si herbæ quarum succi sunt extrahendi virentes non reperiantur, tunc earum puluis loco succi vsurpetur.

Medicamenta quæ vim habent tum emundandi tum etiã carnis producẽdæ.

Aliud medicamentum expertum.

REcip. Galbani, amoniaci, bedelij, singulorum. vnci. ij. oppoponacis dragm. x. infundantur per diem in aceto, deinde excollentur, & secundum artem coquantur, posteà sume olei mastycini. vnci. viij. argenti spumæ. vnci. vj. mastycis vnci. iij. olibani, myrrhæ, cuiusque vnci. j. vtriusque aristolochiæ, viridis æris singulorum. vnci. sem. lapidis magnetis dragm. ij. panum auri nume. x. ex omnibus secundum artem vnguentum conficito.

Medi-

¶Medicamentum aliud.

Recip.sæpi hircini, vitulini, & arietini, lumbricorum terrenorum aqua vitę lotorum picis naualis, rasinæ pini singul. vnci. sem. olei rosati, & mastycini singu. vnci. iij. sem. succi absynthij, & matris syluæ sing. vnci. j. & sem. omnibus simul vsque ad consumptionē ebullitis, & excolatis addat̃ pulueris minij drag. x. lythargirij vnci. ij. itidem agitentur assiduè vsque ad nigredinem, deinde adde therebinthinæ vnci. j. masticis impollinem redacti. dragm. x. cærę quod sufficit fiat vnguentum solidum. Aliud ad magna vlcera iam munda cū aliqua calida intemperie. Recip. olei rosati, & myrthini singul. vnci. ij. rasinæ vnci. ij. sem. succi plātaginis, & solani, vini albi, decoctionis hypericonis, & rosarum & myrthi sin. vnci. j. sem. omnibus ferè vsq; ad vini & succorum consumptionem incoctis, deinde sequens puluis addatur. Recip. cerusæ plūbi vsti abluti, lythargirij, antimomij, corticum mirabolanorū, citrinorum, boli armenici, sandalorū rubeorū, spodij, corticum thuris, & buxi, & ossium dactylorū combustorū, aluminis vsti, rasuræ panni lini veteris subtiliter tritę, scoriæ argenti, coralorū rubeorū, stercoris canis, capitū piscium salitorum sing. drag. j. cæræ albę, quod sufficit, confice vnguentum. Ad idem aliud paratu facilius medicamentū sic conficito. Recip. emplastrum gratiæ Dei, diachylonis cōmunis, emplastri de chalcytide, ana. vnci. j. thuris, cerusæ puluerizatorum, ana. vnci. sem. picis Græcę. vnci. j. cæræ albæ, quod sufficit vnguentū secundum artem cōficito, Addendo olei rosati, vel masticini, & in fine addat̃ pulueris ossis cranei canis vsti, dragm. iij. & plurimum agitetur. Aduertito tamen quòd si ex emplastro nigro Galeni quod ex lytargyrio, oleo & aceto componitur in panno lini ad modum sparadrati vulgo dicti conficiatur vlceribus mundis sanitatem præstat. Idemque operatur & efficaciùs (vt expertus sum) sparadratū (vt ita dixerim) ex emplastro mercurij confectum, quo Ioannes de Vigo loco linimenti mercurij vtitur. Aqua etiam argenti viui per instillatorium extracta his vlceribus mundis miro modo auxiliatur.

Aliud medicamentum proficuum pro vlceribus huius morbi iam mundis.

Recip. sagapeni, oppoponacis singu. vnci. sem. floris æris, rubeæ tinctorum cuiusque dragm. j. aristolochiæ rotundæ. drag. iiij. trituratis triturandis, & gummis in aqua vitæ exolutis & vna parti succi radicis lilij albi, & duabus mellis optimi commixtis vnguentum conficitā in filamentis vlceri adaptandum. Suprà verò quodvis ex commemoratis imponito, vel sequens. Recip. emplastri de cholchotar, id est, diapalmæ, vnguenti pallidi, vnguenti aurei singu. vnci. sem. cærusæ, lythargirij pulueris foliorum oliuæ, myrthi, & matris syluæ, aluminis singul. dragm. j. sem. misce, & additis guttulis olei mastycini confice vnguentum.

Emplastrum ex gummis pro duricie scyrrhosa, huius morbi mollificāda, & pariter discutienda.

Recip. amoniaci, galbani, opoponacis, serapinij singulorū. vnci. j. dissoluantur in oximellite, & aceto squilytico, & secūdum artem fiat emplastrum, quod duriciei admoueto ꝑ aliquot dies mollificatione præcedenti, nec non suffitu lapidis pyritidis igniti in aceto acer-

rimo proiecti. Ad idem. Recip. calcis viuæ in oleo sisamino extinctæ, & cu iuslibet prædictorum gummorũ vnci. j. in aqua vitæ ex aceto extracta dissolutorum misce, & fiat ad modum emplastri, sed oportet prius plures lapides pyritides igne excandescentes cum prædicta aqua vitæ ex aceto extracta extinguere, & suffitum recipere.

Vnguentum de muscillaginibus valens mirum in modum ad duricies remouendas, tum mollificãdo, tum etiam simul discutiendo.

Recip. oleorum seminis lini chamæmelli, & irini, & de croco, vnguenti dialtheæ, hyssopi humidæ, butyri vaccini, axungiæ gallinæ, & anseris, & anatis, medullæ cruris cerui, vel loco eius vituli, axungiæ anguis, ana. vnci. sem. muscillaginis altheæ, fœnu græci, & seminis lini, & seminis maluarum omnium vnci. iiij. armoniaci, galbani, oppoponacis, bedelij dissolutorum in aceto squilytico, & oximelite, ana. vnci. semis, serapini drag. iiij. marcasitæ præparatæ. vncias sem. fiat vnguentum secundum artem, & coaguletur loco ceræ cum diachylone communi, addendo in fine croci puluerizati. scrupul. j. & guttulæ aceti sambucini sensim commisceantur.

Vnguentũ de ligno Indo pro scyrrhosis tuberculis huius morbi emolliendis, discutiendisque.

Recip. ramenti ligni Indici libr. sem. olei antiqssimi, olei sessamini, ana. lib. sem. vini albi antiqui libra. j. fumariæ, berbasci, cucumeris agrestis recentium, ana. m. iij. omnibus simul cõmixtis, conquassatis, per triduumque simul dimissis coquantur vsque ad vini consumptionẽ, cuius collaturæ & expressioni addito vnguenti dialtheæ vnguenti Agripæ, vnguenti Aragonis, añ. vnci. sem. coaguletur loco ceræ emplastro diachylonis cõmunis.

Acetum ligni Indici, quo in hoc morbo toties vtendũ erit, quoties aceto communi fuerit opus.

Recip. ramenti ligni Indici, vel corticis ipsius libr. sem. foliorum sambuci, & ebuli, & fumarię virentium añ. p. iij. aceti sambucini libr. iiij. omnibus simul contusis, & soli per triginta dies expositis, posteaque excollatis, parumque feruefactis vtilissimũ acetum conficies, sed oportet, vt arte clarificetur.

Olei ligni Indici descriptio, quod doloribus articulorũ huius morbi præsertim à causa frigida, atq; etiam duriciebus maximè auxiliat.

Recip. rasuræ prædicti ligni lib. sem. radicis chinæ rasæ, & conquassatæ vnci. ij. brioniæ, hennulæ campanæ, cucumeris agrestis, fumariæ, camæmelli recẽtium añ. p. ij. omnibus simul scissis, contusisque misceantur cum libris. iiij. olei a nethini, & tribus optimi vini albi veteris, & sic per septem dies dimittantur, posteà ebulliant vsque ad vini consumptionem, deinde excollentur, & exprimãtur, & in vitri ampulla soli per triginta dies exponatur & vsui adseruetur.

Suffitus in ore post linitionẽ mercurij calamo recipiendus, quo nocumento ab argento viuo ori & gutturi derelicto,

relicto, & laxitati, ac dolori gingiuarum sucurritur.

REcip. florum roris marini, basylisconis, foliorum lauri, trifolij, pennarum perdicum, gummi iuniperi, cynnamomi, squinanti singulorum. p. semis. omnibus conquassatis mittantur in testam nouam plenam optimo vino albo veteri, & massa farinæ frumenti cooperiatur, & bulliant simul per dimidiæ horæ spatium: posteà cooperculum in medio perforetur, vbi calamum cannæ intromittito quo suffitus ore infirmi suscipiatur: maximum nanque contra prædicta incommoda adfert iuuamentum. Ad idem confert. Recip. panem calidum extemplo à furno extractum, & crebris foraminibus ipsum perforabis, deinde proijce simul florum roris marini. p. iiij. myrrhæ electæ impollinem redactæ, vnci. j. & simul commiscebis, agitabisque cum optimo vino albo, donec panis sit satis imbutus, & sic per diem integram seruetur: deinde instillatorio instillabis, qua instillatione os & guttur abluantur.

Vnguentum pro scabiæ huius morbi,

REcip. butyri vaccini vnci. vj. therebinthinæ vnci. iij. sublimati. drag. ij. cerusæ vnci. sem. ouorum numero. ij. succi limonum vnci. vj. sensim in mortario lapideo cõmiscebis, addito modico storacis liquidi.

Medicamentum sarcoticum vlceribus iam prorsus mundis post linitionem mercurij adaptandum.

REcip. olei omphancitidis, masthichini, & myrthi, ana. vnci. ij. succi matris syluæ, vini stiptici in decocto ligni Indici feruefacti vnci. iij. terebinthinæ, gũmi henemi, masticis ana. dragm. vj. lithargirij, minij, antimomij, ana. dragm. cæræ albæ quo sufficit, confice vnguentum secundum artem.

De epuloticis, seu cutem inducentibus medicamentis.

CIcatricẽ vlceribus induci nil aliud est quàm cutẽ ipsam indurare, vt Guido ex sua non solùm sententia tract. 7. capi. de medicinis cicatrizantibus, sed etiam ex Auicennæ sentẽtia testatur. Sed hęc quidem inducenda cicatrix, in membris temperatura siccis, siccioribus quidem indigebit medicamentis, vt natura partis adseruetur, & quæ præter naturam humiditas est absumatur, vt Galenum. 3. artis Medicæ testatur. Rursus in vlceribus vultus vbi turpes cicatrices dimitti non licet, alijs medicinis maioriq; circũspectiõe (pulchritudinis gratia) est opus. A medicamentis igitur pulchram cicatricem vlceribus vultus inducẽtibus initio sumpto hæc sunt. Recip. corali vtriusque, margaritarum albarum, cornu cerui vsti, spodij, capitum rosarũ lythargirij singul. scrup. j. fiat puluis cui panum vnum auri addito: at verò si quid spongi formis carunculę innascatur, tunc eidem pulueri parum aluminis vsti commiscebis, vt cicatrix æqualis euadat. Cæterùm vlceribus aliorum membrorum cicatrizandis hoc medicamentum satis expertum habeo. Recip. ossis capitis canis vsti, cucurbitæ veteris exiccatæ, cornu cerui vsti, foliorum oliuæ, & myrthi, saccari cã di, aluminis vsti spumæ argenti, stercoris canis, ostracorũ seu cõchilarũ quę por

tantur

tantur à D. Iacobo infurmo exiccatorũ, ana dragm. iij. omnium fiat puluis. Et aduertito quolibet etiam istorum simplicium per se virtutem etiam habere vlcera munda ad cicatricem inducendi. Ad idem quoque vlceribus præsertim carcinosis vel cacoeticis prodest puluis ex cãcris fluuialibus vstis, ac pompholige, paribus portionibus commixtis, ex Galeno quarto. de compositione medicamentorum per genera.

Emplastrum pro futura coronaria, quod miro modo phibet omne rheuma à cerebro in sthrumas colli, ac perinde in subiectas partes descendere: etiãque sufusionibus maximè proficuum, & aduersus antiquos dolores capitis.

Recip. corticum citri, coriandri præparati, behen albi & rubri, vtriusq; corali, pulueris granæ finissimæ, vel loco eius alchermes, cinnamomi, capullorum serici, granorum myrthi, masticis, gummi iuniperi, margaritarum non perforatarum stæchadis, maioranæ cuiusque dragm. semis. omnibus impollinem redactis, & cum labdano depurato quod sufficit, & guttulis therebinthinæ ex beto lento igne cõmixtis secũdum artem emplastrum conficito in fine addendo musci ambræ, ana. gran. ij. Super omnia confert alijs non proficientibus post corporis euacuationem, futuræ coronariæ fonticulum aperire candenti ferramento subtili. Capite prius abraso, & affixa postea cucurbitula sicca, vt cutis sursum trahatur: & admoto ferramento plano frigido in medio perforato: per quod foramen: candens cauterium intromittatur, nulla posteà contracta mora, vt me facere vidistis.

Medicamenta ad cicatrices vlcerum faciei auferẽdas, seu multùm minuendas.

Recip. radicum enulæ campanæ, & yreos valde coquassatarum ana. vnci. j. & cum albumine oui & pauculo cinnabaris plurimum agitentur, & fiat linimentum quo noctu facies liniatur: mane verò decocto palearum ordei, & fumariæ facies suffigatur, & molli panno sudor abstergatur. Ad idem, summe vnguenti citrini quod in pomo citri conficitur, vnguenti pompholigis, mercurij extincti saliua ieiuni singulorum. drag. iij. simul mixtis vnguentum conficito, & noctu etiam, eo faciem illinito: mane verò sequenti decocto abluito. Recip. nucum pinearum mundatarum, palmularum, amigdalarum dulcium, fumariæ, furfuris ana. P. j. omnibus minutim scisis in pannoque lini inuolutis, & in olla plena aqua feruefactis, excolatis, expressisque, faciem (vt diximus) colluito. Ad idem, quoque sequens medicamentum opem fert. Sume, myrrhæ electæ. vnci. iij. & cum totidem vncijs olei amygdalarum dulcium eam contundito, & postea in facculo panni lini inuoluto, per torcular exprimito recepto in eo prius aquæ feruentis vapore. Hac igitur expressione cicatrices vultus noctu liniendæ sunt. Ad idem quoq; oleum florum roris marini recentiũ operaĩ. Fit igitur ipsis floribus recẽtibus in vitreã ampullã immissis, ea postea bene obturata, & in alta fouea stercoris equorũ sepeliatur, & post triginta dies extrahito, & hoc oleo cicatrices inungi-

inungito. Sed aduertito si quando contingat (quod Deus auertat, vt sæpe vidi) huiusmodi vultus vlcera post inductam cicatricem referari, oportere tunc setonem retro collum admoueri.

Lexiuium quo super tumores cirrhosos, & ædematosos huius morbi sæpè vti licet spongijs in eo madefactis.

Recip. foliorum lauri, & tamarisci, foliorum ficulneæ, & oleastri, sarmentorum, ramorum ilicis, roris marini, ana omnibus combustis cinerem colligito ex quo lexiuium cum vino, aqua, & pauco aceto commixtis extrahito, & vtere, vt diximus. Nec minus ad idem præstat, præsertim in articulis tumentibus eos melle calido linire, sparso desuper puluere croci, & camepithis, & ermodactylorum. Et aduertito spongiam (nisi noua sit) non profuturam: habet enim salis marinæ vim maiorem. Si tamen penuria eius sit licebit loco eius Elychnio vti, id est, medulla iunci magni marini, qui etiam papyrus nominatur, & est spongiæ substitutum. 14. Methodi. capite tertio. docente Galeno, & apertius tertio. per locos vbi aduersus sanguinis fluxum à naribus lichinium ex spongia, vel Elychnio immitti iubet.

Ad tumores, & vlcera tibiarum huius morbi medicamenta.

Si tibiæ tumeant, factis vniuersalibus euacuationibus, sume succi ebuli, & caulium, ana lib. j. olei camameli, mellis communis, cuiusque vnci. iij. stercoris caprini, farinæ fabarum, & lupinorum, furfuris torrefacti, singulorum. P. ij. ad ignem emplastrum confice, & tumefactis tibijs calidum imponito, recepto prius fomento ex decocto aphrodillorũ, camamelli, foliorum sambuci, & tamarisci, atque iringi, & spongia in hoc decocto madefacta, tibiæ foueantur: sed oportet ipsis tumentibus vlceratis tibijs deligaturam arcuatam postea admoueri, quæ à Guidone tracta. tertio. capit. de ligaturis docetur: magni sanè iuuamenti, vt expertus sum in illo videlicet. §. Ego autem talem bindam, in membris inæqualibus, velut sunt tibiæ, adapto, &c. Quam equidem deligationem iam diu vos docuimus, eiusque mirandum opus experimento nouistis, quæ sic fit. Scissa vitta de palmo in palmum, ab vna parte, videlicet, vsque ad medietatem per transuersum, deinde incisiones illæ vna super altera optimè consuantur, manente vitta sic consuta veluti arcuata. Et ligando, pars incisa consuta, curua parti inferiori gracilorique ipsius tibiæ admoueatur: pars verò laxior non incisa, parti ipsius superiori & crassiori, vt me facere sæpius vidistis. Vocat autem Guido ibidem partem dorsalem deligaturæ laxam, eam quæ versus partem superiorem admouetur. Aut quia versus dorsum tendat: aut quia vitta dorsalis figuræ aliquatenus formam referat.

Medicamentum solutiuum, quod per viginti dies sumptũ huic morbo Gallico, absque linimento mercurij & absque decocto ligni Indi, subuenire solet: si vnciæ due illius quolibet mane assumãtur, vel per se, vel cum aqua

fumariæ

fumariæ cuius hæc est compositio.

Recip. hermodactilorum, mirabolanorum Indorum, & citrinorum, cuiusq; dragm. xv. elebori nigri, dragm. iij. squinanti. dragm. vj. prunorum damascenorum num. xv. passularum enucleatarum, tamarindorum, medullę casie fistulæ singulorum vnci. sem. capillorum veneris, radicum buglossæ, & borraginis, polypodij, florum buglossæ, borraginis, singulorum. P. j. folliculorum senne. vncias. j. Camædreos, Camepitheos, sthæcadis, singulorum. dragm. iij. semis. fumariæ. vnci. semis. eupatorij. dragm. iij. succi pomorum redolentium succi lupulorum singulorum. vnci. vj. infundenda infundantur per diem integram in libris. iiij. aquæ decoctionis ragmenti ligni Indici, postea secundum artem vsque ad consumptionem medietatis ebulliant, deinde excoletur, in qua colatura vnà cum succis clarificatis, & duabus libris saccari albi iterum coquantur, & fiat sirupus, & inter coquendum ponantur diagredij in panno ligati. dragm. iiij. & vsui seruetur. Qui à circunspecto medico moderari debet adaucta videlicet, vel minuta quantitate, & tempore, vel mutatis quibusdam (si oportuerit) mutandis, nam vt antea iam diximus hæc omnia sicuti multa alia periti medici industriæ indagationique omittuntur. Vnde Hippocrates lib. de lege, non sine magna ratione de medico circunspecto agens inquit. Natura repugnante nil medicina proficit quibus verbis, vt falso quidam opinantur, non agit de natura virtute regitiua humani corporis, sed de medici ingenij natura qua repugnante; scientia medicinæ in ipso nihil prodest. Confert etiam ad idem sumere per decem dies mane. dragm. j. pulueris rubi Indici cum dragm. semis. sennæ in pollinem redactæ in vino albo dillutis.

Ad hemicraneam huius morbi suffitus facta corporis euacuatione.

Recip. conseruæ sthecadis, & rosarum cuiusque vnci. semis. ligni aloes, masticis, copulorum, serici, singulorum. scrupul. ij. puluerizatis puluerizandis misceantur & fiant trocisci. Quibus mane æger ieiunus per nares suffigatur.

Ad dealbandos, firmandosq; dentes, atque gingiuas ex præterita mercurij illinitione dolentes & imbecillas.

Solet prope semper post linitionem vnguentorum (quorum basis est argentum viuum) molles gingiuas & vacillantes dentes dolentesque manere, ac nigrities affici, cui malo his subuenitur, & primo. Ad gingiuas constringendas, hæc sunt experta. Recip. corali rubri, granæ finissimæ sanguinis draconis ex gutta, lapidis ematitis, masticis, gummi iuniperi, margaritarum non perforatarum, Acacie, licij, balaustiarum, cuiusque. dragm. ij. alluminis. dragm. iij. mellis rosati excolati. vnci. iiij. aceti squillitici. vnci. ij. succi plantaginis. vnci. j. & semis. confice secundum artem vnguẽtum instar vnguenti AEgyptiaci addendo in fine musci, Ambræ ana grana. ij. quod in peticula panni lini, gingiuis noctu admouebis, mane verò sequenti decocto os abluatur. Recip. aquæ capitum rosarũ & plantaginis, vini stiptici singulorũ. vnci. iiij. aquæ

iiij. aquæ pilæ fabri ferrarij libra. j. semis, gummi vermicis, masticis, semis granæ, thuris, limaturæ cornu cerui, ana. dragm. iiij. alluminis dragma. iij. radicis vtriusque consolidæ, rois, foliorum, & granorum myrthi, rasuræ ligni Indici, floris roris marini ana. P. semis. omnibus conquassatis, & ad medietatis vsque consumptionem feruefactis excolatisque, & in ampulla vitri obseruatis, vtere. Cui si adderes grana duo musci & Ambre placidiorem gustum redderent. Fieri etiam solet veluti tela panni lini cærata confecta ex cæra alba liquefacta cui prædictus puluis commisceatur, & gingiuis prius ab humiditate fricatis admoueto, mane vero eodem decocto os colluatur. Collutio etiam oris aqua vitæ maximè prodest. Rursus si candido oui prædictus puluis ad mellis grassiciem admisceatur, & gingiuis modo dicto applicetur, pretium opere est. Cæterùm interdum euenit gingiuarum caruncula mau geri eo vsque, vt medicamentis non cedat: tunc summum præsidium erit actuali cauterio auri eam tangere, vt Cornelius Celsus libr. septimo. capit. 12. atque & experientia ipsa docet.

Ad tollendum fœtorem oris, qui post linitionem mercurij manere solet.

SVmmito panem extemplo à furno extractum, & crebris foraminibus perforato, & libras duas vini albi optimi veteris in eo imbibito, & simul postea cum floribus recentibus roris marini, & lauri cuiusque. P. iij. & melle virgineo vnci. vj. & myrrha. vnci. j. contundito & per instillatorium instilletur, & ad oris collutionem, in ampulla vitri adseruatur.

Ad dealbandos dentes, post vnctionem argenti viui, vel quouis alio modo nigricantes, medicamenta.

SVmmito succi limonum vnci. iij. & in vitrea ampulla ponatur, cui adde alluminis vsti dragm. iij. & panno exasperante in hoc succo madefacto dentes fricentur. Ad idem quoque valet dentifricium ex melle communi, atque sale æquis portionibus, vsque ad soliditatem feruefactis impollinemque redactis, quo puluere dentes fricentur panno digito inuoluto. Postea vel aqua vitæ vel decocto aliquo ex supra commemoratis, vel vino tantum os abluatur.

Aliud dentifricium ad dealbandos dentes confortandasque gingiuas.

SVmme radices magnas simphiti recentis, & earum extremitates leuiter contundito, & per septem dies in aceto macerentur, in quo gummi iuniperi, dragaganti, boli Armenici, thuris, masticis, sanguinis draconis, corali rubri, ana. dragm. ij. prius ferbuerint, postea radices extrahantur, atque siccentur, & vna illarum omni die dentes fricentur. Idem fieri etiam potest cum magnis radicibus maluarum. Pro pauperibus verò facilè parabilia sunt medicaméta quæ fiunt ex lapide pumicis marini, & ossis sepie impollinem redactis quo dentes fricentur. Ad idem rursus fieri possunt veluti lichini instar coralli paruuli ex puluere lateris antiqui & albumine oui, & pauca mucillagine dragaganti confectis, exiccatis, atq; (vt diximus) formatis, quibus dentes fricentur, & vino vel aqua vitæ posteà colluantur.

Aqua

Aqua mirabilis cuius opus sum expertus ad dealbandos dentes sine aliquo gingiuiarum nocumento.

Recip. Aristolochię viridis, ſucci limonum ana. vnci. vj. aquæ vitæ. vnci. iij. aceti fortiſsimi, mellis virginei ana. vnci. iij. praſi viridis. vnci. j. ſem. pumicis marinæ, coralli rubri, pulpe oſsis ſepie, ana, dragm. ij. puluerizatis pulueriza̅dis cum reliquis piſtentur & ſic in alembico vitri diſtillentur. Sed aduertito aquoſitatem prius exeuntem eſſe inutilem, ſecundam verò mirabilem vſuique magnopere ſeruandam. Eſt igitur eius vſus, vt abſterſis dentibus panno lini fricentur: poſteà fruſtulo ligni pini, prædicta inſtillatione infuſo deinde iterum exaſperante panno dentes fricentur.

Et ſic explicit Liber Quintus, De morbo Gallico, ad laudem Dei omnipotentis, eiuſq; beatiſsimæ matris virginis Mariæ quorum nomina per infinita ſeculorum ſecula benedicantur. Amen.

Finis libri Quinti.

ANDREAE ALCAZARIS Medici, ac Chirurgi.

Liber Sextus, quo agitur de pestilenti constitutione, & curatione bubonum, siue venenosarum inflammationum tempore pestis euenientium.

CAPVT PRIMVM.



SI PARVIS AFfectionibus Medicus quantumuis doctus absq; summi opificis auxilio subuenire nequeat (quid ergo in pestilenti morbo omnium infestissimo (de quo in præsentia disserturi sumus) chirurgorum minimus facere vel scribere posset? nihil profectò. Diuini igitur numinis ac beatissimæ virginis & matris eius Marię pręsidio primitus inuocato: ea quę aduersus hanc pestis deuoratricem belluam, ac præsertim veneficos bubones pestilenti tempore pullulātes, longo periculo profutura inuenimus, hic impense bifariam explicabimus. Primo quidem de præseruatione. Secundò vero de curatione nobis agentib⁹. Primum igitur bona victus ratione (quæ apud priscos authores pro optimo vsu sex rerum non naturalium vsurpatur) completur: & hæc totidem etiam regulis. Prima circa pestilentis aeris rectificationem versatur. Secunda verò cibum, potumque qualitate, & quantitate, atque tempore rectè summenda edocet. Tertiò exercitationes, & quoscunque corporeos motus pestilenti tempore vsurpanda. Quarta Methodum minuendi prauos succos humana corpora infectantes. Quinta circa somnum, atq; vigiliam versatur. Sexta animi accidentia nempe gaudium, mœstitiam, iram, timorem, & imam rerum contemplationem: & huiuscemodi alia modificat.

Victus ratio apud veteres pro optimo regimine vsurpat, nēpe sex rerum non naturaliū, quarum vsus totidem regulis docetur.

CAP. II.

De causis.



PLuribus circa causam pestilentis constitutionis in præsentia post habitis: tum quia longa, atque morosa esset eius medica, atque philosophica indagatio: tum etiam, vt ad bubonum venenosorum curationem (quod est nostrū principale intentum) citius accedamus. Sub breuiori, qua potero, oratione antiquorum & iuniorum autorum in hoc sententiam sequutus, duplicem ipsius pestis causam afferamus, superiorem, nempe influxum cœlestem, signorum, & planetarū. Quæ nos vt plurimum latet, licet apud Astronomos interdum alluscinetur: atq; diuinam permissionem, vt in sacra pagina passim legitur, & inter alia plurima loca colligit, ex. 2. Reg. 24. cap. Inferiorem verò multifariam, aut ab aere, quāuis simplici ex se, ac incorruptibili, vt aqua, corrupto

Pestis duplex causa, superior, & inferior.

Pestis superior causa duplex.

Pestis inferior causa multiplex.

rupto tamen ex accidenti, nempe vaporibus malis, atq; corruptis exhalationibus ſibi commiſtis. Et hoc varijs quidem modis, aut ex fœtidis paludibus, & aquis retẽtis putridis, aut corporibus bello occiſis, & non ſepultis, aut animalculis per vicos, atq; angiportus inſipienter omiſsis, aut ex putrefactione in cauernis terræ, cibos, atq; etiam potus, & aërem ipſum (cuius attractiõe viuimus) atq; inde ſpiritus & humores noſtros corrumpente. Communicatur etiam peſtis multitudine hominum, qui habent in ſeipſis proprietatem præparationis. Agens enim ſolùm operatur in patiente præparato, Auic. 2. 4. tract. 4. ca. primo aſſeuerãte. Quo euenit temperatura ſanguineos, atq; bilioſos in peſte citius infici: pituitoſos vero rarius: ſed atrabilioſos multo ſerius, vel forſan nunquam: habent enim poros compactiores; vltra hoc quod vtraq; eorum qualitate, nempe actiua, & paſsiua putrefactioni reſiſtunt.

Peſte citius corripi ſanguineos, atque bilioſos.

CAP. III.

De ſignis huius atrocis morbi, atque differentia inter annum morbiferum, & peſtilentem.

CAEterum de ſignis peſtilentis conſtitutionis, tam futuram, quàm infeſtãtem iam peſtem indicantibus: tanta tanq; varia & difuſſa antiqui, ac iuniores medici nobis inſcripta reliquêre, vt iure optimo licebit in præſenti perſcrutatione nos parùm demorari. Igitur, vt breuiter in hac tractatione procedatur, iuſta prædictorũ authorũ ſententiam, aduertito, quaſdam eſſe notas, futuram peſtem ominantes, quaſdam verò ipſam iam actu nocentẽ, apertè dilucidantes. Primæ ergo notæ, quæ peſtem præcedere ſolent (vt authores penè omnes aſſerunt) ſunt igneæ frequentes in cęlo apparitiones, dies eadem interdum lucida, interdum nubiloſa, aſsiduus præter ſolitum auſter, frequens color regionis aeris, morbi regij colorem referens. Adhæc imbrium crebra ſigna adſunt, quæ citra pluuiam euaneſcunt: arborum flores præcoces, præ exiguo frigore poſtea interemptæ: aer ſæpiùs turbidine perflans: & denique aer non ſerenus: ranarum paruarum exitus multido, vt Philoſophus. 22. proble. 1. probl. atq; Conciliator in eius cõm. etenim, docet: multitudo item piſcium mortuorum ſuper aquas apparentium. Et certe non falax periculum eſt, (vt multi experimentatorum aſſerunt,) ad diſcernẽdum an læuior aliqua occaſio, ſingulariſq;, an aer ipſe vndiq; tabificus peſtilentiam efficiat, ſi ros ſuper herbas, vel arbores ante Solis ortum collectus ſitienti cani bibendum tribuerit: ſi eo è poto canis interierit, aerem nocentem in cauſa eſſe coniectantur. Cæterùm peſte iam tactos acerrimæ febris anxietates magnę, atq; vomitiones ſubito infeſtare ſolent: eo vſq; vt venenum ſumpſiſſe appareat. Sub alis, vel colo, vel inguinibus trium principũ membrorum emunctorijs, inflãmatione nonnunquam oborta. Quã vehemẽs dolor, atq; ſumma moleſtia, & anguſtia interdũ cõmittantur ac ſitis vehemẽs. Carbunculi etiam atq; antraces pululare ſolent. Quandoq; ipſa ſola peſtilenti febre abſq; bubonibus emunctorialibus valetudinari laborant: & cum vrina bona, & pulſu bono è vita diſcedunt. Cum enim natura ſagax præſenſerit ſe contra veneficum morbum præualere non poſſe, pugnam fugiens, ad alia eius opera exercenda, conuertitur, nempe ad vrinæ coctionem, & alia. Verùm enimuero, quia morbiferos annos medicorum vulgus peſtilentes eſſe opinatur, extranea remedia



Peſtis futuræ notæ & quales.

Peſtis iã infeſtantis ſigna.

pro curatione infirmorum exibẽtes pretium operæ mihi videtur inter vtrunque anni constitutionem discrimen ex Gal. sñia.super principio lib.1. Hipp. de morbis vulg.in presentia afferre. Morbi(inquit)partim fiunt à victu,partim ab spiritu cuius attractiõe viuimus. Vtrosq; hoc modo distingues, vbi multi vno morbo homines corripiuntur,eadem tempestate,causam illi:attribuere debemus(quod est maximè commune) & quo præcipue omnes vtimur hoc autem est,quod respirando attrahimus. Tunc enim victum cuiusq; nostrũ nequaquam in causa esse manifesto constat : ergo non fuit victus ratio in causa,cùm homines quo quo victu vtentes in eundem incidunt morbum. Et subdit postea, At vbi diuersis eodem tempore morbis homines afficiuntur suus cuiq; victus sine controuersia causa est.Itaq; à rectificando,resistendo ve pestilẽti aere initio assumpto procedamus.

Pestilentem annũ à morbifero differre, & qualiter.

CAP. IIII.

De varia methodo venenosi aeris rectificandi, resistendique.



Qvia impossibile est, humanã vitam absq; aeris ad cordis refrigerium assidua attractione asseruari, vnde Gale. loco supra citato.Morbi (inquit)partim fiunt à victu partimq; ab spiritu,cuius attractione viuimus &c. Vnde Rasis.2. Cõtin.c.17.iniungendum(dicit)hominibus est,quòd non mutent regimen sed aerẽ, quia non accidit eis distemperantia à regimine sed ab aëre. Oportet igitur summopere pestem formidantes aerem versus temperiẽ decliuem, atq; oppositum illi parti,à qua infectus aer perflat, abitare. Oportet rursus ad ipsius pestilentis aeris rectificationẽ vrbiũ, & opidorum rectores in exhauriendis lacunarum putridis aquis cœnosis, male olentibus operam dare:adq; in expellendis procul quibuscunq;animalculis mortuis in rubrum angiportis sæpiùs repertis:ac denique in omni immundiciæ abstergenda. In plateis quoq; odoriferæ herbæ atq; arborũ rami rectificandi aerem virtutem possidentium sunt comburendi,veluti labendula,ruta,ros marinus tamarici,iuniperi, atq; lauri rami,cupressi,adq; sabinæ: quorum quippe flãma ac fumo aeris venefica, & putrefactiua humiditas assumitur, pestilẽtis aeris noxa inde prohibita. Hoc nanq; duntaxat modo Hipp.(vt testatur Gal.lib. De teriaca ad pis.) memoriæ prodidit pestilentem luem ab Ethiopia Græcos inuadentem & nõ aliter curasse. Oportet perinde circa solis ortum aceto & aqua mixtis ad aeris rectificationem cubiculum ac domum totam irrigare : & si (facultas tulerit) aqua sit rosata : & nullo modo in meridie: caliditas nanq; maior, atq; putris humiditas augerentur:vt plantis in æstu meridiei incautè irrigatis accidere solet Phil.2.probl.probl.5. asseuerãte. Quam ob rem periti agricolæ ante ortum & post occasum Solis plantas irrigare soliti sunt. Pannũ quoq; in aceto, & aqua ros.cũ puluere boli Armen. & sandalorum rubrorũ infussum intra pilam ligni iuniperi crebris foraminibus fabricatã homines portare oportet. Eius quoque odorẽ creberrime naribus attrahere. Quantã autem vim aduersus omne venenum acetum sortiatur nouerit ille qui inter reliquos authores Plin.23.lib.naturalis Hist.c.1.nu. 40.de aceto legerit. Vbi inter alia enarrat quendã hominem vtrẽ aceto plenũ forsan baiulantem aspidem venenosam calcasse:qui, deposito vtre, dolore acerrimo cruciabatur,recepto verò,dolore prorsus carebat. ¶Domus præterea, atque cubicularia cellula mane sequenti

Pestilentem aere mutari salubrius esse,quam cibum.

Cadauera,simul cũ alijs

in mundicie bus lõge ab opidis eijciẽda.

Arbores odoriferas,atque herbas tempore pestis vicat in comburendas.

Pestis tẽpore domos irrigandas aceto,&aqua ante ortum, & post occasum Solis.

Pestis tempore odorãda.

Acetum maximam vim habere aduersus omne venenũ.

quenti paſtyllo ſuffigetur, eoq; tabificum aerem ſynceriorem efficere ellaborandum eſt. Qui recipit nimpheæ, ideſt, nenupharis ſeminis acetoſæ & citri olibani gumi iuniperi roſarum, ſandalorum rubrorum ligni aloes cuiuſq; drag. ij. caphuræ. ſcrup. j. omnibus in pollinem redactis cum ſacaro roſato paſtili conficiantur.

Suffitus rectificans aerem peſtilētem.

Ad hæc pretium operæ eſt domibus dilium ſpargere (vt Alexandri medici verbo vtar) ſtramentum quale in feſto. B. Ioānis Baptiſtæ ſpargi paſsim ſolet: de frondibus videlicet, herbis floribuſq;. Ad rem etiam facit ſalicis, atq; iuniperi, quercus, & lauri, lentiſci, folia, atq; vitis vuas albas ferentis. Eandem etiam opem ferunt: limonum ac pirorum rami cum ſuis fructibus appendētibus (ſi fieri poſsit) & regio & tempus, facultaſque tulerint. Pomum quoque colo ſuſpenſum, cuius hæc eſt per mixtio mirificè prodeſt. Recip. Labdani electi ac puri v. oci. j. thuris ligni aloes heben albi & rubri, ſandalorum rubrorum ſeminis granæ & acetoſæ, macis calami aromatici, gariophilorum roſarum zeroariæ cuiuſque drag. ſemis. granorum iuniperi drag. j. caphuræ ſcrup. j. muſci ambræ ana. gran. v. omnibus in pollinem redactis cum muſcilagine dragaganti extracta in aqua roſar. pomum conficito.

Stramētum redolētium herbarū, & ramos cum fructib⁹ ſuis ſuſpendi, atque ſpargi domib⁹ pretium operæ eſſe.

Pomi colo ſuſpendēdi tempore peſtis deſcriptio.

Apud quoſdam verò Italos medicos (vt certo ſcio) geſtatio arſenici ſublimati vſurpatur: ferūt enim ſummum eſſe præſidium altero nempe veneno alteri aduerſante. Manus etiam atque facies aqua roſar. pauculo etiam aceto roſar. cōmixta abluere, idemque naribus ſuggere, eoque os colluere conuenientiſsimum eſt. Pretioſi quoque lapides veluti eſmeragdorum hyacinthorū granatorum vel ſimilium mirifica ſua ſpecifica virtute huic peſtis affectui iuuamento ſunt. Conuenit rurſus hunc morbum formidantes à locis paludoſis vbi putridæ, limoſſæ, peſſimique odoris aquæ ſunt congregatæ, fugere: potiſsimum quibus linum & ſpaltum immorantur vt Auic. 1. 4. affert. Huiuſmodi enim infectionis vapor (vt iam antea etiam diximus) peſtem acerſit vt Auenzoar. 3. Theiſir. tract. 3. c. 1. atq; Razes. 2. Contin. aſſeuerant.

Quibus manº, & facies abluendæ.

Quæ vtiliter gerenda peſtis tempore.

Loca fugiēda.

Cæterum apud feneſtrarum domorum apertionem medici authores in hoc conuenere, vt quæ verſus partem Setentrionalem, vel Oriētalem ſunt: peſtilenti tempore aperiātur ab ortu Solis vſque ad horas quatuor: Alijs verò claudantur, huiuſmodi enim vēti peſtis putrefactioni reſiſtunt: eamque præceteris magis purificant. At verò ſi infectus aer ab ea parte, forſan communicetur, tunc feneſtræ claudendæ potiùs ſunt atque ei oppoſitæ aperiendæ vt ſententia Razes. 17. Cont. colligitur loca etiam (vt inquit) mari propinqua ſaniora ſunt alijs locis mundi: ac perinde loca montana, & alta, licet non defuere authores oppoſitū aſſeuerantes, nempe habitandum eſſe (ſi fieri poſsit) in humili, ac veluti ſubterranea domo. Aer præterea loca circumdās in quibus arbores nucum, & taxi, & caules multi reperiuntur deterrimus ideoq; fugiendus eſt vt Hipp. inter initia. 2. lib. Epid. atque Razes loco proximè cita. teſtantur.

Feneſtræ verſus quam regionem aperiendæ: & quanto tempore.

Maritima loca ſalubriora eſſe tēpore peſtis: & montana: q̄ alia.

Loca fugiēda.

Neque in vtile conſiliū eſt, quod tritiſsimum his verbis vulgus habet Cito, longe, tardeque reddito. Quod ex Razis ſnīa. 4. ad Almanſorē cap. de peſte cōfirmatur, cito (inquit) ne aer dictis de cauſis ibi infectus eū fortaſsis qui in hoc morbi genus incidere paratior erat, inter primos opprimat. A loco, vbi is timor eſt diſcedat, idque longius: quoniā cœleſtis influxus frequēter huius mali cauſa alicubi incipiens ſolet frequenter vſque adeo latius progredi vt non cum vrbe ſub vrbia modo ſed etiam prouinciam interdū aliquam totam polluat. Vt tarde reddat: neque ſtatim confidat ſi peſtem aliquot die

Cito: longe: tarde quæ redire tēpore peſtis cōuenientiſsimum eſſe, & ratio.

bus defuisse audierit, qm vel id forsan in causa fuit non quod aeris corruptio omnino discesserit sed quod superstites adhoc malum suscipiendum inepti sunt veluti temperatura pituitosi atque potissimum atrabiliosi: aut quia huic veneno paulatim assuefacti minime ab eo læduntur. Seu quod in aliqua lunari seu coniunctione seu aspectu: bonus quispiam influxus (breui tamen tempore) duraturus priorem alterum pro tempore correxit. Saluberrimum itaq; consilium est. Quod vulgo cõmuniter dici solet, nempe citò (vt iam antea diximus) longe, tardeq; reddire: quod etiam ex sacra scriptura, aperte colligitur ex Isaiæ snia.c.26. vbi voce domini inquit, Vade popule mi, intra in cubicula tua, & abscondete modicum ad momentum donec per transeat indignatio mea. Et Ezechielis.c.7. Qui in ciuitate sunt pestilentia, & fame deuorabuntur, & saluabũtur, qui fugerint ex eis. Vnde non ab re stupendum profecto casum (cuius plures sunt oculati testes) narrare non sinam. Iam diu in magna pestilenti constitutione, post integram ipsius pestis iam lentescentiam contigit vt reductis iã in vrbem nostram, profrigatis antea ciuibus aperta domo quadam supelectilia, quæ à pestis initio reliquerant, extraxêre Eaq; ad maius tutamen, in riuulo, vbi ranæ fortè degebant, lauarunt. Et ecce penè ex templo ranæ omnes præ nimia venenositate in stragullis ad huc latente in aquæ superficie mortuæ apparuerunt: summum profecto aeris venenositatis diu latentis inditium.

Sacræ paginæ authoritas qua præcipitur fugiendam esse pestem.

Historia mirabilis.

CAP. V.

De cibi, potusque ratione in pestilenti constitutione obseruanda.

Haud dubium est, quod vulgo circunfertur. Plures nempe interijsse gula, quàm gladio. Proinde qui ab hoc vitio (de quo præcipue sermo est) & quocunq; alio prosperam valetudinem tueri cupit, victus rationem, negligere non debet. Oportet igitur primo cibum non antea assumere, quam appetẽtia prorritata inuitauerit: præcipue horis consuetis. Et tunc (si possibile sit) minime differre. Nõ varia simul coquẽda cibaria congere re licet: nec à malis cibis, diu consuetis, nos subito, sed paulatiue mutare. Consuetudo nanq; (etiam si mala sit) res magna cuiq; est, iam enim in naturę habitum ferme absoluitur, vt est apud Medicos, atq; Philosophos, velut axioma. Cibaria rursus (si calor, vel frigus præsertim excellunt) omni tempore fugienda sunt: sed æstate modicum frigida, hyeme vero tẽperatè calida sumenda sunt. Quæ bene olida sunt, pestilenti corruptioni aduersari, meritò putantur. Quare, præsertim hyeme aromata odora cibis commiscenda sunt: cæterùm vere, vel æstate acetosa herba, agresta, plantago, lactuca, borrago, cucurbita, spinachiæ, citri cortices cibarijs rectè commiscentur: meloncotoneum, mala granata, muzi, hoc est granata mista, odora poma proficua sunt: panis sit ex farina triticea syncera à furfure magis æstate, quam hyeme extracta, saleq; æstu pauco, hyeme pluri, & laudabili aqua confectus. Aqua etiam rosa. vel alterius ex ijs, quæ cordi subueniunt, calidæ, frigidæve iusta cordis naturam misceantur. Sic enim vtilius multò panis conflatur. Aqua aũt laudabilior fluuialis est per lapillos, atq; arenam mundã, aut viuum lapidem fluens, vel fontis ab oriẽti orti. Pluuialis etiã proficua est, vel decoctionis acetosæ, & corticum, atq; seminis citri. Cõmisceri etiã potest ipsi aquæ,

Maxime, obseruãda est, victus rõ.

Cibũ nequaquam sumẽdũ ante appetentiã vẽtriculi.

Cõsuetudo altera natura.

Qualiter cibaria tempore calido: & tempore frigido ædenda.

Quæ odora commiscenda cibis tempore calido: quę vero frigido.

Quæ cibaria eligẽda.

Quæ aqua melior.

cum bibitur, tantilulum ſyrup. de limonibus, vel de citri aceroſitate. Cæterũ huic malo incipienti plurimum aquæ frig. cõfert. Vnde Auic. 1.4.tract.4.c.4.ſic inquit & aqua frigida plurima ſubito eſt iuuatiua:pauca aũt conſequenter exibita, fortaſſe excitat caliditatem. Potus aũt vini rarò concedatur, *niſi* vel virtute imbecilla, aut corruptione (quod rariſsimè accidit) *in pituita* euenienti: & tunc, pro indigentiæ modo antea dilutum, ſub flauum, vel ſub album ſuauiter olens: guſtui verò dulcedinis & acritudinis ſit expers. Huiuſmodi enim vinum à Galeno in calce artis medic. laudatur, eligiturq; : in quo, ac ſimiliter in aquæ potu, ſi lamina auri puriſsimi ignita extinguerentur pretium operæ eſſet: carnes verò pullorum gallinarum, perdicum, arietinę, hędinæ, vitulinæ laudabiles erunt: præſertim ſi inter aſſandum, vel bulliendam ſuccus agreſtæ, vel arantiæ, vel limonum ſuper ſpargatur. Præterea caro cerui, damæ, leporis, cuniculorum ſylueſtrium, collumbarum huic affectui aliquatenus accõmodantur: non quidem, quia optimum chylum generẽt, ſed quia huiuſmodi carnibus ineſt vis putredinis reſiſtendæ. A cæteris vero craſsioribus, carnibus, caſeo, lacte, ac piſcibus magnis, cauendum: paruis aũt, ſaxatilibus (quos vocant) dulcis, & lucidæ aquę vtendum, vel frixis, vel incoctis ſucco agreſtæ, vel limonum commixto. Recentia quoq; oua, ſorbilia cum aliquo ex dictitatis iam ſuccis iuuamento ſunt: capares rurſus in principio cœnæ veluti olus ſylueſtre putrefactioni reſiſtens, accõmodantur. Quarum Ariſto. probl. 21. probl. 21. meminit. Lentes quoq; cum agreſta, licet chylum attrabilioſſum generent, eadem tamen ratione proſunt. Ad hæc ſinapis, mel, piper, gariophili, zinziber, ac deniq; condimenta omnia, quæ ex iſtis conficiuntur, vt deterrima prorſus fugienda ſunt: ac perinde alia, ac cepe, tempore potiſsimum calido, atq; in calidis temperaturis, & regionibus, cum ad finem penè tertij gradus eorum caliditas accedat. 5. collig. &. 2. cano. Fructuum præterea ſiccorum, quibus vti licebit, ſunto velut amigdalæ recentes, vel aquæ infuſæ, auellanæ toſtæ, paſulę. Ficus autem cũ nucibꝰ atque ruta infarctę in ieiuno aſſumptæ cibus medicinalis in præcautione à peſte eò vſq; eſt, vt theriaca trium rerum communiter nuncupetur. Efertur quoq; eius operatio à Gale. libr. de cib. boni, & mali ſucci. c. 8. ijs verbis: caricas cum ruta, nucibuſq; præſumptas venenis vniuerſis aduerſari teſtantur. Idem etiam Razes non paucis in locis ſui Continentis aſſerit. Ac perinde Auic. 2. cano. c. de nucibus. Radiculæ rurſus magnæ, atq; groſſæ, vt minus calidæ fruſtatim ſciſæ, acetoque per noctem infuſſæ ſi ieiuno ſummantur adverſus peſtẽ præſidiũ optimũ eſt. Atque in vſu, non abſque magna vtilitate compertum. Cuius iuuamenti Philoſ. probl. 20. probl. ij. meminit. ¶ Sitis, atque fames ſaltim tẽperatura bilioſis, ac macilentis corporibus nocent: craſis verò, obeſsisve cibi atque potus abſtinẽtia nõ itidẽ, præſertim, ſi multo cibo non fuerint aſſueti. Cæterũ hora prandij vltra. x. horã veris, vel æſtatis tẽpore ſi poſsibile ſit minimè differatur: principio verò prãdij tẽpore calido cibus optimus, & ſalutaris eſt, medulla optimi pannis albiſsimi, priùs gelida, deinde roſacea aqua lota: poſtea pauco ſucco agreſtæ cõmiſto cãdidoq; ſaccaro ſuper ſparſo. Deniq; oĩum acetoſorũ vſus quocunq; tp̃e peſtis rectè vſurpatur.

Plurima aqua ſemel hauſta iniciante morbo confert.

Vini potus quando cõcedendus.

Quale vinũ potandum.

Quę carnes eligẽdæ ſint

Carnes quæ fugiendę: & & alia.

Saxatiles piſces, & quæ alia ædẽda.

Aromata calida & cõdimenta ipſis confecta dimittantur.

Quibus ætatibus, tẽperaturis & in quibꝰ regionibꝰ alia, & cepæ nocumento ſint.

Cibus medicinalis quæ teriaca, triũ rerũ dicit.

Sitin, & famen tollera re macilentos, & bilioſos, malum.

Qua hora æſtatis & verij tempore cibus ſumẽdus.

Quo cibo principio prandij vtẽdum.

C A P. VI.

De regimine circa corporis repletionem, atque inanitionem in peſte obſeruando.

Qui

VI à peste præseruari cupit, nullo modo varia, atq; diuersa cibaria (quãuis bona, atq; amena) in eadẽ mensa, neq; ad saturitatem vsq; assumat. Huiusmodi enim repletio, ventriculi concoctricem facultatem imbecillam reddit. Quolibet nanq; membrorum vltra modum extenso, ipsius continuitas ex templo soluitur, ac debilitatur. Vnde igitur in ipso ventriculo prima coctione corrupta, eademq; in iecinore, aut difficile, aut nullatenus correcta, Secunda etiam coctio in ipso epate vitiatur. Quo fit vt tertia, quæ in venis, & ea, quæ in mẽbris per attractionem nutrimenti vnionem, & assimilationem digestio celebratur corrupta reddatur. Quam ob rem membra, ac totum corpus male, afficiuntur: atq;, ad recipiendam pestis infectionem, aptiora redduntur, vt Auenzoar in fine Theisir asserit. Ad pestis igitur præseruationem oportet, cum aliquantula cibi orexi, potiusquam omnino expletum à mensa surgere. Eatenus deniq; cibus assumendus est, quatenus ventriculus saturitate non grauetur: neq; ad oxiremiam putrem, neq; ad validam, mendossamq; sitim perueniatur. De vtilioribus itaq; in victus ratione est, vt idem doctor citato loco asseuerauit, nõ addere cibum cibo, donec primus sit cõcoctus: & nõ, nisi post naturalem appetẽtiã, ipsum sumere. Ea nanq; corpora, quę in pestem facilius incidunt, vt Razes. 17. Cont. c. 6. testat, sunt malis succis plena. Vulgi præterea dictũ memorię mandandũ, scilicet omnis saturatio mala, pessima verò panis: est nanq; Auic. 3. part. dict. 2. 7. Cæterum, circa aluum in pestis præseruatione ciendã, scire oportet, nẽpe conuenire omni die aluum subduci: & si sua sponte naturaliter non correspondeat, quinto quoque die vnam, duas ve pillulas iusta indiuidualem dispositionẽ assumere ex massa pillularum communiũ Razes, vel harum, quæ sequuntur. Quarum operatio tan præseruationis, quam curationis via (præter experimentum) ex Auerrois etiam snia. 6. collig. 18. & Razes. 4. ad Almansorem. cap. 25. mille offertur enchomijs. Conficiuntur ex duabus duntaxat partibus aloes, & croco Orientali atque myrrha vniuscuiusq; parte vna, cũ drag. j. vini chataporia formentur: in principio pestis singulis diebus exibenda. Dosis est drag. j. Et si aluus forsan plus iusto soluatur, semel in hebdmoda ea sumere sat est. Cæterum de ventre soluendo latius inferius disseremus. Lotium præterea nullo modo retinendum est: eius nãque retentio plurima parit incommoda.

Varia cibaria in eadẽ mensa fugiẽda.

Cõmodius esse à mensa surgere cũ aliquantula orexi quam saturos.

Cibum non esse sumẽdũ nisi post naturalem appetentiam.

Vulgi opinio nõ spernenda.

Ciendam esse aluum: & quibus.

CAP. VII.

De regimine, in somno, & vigilia in pestilenti constitutione obseruando.

QVanquam Auerrois. 3. colleg. c. de somno sic dixerit priuatio, à somno est vna ex rebus, quæ vitam perdere faciunt: si tamen plus iusto eo vtamur, admodum nocet: vnde Hipp. 2. aphor. sententia. 3. Somnus & vigilia (inquit) vtraque modum excedentia, malum. Quod ægrotis nõ solum, sed etiam ab hoc morbo præseruandis ob audire oportet. Vnde placet certè illa Auicennæ ellegans comparatio. 2. part. c. 13. æquiparat nanq; somnũ quieti, vigiliã verò motui: per somnũ nanq; temperatũ, sicut per quietem (ventriculo videlicet nõ ieiuno) restauramur: per vigiliã vero è diuerso: sicut per motũ disoluimur. Sed eatenus eis vtendum, vt sententia illa Terentij (magni profecto incunctis etiam præ oculis habenda (quæ apud vulgus

quoq; paſsim circumfertur) aſſeruetur ſcilicet nequid nimis. Quod non ſolum in ſomno, atq; vigilia, ſed in reliquis etiã ſex

Eædem ſex res non naturales ſecũdum variũ earũ vſum poſſunt conuerti in res naturales, ſanitatem adſeruantes: & in prçter naturam morbum efficiẽtes.

rebus, quas non naturales vocat, aſſeruari oportet. Earum nanque moderato, atque ſecundum rationem vſu, ipſe quidem in res omnino naturales proſperam, ac naturalem valetudinem aſſeruantes, vertuntur: è diuerſo verò in res omnino præter naturam morbum efficientes. Quocirca, quia indifferenter ſe habent ad proſperam, & aduerſam valetudinem, humanis corporibus introducendam, authores noſtri in abſtracto res non naturales nuncuparunt. Vnde aduertito, quod exceſſus, non ſolum in corporis affectibus, medendis, ſed etiam ſpiritualibus ratione moderandus ſemper eſt, vt ex doctrina Sancti Thomæ in quodlibet. 18. aperte colligitur. Verùm enimuerò hoc vnum minime ignorare oportet, vt quẽadmodum non licet eandem ſemper inediam omnibus ſiue curandis, ſiue præſeruandis, medicum cõſulere, ſed pro rationis diuerſitate: ad eundem prorſus modum neque ſomno, neque vigilia: nanq; temperatura bilioſi, vt minus ſomniculoſi, ita magis ſomno indigent: pituitoſi vero his minus: & ſanguineis, & hi min⁹ quam melancholici. Et qui minori vtuntur cibo, minus etiam quam hi, qui, & animi, atque corporis laboribus incumbunt. Et, qui potentius cibaria concoquunt, alijs minus. Rurſus à diuturno ſomno (præſertim meridiano) ſummopere (vt omnes monent) cauendum: niſi longã iam conſuetudo in oppoſitũ ſit, tunc ſenſim in aliam ſe transferat. Præterea poſt replectionem, vel inanitionem dormire ſumme nocet. Ad hæc ſomnus immediate poſt cibum non ſolum ægrotis, ſed etiam ſanis nocumento eſt. Verùm, ſi quis vel longam conſuetudinem vitare nequeat, vel ventriculi imbecillitate laboret, tunc vna, vel duabus horis (ſi fieri poſsit) à cibo aſſumpto elapſis de ambulatione leuiuſcula præcedenti ſomnus parciſsimè perlibandus eſt, carne citoneorum bolo cum coriandro præparato preaſſumptò ac (ſi fieri poſsit) ſub eo corporis habitu, vt ſedeat potius quis, quàm iacere videatur. Amplius dormire in die, non dum ſumpto cibo, nulli prodeſt, niſi cui mane præter ſolitum ſurgere, externo cibo nondum concocto, neceſsitas fuit. Verùm accumbendi atque à lecto ſurgendi hora minime conſtitui poteſt, præſertim in tanta noctium, atq; dierum inæqualitate. At verò æſtate, atque etiam vere circiter horam. 9. noctis dormiendi, ac quieſcendi commodius tempus eſt: à lecto verò ſurgendi parum poſt Solis ortum, hyeme vero circiter. 8. horam, ſomnum conciliare licebit: ſurgere vero hora. 8. Sed hoc iuxta longam conſnetudinem, atque alia particularia aliter, atque aliter diſpenſari poſſet.

Quibus pl⁹ ſomni iniungẽdum quibus ve minus.

Quib⁹ ſomnus meridionalis interdicatur, quibus non omnino.

Hora acumbẽdi, atque à lecto ſi agendi.

Iacendi modus.

Dormire autem oportet primo corpore ſuperlatus dextrum inflexo: deinde, ventriculi concoctione nondum finita, ſiniſtrum. Super os autem, atque dorſum in ſomno decumbere maximè cauendum eſt. Quod ſenſit Ariſtotel. de regimine ſanita. ad Alexand. atque etiam. 3. &. 5. proble. probl. 6. atque Auic. 13. tertij. c. 5. atque Razes. 25. Contin. cap. 3.

CAP. VIII.

Indicat qua ratione motus atque etiam quies & exercitium tempore peſtis ſunt moderanda.



Dem certe, quod in alijs rebus non naturalibus, faciendum eſſe, admonuimus, in motu, atque quiete obſeruare licebit: nempe mediocritatem. Vnde Auẽzoar ſui Thiſir. c. 1. cõuenere, inquit, medici

medici, quod exercitium temperatum siue pedibus, siue equo fiat, adiuuat ad conseruationẽ sanitatis, dũmodo tempus nõ excedãt: verum exercitatio hoc habet incõmodi quia labore exercitij homo crebrius inspirat, & respirat: quo fit, vt magis attrahat de ipso infecto aere: sed certè ex ercitatione temperata excretiones quædam: quę in cute, exterioribusq; corporis partibus assiduè generantur, per halitum digeruntur: in quarũ euacuatiõe natura, nisi exercitio adiuta, cõpletè operari nõ posset, vt Auic. 3. 1. dict. 3. ca. 1. de exercitio testatur. Eodẽ etiã exercitio natiuus calor (totius vitæ fundamentũ) viuificat⁹ augescit, vt Gale. 1. de tuenda valetudine ca. 1. asseuerat. Cæterùm quacunq; causa exercitio ineptis: loco ipsius mulcebris membrorũ frictio inungenda est, vt Gal. lib. de paruę pillæ ludo & Auic. 3. p. dict. 2. ca. 4. nos apertè docent. Sed eiusmodi frictio primo leni linteolo, ac leniter. Demum accuratius asperiori moliat̃. Primo partes superiores & brachia, deinde inferiores, & crura fricentur. Gestatio etiam letica, siue vehiculo, vel lecti suspensione: non valenti aliter exerceri, loco ipsius exercitij accommodatur, vt Cornelius Celsus vir nempe post Hippocratẽ nemini post habendus libr. secundo. cap. 15. docet. Tempus verò opportunius exercitationi, vt Hippocr. lib. de aere aqua, & locis & Isaac in dietis vniuersalibus capit. secundo. esse debet cibo iam externo concocto mane expulsisque iam vtrisq; nempe egestionis, & lotij excrementis. Verum exercitationem circiter horam fieri sat est. Qua finita post aliquantulam moram cibus sumẽdus est. Ante cœnam quoque temperatius exercitium moliatur: non autem alia diei hora neque immediatè post cibum: tunc enim, vt concoctio moliatur quiescere melius est. Poterit tamen quisque leui ambulatione vti vt inde cibus in imum venticuli, vbi concoctio fit, illabatur. Noctu verò à peste præseruandi extra domum non egrediãtur, atque à radijs lunaribus magnopere caueant. In æstu verò solis domi quescendum est: aer nanque calidus inspiratus, ad cor attractus, ipsum, eiusque spiritus, ac deinde corpus totum calfacit: humiditates natiuas, atque spiritus corrumpit, vt Galen. 3. de diebus decret. ait, & Razes, 17. cont. testatur. Assurgere præterea summo diluculo, nisi post ortum solis, deterrimum est. Denique exercitatio ipsa eatenus moliẽda est, quatenus labore nõ grauetur. De quiete verò (qua moderata restauramur) idem dicendum, vt scilicet modum non excedat. Ignauia si quidem corpus hebetat, labor firmat. Cõuenit rursus, pestem formidantes (vt alias etiam diximus) citius quo poterint à loco infecto in locum incolumen se transmigrare: segniusque reddire. Cuius causam iam superius expressimus atque ex sacra etiam pagina authoritates adduximus.

Quæ exercitium temperatum iuuamenta afferat.

Non valentibus exercere, fuctiones prodesse, & quales.

Gestatiões maximè ꝓsunt non valentibus per se exerceri.

Tẽpus exercitij quãdo.

Noctu domi manendum: & à radijs lunaribus summopere cauendum.

Ante ortum Solis minimè surgendum.

C A P. I X.

De animi passionibus quantum vtilitatis, aut incommodi inferant, & obiter qualiter, & quando venere vtendum.

AEterùm ex animi passionibus nulla excellens prodest, sed potius nocet, præsertim tempore pestis: quo vitandæ prorsus sunt cuiusmodi erunt ingens solicitudo, ima rerum contemplatio, summa tristitia, imaginatio, maxima verecundia, timor, desperatio, ac similia. Quorum aliqua natiuum calorem magna ex parte ad interiora corporis retrahũt, eundemque suffocant, atque exterminant: spiritumque cuicunque infectioni passibiliores

Quãtum afferant incõmodi animi passiões, & quales.

biliores reddunt: ipsosque ad exteriora exhalare faciunt: vnde exoluuntur. Mulcendus igitur animus est, iucundiori aliquo solatij, genere, vt citharę, alteriusve musicalis instrumenti hilaris ludi: seu amicorum coloquij, seu pulchrarū rerum inspectionis, aut quas natura cōdidit, aut ars egregiè fucauit: aut lectione aliqua, quæ iucunditatem afferat: sic enim & corporis, & animi vires seruant ac sæpius augentur. Fugienda insuper est pestilentiæ cogitatio non enim leuiter nocet. Quantam autem animi passiones vim habeāt, nouerit facilè, q (inter reliquos autores) Gale. 2. de symptoma. causis legerit. Vbi quosdam ex vehementi timore, alios verò gaudio subito obijsse, refert. Qđ nos hisce oculis contingere vidimus. Præ nimia etiam verecūdia Homerū interijsse comperimus apud Vale. Max. lib. 9. titul. 12. de morte nonvulgari cap. 1. atque Antonium Florentinum lib. 1. suarum histo riarum titul. 2. capi. 6. Nec non apud autorem lib. De vitis philosorum & poetarum capi. 14. Qui etiam Polycratem authorem adducit. Homerus nāque (vt ibi narratur) quæstiunculam in litore maris à piscatoribus sibi impositam, cum respōdere non valuisset subito naturæ concessit. Quæstio, siue percontatio hæc erat, quos cæpimus, non habemus: & quos nō cæpimus retinemus: pediculos enim in vestibus perscrutabantur: Homerus verò dirigens hoc ad pisces impossibile putabat.

Quibus animus mulcēdus, & qualiter.

Circa animi passiōes casus mirabiles aduertito.

Mortis stupendæ Homeri occasio.

Cæterùm circa Venerem cum Celso libro. 3. capit. primo. breuiter dicendum Hyeme Venus non pernitiosa: vere tutissima: æstate, & autumno non vtilis: sed tolerabilior per autumnum: æstate prorsus fugienda. Sed vltra hoc certè, quod à tempore sumitur discrimen, oportet etiam secundum varietatem temperaturarum, & habitudinum corporum, atque ætatum in ipsa Venere differentiam constituere. Iuuenes nanque carnosi temperatura sanguinea præditi, venas, ac poros largiores habentes hirsuti nullo morbo laborantes præ cæteris eiusdem ętatis Veneri sunt citra nocumētum aptiores, moderato videlicet vsu, ac multo tolerabilius concubitum ferunt: deinde temperatura biliosi: pituitosis vero molesta Venus est: atrabiliosis, aut macilentis: habentibus venas, & poros astuctiores, atque conualescentibus molestissima, ac non sine periculo: nisi quam rarissimè Veneri incumbant, senibus vero, præsertim debilibus, omnino inter dicatur.

Quibus tēporib⁹, ætatibus, naturis Ven⁹ molesta, aut nō sit.

Veruntamen post venæ sectionem in quacunque ætate, tempore, atque temperatura, & habitudine coitus fugiendus est. Quibus animaduersis colligitur in prædictis dispositionibus coitum moderatum conuenire: nam rarus, corpus excitat: frequens soluit. Moderatus fit, quando nullum, postea totius corporis, neque membrorum grauamen, sed potius agilitas, & post moram iucunditas sentitur. Tunc nanque indicium est, naturā forsan seminis multitudine antea grauatam post eius emissionem degrauari. Nimia nanque retentio seminis (vt omnes asserunt) aliquatenus veneni naturā gerit: corrumpitur, enim atque symptomata grauissima, nempe syncopam, ac morbum comitialem, & in fœminis vteri extrangulatum affert. Potissimū si omnino continētes fuerint, vel si nunquam vtero gestauerint. ¶ Tutior coitus est, qui noctu exercetur, quàm diurnus: & corpore, nec multo innanito, nec repleto, nec post longam vigiliam, sed post somnum & cibi coctione iam completa, quia membra sunt iam cōpletè nutrita: tūc non lasciuia motus, sed naturæ poti⁹ onere ad coitum accedat: præcipuè ante oram solitam naturales excretiōes ex pellendi

Quando oīno fugiēda Venus.

Coitus quādo tutior.

pellendi, vel forsan ipsis iam expulsis. In qua quidem sententia Philosophi, atque Medici omnes conuenêre. Gale. verò. 2. de tuenda valetudine. Summatim de coitu, inquit, post labores subsequi debent cibi & potus, deinde somnus: postea verò venerea, venereis quidem debentibus vti. Quibusdam verò visum est: temperatum coitum esse in hebdomada semel, alijs bis, alijs ter: asseuerantibus vltra hoc coitum esse immoderatum. Sed meo certè iudicio, ætatis, atque tẽporis & temperaturarum, & habitudinum coeuntiũ ratione iuxta superiorem animaduersionem coitus diuersimodè est moderandus. Quibusdam enim semel in hebdomada superfluus coitus dici poterit nempe natura debilibus: alijs verò robustis ter quaterque diminutus.

CAP. X.

De simplicibus & compositis medicamentis, tam via præseruationis, quàm curationis tempore pestis opem ferentibus ex varijs authoribus, atque experientia colectis.

ERRA sigillata, lutum Armenum vtrunque non dissimile, vt nonnulli putant, sed ei vtilitati par est. Quam sigillatam terram, vel Lemmiam (ab insula Lemmia sic dictã) Gale. 9. de med. simp. fac. tãti fecit vt, si in nostris regionibus ipsa inueniretur, nullis quidem remedijs posponenda esset, siue aduersus pestem cũ quis ea iam laborat siue antea cum ab ea sibi timet, aut vana certè essent (quod nõ credo) quæcũq; de eis Gal. Dioscorides, Serapio, Auic. & alij tradiderunt. Rursus radix diptami & tormentillę & herbæ tunicæ dictæ, radix henulæ campanæ, grana iuniperi, ienciana, zedoaria, scabiosa, acedula, verbena de qua potissimũ præter ea, quæ à doctoribus inscribunt, incredibilia periculo cõperta sunt aduersus hanc pestis luem. Cuius folia singulo quoque die si quis antea quam alius cibus accedat, mandiderit, & succũ deglutierit mirificè à peste (Dei auxilio) præseruabitur: præcedente nimirũ in sex rebus non naturalibus (quarũ iam supra meminimus) debita obseruatione.

Laudat terra Lemmia & bolus Armenus.

Diuersarũ herbarũ vires aduersus pestem.

Cæterùm alia prius dicta simplicia impollinem redacta eo modo, eadẽque dosi (vt de terra sigillata, & de bolo Armeno diximus) pro pestis præseruatione sumenda sunt. Verum enim verò cũ ijs nostris regionibus vera terra sigillata, vel lẽmia, ac perinde vero luto Armeno caream, doctissimi, ac exercitati medici in magnis pestilentijs loco ipsius non absq; magna vtilitate vtuntur pastillis, seu trochiscis, ex terra rubra præparata, atq; sanguine hircino confectis, ac sigillatis iusta Dioscori. sententiam: habet enim rubra terra (quam nos perperam bolum Armenum vocamus) nonnullas notas veri luti Armeni, quæ ab Auic. 2. can. cap. proprio ponuntur, nempe colorem: atque ad linguæ contactum adhærentiam. Conficiũtur sic, prius terra illa rubra magis munda electa sæpius gelida, & vltimo aqua rosata, abluitur: postea exiccatur, ac impollinem redditur, & sanguini hircino mundo, atque excollato commiscetur, & inde trochisci formant, & exiccant. Quorũ pro pestis præseruatione mane. drag. j. cũ acetosæ, vel arbusci, vel scabiosæ, vel rosata aqua assumatur, tempore videlicet calido: frigido, verò optimo vino albo: animaduersis in hoc animaduertendis, nempe temperatura, ætate, tempore, &c. Verùm cũ quis iam hoc morbo laborat dupla pulueris quantitas ei exhibenda est. Quo certè remedio (vt oculatus sum testis) innumeri pene ab hac lue præseruati, & curati, incolumesq; ad laudem Dei euasere.

Trochisci q bus loco veræ terræ lẽmiæ vtendũ est.

Quę sint cõsiderãda in exhibitione trochiscorũ

euasere. Quanquam Gal. 9. simpli. medi. facul. cap. De terra lemmia Diosco. sentētiam taxare videatur asseuerātis (vt diximus) pastillos ex terra lemmia, atque hircino sanguine confici. Ego verò cū apostolo inquam, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur.

CAP. XI.

De methodo subueniēdi iam peste laborantibus.

Symptomata, quibus laborantes peste corripiūtur.

CVM quis pestilenti infectione (à qua Deus sua clementia nos liberare dignetur) iā afficiatur, symptomata hæc penè subito ipsum inuadere solent, nempe febris, cum crebris, atque in ordinatis oripillationibus, & rigoribus: modo enim calet, modo friget: adsunt quoq; vomitiones, anxietates, angustiæ, syncopa, pulsus cordis, interdum etiam tubercula in aliquo emunctoriorum, vel alibi, interdum nigrantia, instar carbunculi apparent. Nanque cum pestilens infectio suaptè natura præcipua mēbra, ac potissimum cor (natiui caloris sedem) aggrediatur, natura totis viribus venenum ad exteras corporis partes, & prę sertim emunctoria loca, ad recipiendum aptissima, expellere conatur. Sæpè ob ortis ibidem bubonibus, vbi pretium operę erit, aduertere pestilenti etiam tempore bubones non venenosos, sed ex materia benigna interdum in ipsis emunctorijs accidere: nempe alis si brachio: inguini si pedi, vel pudendo: si colo vlcera, vel pustulæ, siue scabies: sine dictis symptomatis præcesere. Cui sentētiæ subscribit Galen. 13. Metho. cap. 5.

Quibus bubo pestilens à non pestilenti distinguitur.

Cum aliquis igitur, iam prædicta infectione (à qua Omnipotens sua ineffabili clementia nos liberare dignetur) se tactum senserit, oportet præ propere ad ipsum, tanquàm vberrimum fontem animæ, atque corporis salutis recurrere: hic enim solus langoribus vere mederi valet: ac sine ipso factum est nihil, Ioānis. 1. Postquàm igitur peccata iam prorsus cōfessus fuerit Eucharistiæque sacramento suscepto, postea ad medicinalia præsidia statim recurrat, vt in decreto videlicet libro. 5. de pœnit. & remiss. cap. Cum infirmitas corporalis nonnunquā ex peccato proueniat &c. præcipitur: lex quoque regia idem imperat quod in ægritudine etiam salubri fieri iubent: à fortiori igitur in pestilenti lue omnium longè periculosissima fieri debet. In quo vnum profectò, mirandū satis, aduertito: nempe Gētilium etiam nonnullos, huic negotio cōfessionis quadam tenus saltim quoad morum emendationem æquiualēter alludere: asseuerantes, omnia vel bona, vel mala ab anima in corpus, & hominem totū influere. Vnde Plato in Carmide quem admodum (inquit) oculos absque capite curare non licet, neque sine reliquo corpore caput, ita neque sine anima corpus. Gal. quoq;. 1. de tuenda valetu. ca. 8. (etsi infidelis) testatur se quotanis nonnullos ęgrotantiū curasse solius animi moribus ad debitum morem reuocatis. In quo certè (quod communiter circunfertur) dici posset nempe nos sæpius veritatem accipere à Gentilibus, tanquā ab iniustis possessorib⁹ veritatis. Neque demorari nūc volo ex sacra pagina authoritates, quas antea etiam tetigi, repetens. Quibus patet: vindita Dei atrocem, ac deuoratricē pestem populum Israel, ob eius cōmissa scelera acerrimè infestasse: quam præcibus, ieiunijs, atque orationibus dominus placatus abstulit. Vt tempore etiam diui Gregorij summi Pontifi. in illa ingenti, inauditaque peste Romæ contingit. Quæ quidem apertè indicant nullum humanum præsidium confesione prius esse tentandum qua facta statim ad medicinam

Anima prius corpore medendum.

Nota Gentiles cōfessionem allucinari.

Interdū vindita Dei peste euenisse.

dicinam (vt diximus) recurrendum est.

Apparente igitur iam venenosa inflã matione (de qua potissimum in hac tractatione disserturi sumus) quinque penitus in curatione sunt vsurpanda. Primum quidem bona victus ratione sex rerũ nõ naturalium (de qua ad vnguem supra tractauimus) adimpletur. Hoc vno duntaxat addito, vt somnus, nisi modicus, non permittatur: cùm enim huius inflammationis venenum ab ipsa natura ab internis corporis partibus versus exteriores iam expulerat, ipsaque venenositas suaptè natura petat cor, tanquàm natiui caloris arcem: ratione itaque somni ad interiora retracta citius interficeret maximè natura ipsa ex præterita materiei expulsione iam ad resistendum ad modum imbecilla, in quo omnes medicinæ authores conuenêre eovsque vt huiusmodi inflammatione laborantes excitãdos esse consulerint. Et licet quisque ex Auicen. sententia. 6. 4. tracta. 3. capit. 33. de morsu viperarum oppositum inferat præcipientis vti multitudine somni ibi tamẽ error editissimus (vt cuicunque inferiorem ipsius seriem legenti, patebit) committitur, cum loco, aliorum perperam legatur somnij. Secundum versatur circa antecedẽtis materiei (quam vocant) subtractionem. Tertium circa cordis confortationem. Quartum sudoris concitationem. Quintum penes bubonis pestilentis curationem. De quibus seorsum sequentibus capitibus disseretur.


Quæ vsurpanda in curatione bubonis.

Venenosa inflammatiõe laborantes poti' à somno excitari q̃ multũ dormire oportet.

Interpretis Auic. error.

CAP. XII.

De secunda intentione, quæ circa corporis euacuationem, & sanguinis detractionem versatur.



CAEterùm circa sanguinis missionem in hoc morbo molliendam, omnes conuenire, incomperto est (si ætas, & virtus permiserint) penè vsque ad animi deliquiũ sanguinẽ esse mittendum: quippe cũ in forti dolore, aut vehementi caumate febræ, siue magna inflãmatiõe, etiã non venenosa, Gal. supra primũ apho. Hipp. s̃nia apho. 23. eam sic cõcessit. Quæ quidẽ oĩa in hoc morbo pestilenti conueniũt. Ad hæc, cũ in hmõi sanguinis missiõe veneni attractio à centro ad circũferentiã fiat qua maximè egem' iure optimo phlebothomia erit iuuatiua. Amplius aer infectus veneficæ inflãmationis causa cum sit, & hic sanguini tẽperatura proportionetur, quia calidus, & humidus: fit vt infectio pestilens vel à sanguine simpliciter, vel à præ dominio causetur. Sed nullo modo ex parte opposita vena seccetur, ne fiat transitus super membra præcipua, neque ad terminũ ad quem, sed ex eadem. Nanque si in materia pleuritidis, nullo modo venenosa, sed benigna eadẽ ex parte affecta seccãdam esse venam Gal. lib. de curandi rationem per sanguinis missionem magnopere docet à fortiori in venenosa materia ne super membra nobilia (vt diximus) transitus fiat. Mollienda igitur est, ex parte affecta inflãmationis quacunq; hora, electionis neglecta. Huiusmodi nanque venenosa affectio, aut breues admodũ, aut certè nullas inducias reddere solet. Otissimè nanque interimere solet: ita vt interdum infra triduũ, interdũ verò breuius multò. Si igitur pestilens bubo sub ala dextra innascatur, mox, illico ex eodẽ brachio vena nigra, mediana, seu corporalis seccanda est. Si verò in sinistra, ex sinistro brachio ex cõi eadem etiam vena. Verum, si

Rationes quibus sanguinis missio in venenosa inflãmatiõe cõueniat.

Ex parte affecta vena semp. seccãda, & ratio.

Differentia venæ seccãdæ secundũ varia loca inflãmata.

inguini

inguini inflammatio inhæserit ex saphæna tali eiusdem lateris, vel digiti maioris pedis. Si autem sub auriculis, vel post eas (quæ loca cerebri emunctoria sunt) ex eiusdē partis affectæ brachio nigra prius, deinde cephalica, humeraria venena secetur. Meminimus aūt magis inflammationum emūctoriorū, q̄ aliorū membrorū: non ideo quod non possent, eiusmodi bubones alia etiam mēbra occupare: sed quia (vt plurimū) ijs locis sunt peculiares. Ad ea nanq; (vt iam antea diximus) venenosa materia à mēbris præcipuis vltimo naturæ conatu propellitur: vbi sua raritate promptius recipitur. Verùmenimverò q̄n inflammatio pestilens aliunde quā in emunctorijs oriatur, eodem etiam modo ex parte affecta vena secanda est: quæ tum citius, tum directius nocentem materiā minuat. Sanguinis igit̄ quantitas extrahendi virium robur, virtus, atque ætas scopus sit: in fortibus nanque ac robustioribus ad animi vsque deliquium sanguis penè mittatur: in oppositis aūt natura imbecillibus, minor: in mediocribus verò mediocritas asseruetur: & si oporteat, eodem etiā modo iteretur. Licebit etiam eidem affectæ parti frictionē moliri: neglecta attractiōe, quæ ad eam partē fit, aliâs nocitura. Sed hæsitandi rō̄ hic oborit̄, si forsan pestilens bubo, ac pleuritis, idē latus occupātes, reperiantur: qua ex parte vena seccanda erit: ac perinde si in varijs lateribus. Ad primū dicendū ex parte eadem affecta, huiusmodi em̄ venæ sectio vtriq; morbo auxiliatur: eo maximè, q̄a tempore pestis pleuritidis inflammationem venenosam esse putat̄: quemadmodum etiā bubonem. Ad secundû dicendum, oportere ex vtraque simul, & semel affecta parte venam seccare eodem momento. Idemque duobus pestilētibus bubonibus varia etiam loca occupantibus fieri licebit.

Pestilentes bubones nō semper emūctoria occupare sed interdum alia etiam membra.

Scopi in sanguine mittēdo inspiciēdi, & quantitatis pro singulis differentia.

Buboue, & pleuritide idem latus occupantibus ex eodē seccanda vena est, si tamen in varijs laterib9 ex vtrisque simul, & itidem si in varijs laterib9 bubones innascentur.

CAP. XIII.

An catarticum peste laborantibus competat, & quale.

Circa vero catharticū solutiuum saltim effrene, cōscius sum mihi peste, atq; venenosa inflāmatione laborātibus nocere: sed aduertito nonnullos medicorū sanguinis duntaxat missiōe, carthartico post habito, ī curatiōe ꝓcedere: ne venenositas aliq̄ pharmaci (cuius pauca sunt expertia) veneno inflāmatiōis addita: anxietates, inq̄etudines adaugeat. Rursus si q̄d minus vr̄ in esse inest: ergo & id, q̄d magis: sed in pleuritica inflammatione non venenosa Auic. 10. 3. c. 2. solutiuū exhibere veritus est propter inq̄etudinē (vt dicit) quā facit, ac perinde Mesue cap. ꝓprio in calce. Auic. sequut9, ergo in venenosa inflāmatiōe lōgè mai9 periculum inquietudinis & auxietatū sequeretur, ergo non confert. Dicunt præterea naturam ex præterita materiei bubonis expulsione admodum imbecillam mansisse, atque ob id pharmacū regulare non posse. Duo prærerea motus cōtrarij, exhibito pharmaco, contingerent: nēpe veneni iā ab ipsa natura, ab interioribus ad exteriora expulsi, ad intima corporis cōuersio. Quippe cū pharmacū à circūferētijs ad cētrū trahat. Amplius phlebotomia ipsa vt Auic. 4. 1. c. 20. testat̄ ē euacuatio vniuersalis, quę multitudinē humorū euacuat, ergo infectos humores cum sanguine intra venas simul existētes euacuabit. Quamobrē vel cassiā fistularē, vel tamaros Indos, & diacatholiconē, rabarbarū, & similia dūtaxat exhibere consueuerunt. Quidā vero è diuerso non posse dicunt, vehementi malo nisi æquè vehemens auxilium succurrere. Itaque apud eos tutius est catharticum, atque effrene ad humores infectos euacuandos exhiberi, quam lænitiuum. Vnde Gentilis à

Rationes, q̄bus apparet effrene pharmacum nocere.

Opposita aliorum opinio.

Fulginio in quodā consilio aduersus pestem, plures (inquit) illorum vidisse euadere, quibus solutiuum pharmacum propinabatur, quàm lænitiuum. Asserūt idq; longè maius iuuamentum sequi ex materiæ venenosæ euacuatione, quàm nocumentum: quippe quia, quacunq; materia venenosa intra corpus derelicta, eidē corpori maximū nocumentum esset. Quod deposita materia venenosa per pharmacum, prohiberetur. Nonnulli verò (quorum sententiam laudo) inter has dissentes opiniones mediocritatē asseruare nituntur. Medicinam fortem, debilem quā vocāt, nempe ex fortibus debiliorē, atq; in paucula quantitate exhibentes: & hāc cordialibus veneno resistentibus etiam commixtam, vel possumus dare è diuerso medicinam debilem fortem, id est benignam vt cassiam fist. rhab. mannā diacatholiconem & sirup. ex nouem infusionibus rosarum persicarum. Quæ, licet benigna sint, tn̄ per additū quantitatis eorū gradus in operatione extensiuè augetur sicuti è diuerso medicina fortis ī exigua exhibita quantitate remittitur. Et sic dicitur medicina fortis debilis. Fortis quidē suaptè natura: debilis verò, quia sua exigua quantitate debilis operationis redditur. Quantitas enim licèt intensiuè gradum non augeat, extensiue tamen ad augere ipsum potest (vt omnes asserunt) atque experientia docet. Verum in huiusmodi corporis euacuatione, nullo modo materiei concoctio (vt aliâs) expectanda est, iuxta Hippo. sn̄iam. 4. apho. 10. Medicari in valde acutis si materia turgeat, eadem die, tardare enim in talibus malum est. Sed aduertito, pretium opere esse, in decocto, in quo pharmacum diluendum est, simplicia aliqua medicamēta, quæ veneno aduersantur, commisceri, veluti diptamum, scabiosam, acetosam tormentillam, iuntianam & huiuscemodi alia.

Quæ dicātur medicina fortis debilis, & quæ debilis fortis.

Materiei cōctio ad euacuationē nō est expectanda.

Animaduersio.

CAP. XIIII.

De tertia intentione qua agitur de corde confortando: & à veneno tuendo, & de varijs adhoc medicamentis.

IAM superius ratione, atq; authorum sententijs probauimus venenū omne suaptè natura cor, tanquā natiui caloris arcem, quàm primum inuadere. Secta igitur prius vena, aliquod medicamētum valetudinario exhibendum est, cordis confortationi, atque ei tutando profuturum. Quod multifariam ab authorib⁹ inscribitur, atque experientia dignoscit: sed hoc secundū temperaturarū statum, temporum discrimē vsurpatur. Cuius distinctio periti medici coniecturę (vt Gal. sæpius docet) necessario relinquendum est. Et primo sequēs puluis mirabilis operationis conficiatur. Recip. diptami regalis (quem pulegium ceruinū etiā vocant: ob id quia ceru⁹ venenata sagitta ictus instinctu quodā naturali (vt ferunt) ipsum quæritat ipsoque vescitur, & à veneno liberatur) racemorum ab arbore nucū pendentium, cuiusque pares portiones, fiat puluis, cuius dragm. j. cum aqua acetosæ, & scabiosæ ieiuno infirmo bibatur.

Puluis mirabilis.

Puluis alius ad idem.

PVluis magna cū vtilitate expertus. Recip. visci quercini radicis collegiæ, diptami, singu. drag. j. radicis arbusti tormētillæ, an̄. drag. j. & sem. ossis cordis cerui drag. j. corticū iacinthorū zaphirorū, rasuræ eburis, sing. scrup. j. terræ sigillatę vel loco ei⁹ luti Armeni, drag. j. & semoibus impollinē simul redactis, addāt panorū auri num. x. & optimè cōmisceant: quidā etiā addūt limaturæ auri purissimi scru. j. & ī vase mūdissimo vitri coopculo clauso vsui asseruet: cui⁹ sumit drag. j. mane ieiu-

ne ieiuno infirmo semel in hebdomada cum aqua acetossæ, vel syrup. de acetositate citri: & certe tam præseruationi, quã curationi valet.

Ad idem puluis alius.

RECIP. Doronicæ, tormentillæ, citri seminis, ana, *behen* albi & rubri, cuiusq; drag. *semis*, diptami regalis. drag. j. & semis, corali rubri margaritarum nõ perforatarum singulorum dragm. j. croci scrup. j. misceantur & in pollinem reddãtur: & in aqua arbusci diluatur cuius dosis est, à dragm. semis vsq; ad drag. j. cæterum hiberno tempore non incommodè tanti lulum vini albi odoriferi commiscetur.

Ad idem impar, sublime medicamentum.

OLIM Vngariæ regnum pene totum maxima peste occupãte Turcarum Maximus Rex (& si infidelis) veluti tamen aliqua charitatis specie motus, ad Regem Vngariæ Christianissimum, sibi vicinum, inter inducias ab vtrisque per missas, hoc teriacale medicamẽtum, simul cum epistola misit. Vtrunq; (non absque magno labore, & solertia) Illustrissimus Infantatus Dux D. Dominus Didacus à Mendoça habuit, apud quem magni habetur, ego verò ab ipsius medicis. Cuius medicamenti (quod teriaca oui nuncupatur) hæc est compositio. Recip. diptami albi radicis tormentillæ, sinapis albi vel loco eius communis, boli armeni ana. vnci. j. simul puluerizentur ac cribilentur: Deinde ouum recens cuspide perforatum summito albumine inde extracto, & quæ in corticæ superfit cauitas Orientali croco impleatur: & in lebete ad ignem tenui ligno agitando ad exiccationem vsque, & donec coloris castaneæ formam referat circum voluatur: deinde in pollinem redigatur, & postea prædictus puluis simul commiscendus est: ac tantundem teriacæ magnæ Andromaci summatur: & in calice æneo lento igne cum vnci. iij. vini albi meracissimi diluatur, & liquefiat: prædicto puluere clocleari argenteo sensim commisto: & eo vsque coquatur donec oppiatæ formam referat. Quod (vt Turcarum Regis legatus atq; epistola asserebant) circiter quadraginta annos asseruatur. Dosis eius est tempore frigido drag. j. cum. iij. vnci. vini albi: si calido, cum tantundem aquæ acetossæ: & oportet, superuenientem sudorem maxima cura ægrotũ adseruare. Qualiter tẽpore calido qualiterque frigido sumedum hoc impar medicamentũ sit.

Ad idem aliud præsidium tẽpore nimis frigido vsurpandum.

SVmito cepam sub rubram, eius capitulo cuspide gladij circum extracto, & ea quæ superfit interna cauitas teriaca electissima impleatur: cooperto cæpe, quod fecisti orificio eodem capitulo: & sub prunis cæpam ipsam pannis, siue stupis gelida madefactis circum ductam incoquito: posteaque pistetur, & eius succum extrahito, & bibendũ dato. Dosis eius eius est, coclear, vnũ vel duo mane ieiuno infirmo. Sed ego postea, voluentibus annis, hoc idem auxilium apud Antonium Guainerium reperi aceto duntaxat differens quod ipsi commisceri iubet.

Saluiæ Imperialis descriptio duplex.

PRIMA est temperatior, cuius hæc est compositio. Recip. xilo balsami, corpobalsami, folij Indij, cinamomi, cassiæ lignæ, Doronici, mastichis singulorum scrup. ij. elebori nigri scrup. iij. mellis optimi quod sit satis: confice admodum Opiatæ.

Alterius

Alterius Saluiæ imperialis, tẽporibus, atque corporibus natura frigidis exhibendæ hæc est composito.

SVmito iuschiami, piperis nig. radicis ientianæ, elebori nigri, oppij, añ. dragm. ij. euphorbij. vnci. j. croci dragm. iij. philobalsami, carpobalsami, folij indij cinnamomi casiæ ligni, ligni aloes, doronicæ, macis, cuiusque drag. ij. cum sufficienti quantitate optimi mellis depurati, conficito secundum artem post separationem puluerem cõmisceto. Verùm hæc confectio non nisi tribus iam elapsis mensibus exhibenda est. Et interim in vitreo vase in farina ordeacea sepeliat: & omni die argenti cocleari agitetur. Cuius dosis à drag. sem. vsque ad drag. ij. fit.

Nõ est sumenda nisi tribus iã elapsis mensibus.

Ad idem mirum in modum confert confectio à Guidone tradita tract. 2. c. de transgressione mortalitatis.

CAP. XV.

De theriacalibus medicamentis temperatioribus infantibus, atque pueris tempore pestis exhibendis.



QVIA infantibus, atque pueris ob nimiam eorum naturæ caliditatẽ theriacalia medicamẽta admodum calida nõ sine vitæ discrimine exhiberi possent: esset nanque ignem igni addere. Infantium rursus, ac puerorum natura sæpiùs imbecilla aliquãtulam theriacæ venenositatem regulare, ac separare non poterit. Vnde Gal. lib. De theriaca ad Pisonem se in victum theriacam cuidam infantulo flagitationibus patris coactum, exibuisse. Qui eadem die ab hac luce migrauit. Quam ob rem aliam temperatiorem theriacam, cum ad est necessitas, eis exiberi conuenit, veluti smeragdorum, vel limonum. Quarum hæc est descriptio. Recip. smeragdorum scrupul. semi hyacinthorum scrupul. j. & semis. peoniæ, & radicis eius, cinamomi ana. scrup. iiij. seminis citri, diptami ana, drag. vj. corali rubri, seminis granę & acetosæ, añ. dragm. iij. croci drag. semis visci quercini, rasuræ eburis, galãgæ, añ. drag. ij. cũ succo limonũ, & sirup. acetositatis citri & saccaro cãdidissimo, confectionẽ veluti opiatam parato. Theriacæ vero limonum vel citri hæc est descriptio. Recip. seminis citri mundati vnci. vj. seminis acetosæ vnci. iiij. diptami, seminis citoneorum seminis bombacis, rasuræ cornu ceruini ana. vnci. ij. croci. drag. iij. medullæ nucum ad pondus omnium cum syrup. acetositatis citri atq; albissimo saccaro fiat confectio, cuius dosis in lactantibus sit drag. semi. in lacte matris vel nutricis diluta. Exibeaturq; post vnius mensis, fermentationem: facta prius brachiorum vel crurium secundum exigentiam scarificatione.

Descriptio theriacæ limonum vel citri.

Verum, quia non solùm oportet, cor ad intra, sed etiam ab extra confortari, hæc sunt epithemata, ad hanc rem satis accomoda, ac mihi experta. Recip. aquarum rosararũ, & acetosæ, atq; melisæ, succi pomorũ redolentium, aceti rosati singul. vnci. j. & semis. pulueris trium sandalorum, & diamargaritonis frig. ana. drag. j. & semis. seminis granę, coralis rubri puluerizatorum ana. drag. semis. misce, & in panno serico rubro in hoc madefacto

Epithemata ab extra cordi admouẽda.

ſuper cor, & in carpo vtriuſque manus apponito.

Ad idem aliud.

RECip.aquæ ſcabioſæ, & bugloſæ, ſucci agreſtæ, ſucci intubi, ana vnci. ij. pulueris diarhodonis abbatis, & ſandalorum rubrorum, ana. drag. ij. miſce pro epithemate: & idem etiam poteſt ſuper epar ipſum admoueri. Ab intra etiã, præter theriacalia medicamenta (quorum iam facta eſt mentio) confert mirum in modum hoc medicamentum cordiale ſæpè exhibere laboranti. Cuius hæc eſt permixtio. Recip. conſeruæ meliſſæ, & roſatæ, atque borraginis cuiuſque vnci. j. & ſem. pulueris diamargaritonis frigidi: oſsis, ſiue cartilaginis cordis cerui, pulueris diacorali, pulueris lætitiæ Galeni, ſeminis acetoſæ. ana. dragm. j. ſaccari albiſsimi, quod ſit ſatis miſce & fiat cordiale, addatur panuum auri numero. v. ſumpto vero cordiale hoc: deſuper ſequentis apozimatis vaſculum bibendum dato. Recip. aquarum roſarum, & bugloſæ, & acetoſæ, & ſcabioſæ, ana. vnci. v. ſirup. acetoſitatis citri, & roſati, ſirup. agreſtæ, ſirup. confecti ex ſucco acetoſæ, & ſaccaro ſingulorum, vnci. j. tamarindorum vncias. j. pulueris diamargaritonis frigidi, dragm. ij. miſce.

CAP. XVI.

De quarta intentione, quæ ſudoris concitatione, poſt bubonis peſtilentis inſultum adimpletur.

POST ſanguinis igitur miſsionem, exhibito aliquo ex iam commemoratis theriacalibus medicamẽtis: ſudor ex templo ciendus eſt: quippe qui vel ſpecifica ſua virtute, vel de centro ad circunferentias materia eo attracta his peſtilentibus affectionibus, atque bubonibus proficuus admodum eſt: cuius concitationis author eſt, Auic. multis in locis ac ſignanter. 1.4.c.7.&.10. De curatione feb. acut. nec non Cornel. lib. 3. cap. 7. De peſtilentibus febribus: nec non libr. 2. cap. 17. De ſudoris euocatione. Cæterum ſudorem hunc interdum natura ipſa roborata veluti critica expulſione ad exteriora emittit: interdum verò medici adminiculo adiuta. At vero, his peractis, ſi ſudor moroſus euenerit, decoctum ſcabioſæ & acetoſę tepidum bibendum dato: in quo modicum ramenti rhynocerotis ſiue vnicornij antea infuſi ferbuerit. At vero vt ſudor copioſior euadat vaccina veſica ſemiplena decocto herbarum calidarum pedibus ægrotantis admoueatur. Quæ omnia præpropere fieri oportet. Hæc nãque peſtilens, ac deuoratrix belua interdum modicas, interdum nullas indutias reddere conſueuit.

Sudoris cō citatio peſti lenti bubone laborantibus confert.

Quo modo moroſo ſudori ſucurrendum.

CAP. XVII.

De quinta intentiōe quæ circa peſtilentis bubonis curationem vergitur: ſed priùs Auice. text. taxabitur: in quo prima fronte videtur in principio peſtilentis bubonis repercuſiua concedere.

QVia peſtilentes bubones in adenoſsis, ſeu emũctorialibus locis vt plurimum innaſcuntur (cuius cauſam iã alibi docuimus) qua in parte non ſolum ijs, ſed in benignis etiam inflãmationibus: repellentia medicamẽta, nedum ꝓpria, ſed etiã large dicta ab omnibus medicinæ authoribus prohibẽtur. Imo è diuerſo attrahentia medicamenta atque etiã cucurbitulas admoueri iubẽt: parui pendentibus nimirũ quam faciunt

in ex-

in exteriori mẽbro innobili additionem ob maius iuuamentũ mẽbro principi, ex hmõi materiei expulsione assequutũ. Vt docet Auic. 4. 1. ca. de medicanti. aposte. ergo per argumentum à fortiori vel à minori ad maius sequitur his venenosis bubonibus, vel antracibus nullo modo repellentia, sed attrahentia potius præsidia conuenire: non solum in emunctorijs, sed etiam alibi corporis, cum fiant ex materia venenosa, semper pro viribus ad exteriora attrahenda: vt est artis principiũ. Falso igitur Auic. 3. 4. c. de Althoin siue antrace venenoso in eius principio repercusiua propria quæ dicuntur ex posca siue oxicrato, id est, aqua & aceto admoueri iubet ijs verbis Althoin vero ipsum de eis quæ nominata sunt curetur in principio cum eis quæ astringũnt, & infrigidant locum sicut spongia infusa in aqua, & aceto, &c. in quo tria facere conabimur. Primum quorundam authorum explicationes super hanc Auic. sententiam (in qua prima fronte videtur repercussiua in materia venenosa concedere) adducemus. Secundo eas efficacissimis rationibus confutabimus. Tertio veram text. explicationem aggrediemur. Et tandem quid in principio venenosæ inflãmationis, quidq; in alijs temporibus faciẽdum sit docebimus.

Auic. text. taxat.

CAP. XVIII.

De quibusdam authorum explicationibus super hunc Auicennæ text.

CAEterùm hic quidẽ Auic. text. non est ita, vt verba eius superficie tenus intellecta sonant, intelligendus: secus enim multis in locis sibi ipsi aduersaretur, præsertim, prima primi, capit. primo. nec non. 4. primi. capit. De medicantibus apostema, ac perinde. 3. 4. c. 12. vbi adhuc in materia benigna inflãmationũ emunctoriarum medicamentis magnopere materiam ad exteriora omnino attrahentibus (quæ sunt repercusiuis contraria) vti iubet. Cæterum Gẽtili à Fulginio, atq; Dino Florẽtiæ, Auic. expositoribus, ac nonnullis ex recentioribus alijs videtur, Auic. nullo modo super corpus ipsi⁹ althoin, sed super partes ipsi vicinas in circum ambitu, vel circum circa, vbi materia remissioris venenositatis est, intellexisse, repercussiua esse admouenda. Quippe quibus corruptio inflammati membri prohibetur: secus enim (vt ibi aiunt) corrumperetur. Sed quantum ij à veritatis scopo aberrent, facile quisq; rationis compos intelliget: si nocumentum repercussionis materiei venenosæ influxu existentis versus cor, cum nocumento aliquantulæ forsan exterioris mẽbri corruptionis cõparet: in illa enim repercussione mors certa: in aliqua membri externa noxa, non itidẽ. Rursus repellentia medicamenta principio althoin circum circa ipsis admota vel materiam venenosam ad ipsum fluentem versus cor, & membra interiora repellerẽt, vel ad corpus ipsius althoin. Si primo mors sequetur infirmo: si verò, secundò circũferentialem materiam versus basim althoin aggregabunt, & augmentum ipsius (potissimam sæpe causam euasionis infirmi prohibebit. Ac rursus venenosa materies sic cõgregata fortior reddetur, seipsa vt antea dispersa, vnde altius membrũ corrũperet. In hac igitur expositiõe nullo modo animus acquiescere potest.

Quorũdam explicatio text. Auic.

Taxat prædictorũ expositio.

Quidam vero vt Nicol. Floren. 5. 7. ac per inde eius factionis alij, ex serie ipsa superiori Auicen. text. explicationem inferunt, vbi inquit & saluius althoin mortalium est, illud quod est, rubeum, deinde citrinum: sed ex eo, quod ad nigredinem est decliue, non euadit aliquis. Dicunt igi-

Aliorum. 2. explicatio text.

 tur

tur, huic antraci rubeo remisſioris venenoſitatis parum, nil ve nocituræ: competere repellentia inuiſſe Auic. alijs vero, in quibus venenoſitas viget, minime.

Reprehēdit ſecunda expoſitio.

Sed in hac confutanda explicatione non demorandum: cum ſaluius multo, atq; ſecurius eſſet materiam aliquantum venenoſam ad exteras corporis partes attrahi, quam ad interiores detrudi, quiſq; mentis compos fatebitur. Quippe cum magis & minus non differre ſpecie Philoſophus aſſeuerauit. Ignis nanque cintillula (quantuncunq; paruula) quartum caloris aſcenſum, ſiue gradum ſortitur: ſic venenum, quantuncunque paruum. Rurſus Auic. rubrum althoin non dicit eſſe ſalubre, ſed non adeo mortale quàm reliqui.

Confutationis ratio.

Fulcitur præterea hæc mea in Nicoli ſententiam confutatio, cum ipſe ferè immediate ibidem dicat. Sed tutius eſt, non repercutere, & à repercuſsione deſiſtere.

Alia expoſitio tertia nēpe.

Valeſius quoq; à Taranto aliàs Philonius multo ſecus hunc Auic. text. explicare nititur. Inquit enim. Super cor confortantia, ſuper bubonem veneficum attrahētia, & inter regionem cordis & ipſum bubonem repellentia, Auic. in eo voluiſſe: vt effumatio venenoſitatis inflammationis cordi non lædat. Sed huius obie-

Taxatur tertia explicatio.

ctio in promptu eſt. Cum enim materia venenoſa influxu ſit, ſiue in fieri (vt dicunt) quo propinquius cordi repellentia medicamenta admouerentur, eo magis cordi læderent, quam ſi ſupra inflāmationem venenoſam locum à corde diſtantiorem admouerentur. Patet, quia agens naturale potius in propinquum paſſum quam in remotum agit.

Cæterùm pro vera text. explicatione (in qua intellectus finaliter acquieſcere debet) duarum alteram olim indagaui.

Duplex expoſitio text. prima.

Primam quidem ſuppoſito peſtilentis bubonis duplex eſſe principium; alterū videlicet ſenſationis, & apparitionis ipſius, materia venenoſa fluente: cui nullo mō repellētia, ſed potius attrahētia medicaméta cōferūt, vt habūdè iā ꝓbatū eſt.

Duplex prīcipium althoin primum.

Ex hoc nāque quæ ſequerent̄, nocuméta conſpicua ſunt. Vt pote tumoris venenoſi inflāmatiōis diminutio: & hinc veneni ipſius introrſus cōuerſio. Alterum verò corruptionis, & apparitionis nigredinis poſt totalē materiei venenoſæ expulſionē, quā Græci gangrenā vocāt.

Alterum.

Huic igit̄ ſcd̄o principio, etiā ſi bubo iā corruptus, partibus adænoſis inſederit, ſpongiā in poſca iufuſam admoliri licebit. In principio nanq; taliuſmodi antracis corruptionis ad carminandam effrenandamq; corruptionis malitiā, hoc certe medicamento, ſale etiā cōmixto, periti chirurgi paſſim vtūtur. Secus tñ eſſet cū materia erat influxu ante ipſius nigredinis editionē, vñ de aceto notādū, ac perinde de omni ſtiptico, atq; inciſsiuo, duplicē effectum, ſeu virtutem ſcd̄m varia tēpora ſortiri.

Nota dē aceto: & pariter de omnī ſtyptico.

In principio nanq; materiā venenoſā fluētē repcutiēdi vim habēt: penetrātibus nimirū mēbri meatus partibus ſubtilibus aceti, ac ſimul terreſtribus eos cōdenſantib⁹. Cæterū qñ in principio ſcd̄o, nēpe externa iā corruptione, & nigritie apparente (remiſſa iam furioſitate, ac fumoſitate principij) admolitur, potius vim refrenatiuā corruptionis, & inciſionis materiei, & toti⁹ mēbri cōfortationis q̃ repercutiēdi habēt. Cōfirmat̄ ex Auic. ſnīa. 3.4. cap. De carbūculo venenoſo, vbi in principio emplaſtrum ex malopunicis aceto incoctis ſuper carbūculū admoueri iubet.

Modificatio text. Auicennæ.

In cui⁹ explicationē Guido recte inquit remiſſa (vt diximꝰ) fumoſitate principij. De hoc igit̄ ſcd̄o principio patet Auic. in eo dē tex. tractare, cū in mediate ſub inferat in ſtatu vero curet̄ cū ſcalpellatiōe (d̄ ſtatu em̄ loquit̄ reſpectu huius ſcd̄i principij) reſpectu nanq; primi ſcarificatio non cōduceret. Augmēti aūt curationē tacuit

quia

quia eadē fermè est cū curatione status: nēpe venenū ad exteriora attrahere, extinguere prorsus atq; extirpare. Ex duabus tandē explicationibus, quas superius policitus sum, me tractaturū, altera exposita, alterā aggrediamur.

Secunda expositio tex.

Pro qua aduertito Gal. originaliter tū. 2. ad Glauco. De causis inflāmationū, tū etiā lib. De tumoribus præter naturā, atq; etiā Paul. lib. 4. c. 22. De figmate, bubone &c. quos Auic. in hoc c. prorsus imitatur, hoc nomē bubo ad tria significata esse æquocū asseruisse: primò nempe ad apostema calidū minime venenosum, in quacunq; corporis parte innascatur secundo ad venenosum. Et dicunt postea, vt clarius suam sñiam exponerent, Verum priores scilicet non venenosi: quemadmodum inflāmatio quælibet auxilijs repelluntur, quæ refrigerāt, & astringunt. Et hoc idē certe Auic. præfato cap. imitatus inquit, Antiquissimi antiquorum nominauerunt althoin omne apostema existens in locis glandosæ carnis, aut alibi, idest, in alio quouis loco corporis. Et subdit deinde dictū est post hoc ei quod est apostema calidum perdēs, venenosum, &c. Differt itaq; hoc nomen althoin, seu bubo ab apostemate venenoso sicut cōmune à proprio: quia omne apostema venenosum erit althoin, non tamē omne althoin erit apostema venenosum.

Bubonis nomen ad tria equiuocari.

Vera tex. expositio.

Agens igitur Auic. de curatione primæ speciei bubonis, vel althoin non venenosi, inquit, althoin verò ipsum de eis, quæ nominata sunt, scilicet de non venenosis, curetur in principio cum eis quæ stringunt & infrigidant locum, &c. Vt ex Gal. etiam, atq; Pauli sententia locis iam citatis constat.

Cōfirmatur expositio.

Confirmatur etiam ex Dini Florentini in Auic. sententiæ expositione qua in parte hæsitans, qua ex parte vena seccanda sit, inquit, In non venenoso ex opposita parte: in venenoso autem ex eadem.

Respondetur cuidam obiectioni.

Ad illud autem, quod assurgit dubium, nempe emunctoria, quibus non conuenit repercusio esse, loca glandosa; bifariam respondetur. Primo, aut illam dictionem text. scilicet, alibi pro quacunque corporis parte supponere, aut alibi dicere alia loca glandosa ab ipsis emunctorijs, sicut carnes sub mento, atq; in origine linguæ, & mamillarum, atq; etiam testium. Cui exponendi modo Guido tract. 2. cap. 5. de bubonibus satis alludit cum dicit, huiusmodi membra inflammata, repercusionem tolerare. Et subdit & sine dubio ita intelligit Auic. in suo 4. Ipse etiam Auic. cap. immediate sequenti hoc idem aperte sensit, inquiens, & quando apostima est, in mammillis, & testiculis non timetur ex prohibitione. 5. cum repercusiuis nocumētum. Agere autem vicissim in eodem capite Auic. de vtroq; althoin non venenoso & venenoso non inconuenit.

CAP. XIX.

In quo proceditur in quinta intentione obseruanda in curatione pestilentis bubonis.



BVbonum igitur pestilenti tempore euenientium vt ex præfato text. Auic. nec non Galen. atq; Pauli (quos ipse imitatur in hoc) colligitur: quidā sunt non venenosi de quibus nunc in præsentia non tractatur: iam enim de ipsorum curatione, regulam generalem capit. vniuersali tumorum præter naturam Guido constituit.

Triplex venenosus bubo.

Quidam vero venenosi, de quibus nunc verba facimus qui aut rubrum tuberculum est, aut citrinum, siue nigrum, vt ex eadem Auic. serie constat.

Quatuor scopi venenosi althoin in curatione

Pro cuius igitur curatione quatuor sunt scopi seruandi. Primus venenosæ materiei extractio-

ne completur secundus eiusdem iam attractæ prorsus extinctione, tertius ipsius à parte affecta extractione, quartus illius bubonis iam vlcerati curatione. Primum igitur varijs modis à multis vsurpatur né pe aut cucurbitulis excarificatis aut hirudinibus aut vtrisque, vel oris succione vt Guido tract.2.c.de antrace ac perinde. c. de transgressione mortalitatis iubet. Qd etiam ex Gal. sententia 13. meth. c. 6. colligitur. Atq; etiam Cornelij Celsi libr. 5. vbi summoperè monet, vt suggētes hoc virus caueant ne forte in ore habeant aliquam exulcerationem, sic enim periculum subirent, secus vero nullum. Alij etiam ranam viuentem extēplo scissam. Quidam gallum, depillato anno, sale super sparso buboni super imponunt: & attracto veneno gallus moritur. Quidam cocleis pistis idem faciunt. Plurimi verò emplastum ex eepa intus cauata & theriaca plena sub cineribusq; assata: & demum optime pistata venenoso bubone admouent. Alijs placuit venenosum totum tuberculum rasorio vel forcipe prorsus euellere: turpissimum quidem. Alij potentiali cauterio. Alij vero actuali idē faciunt. De quibus sigillatim differendū est: ab actuali cauterio orsus. De quo primo dubitatur an competat. Et prima frōte videtur non conuenire: primo quia inter reliquas eius vtilitates habet, membrum confortate ita vt non recipiat recremēta Auicen. 4. part. cap. de cauterizatione asseuerante sed in apostemate venenoso in emunctorijs vbi prope semper in nascitur ipsum ad augere totis viribus conandum est, vt Auic. 4. part. cap. De medicantibus apostema (etiam non venenosum) docet ergo non confert. Rursus Aristo. prima problema. 33. problemate, quæ in alis (inquit) aut inguine abscesserunt medicamentis potius quam cauterio curandum est. Sed ad primum dicendum longe maius sequi iuuamentum ex attractione, ac simul destructione materiæ venenosæ ab ipso cauterio inducta quam nocumentum (si quod est) ex aliquantula prohibitione corruptionis partis buboni circum vicinæ. Ad philosophi verò authoritatem loco citat. quo videtur his partibus cauterium prohibere, dicendum illi in hoc aduersari Gal. 13. metho. 5. & in Isag. lib. introductorio seu medico titul. de chirurgia. Vbi in alis atque inguinibus cauterio myrthi folio simili aperire iubet. Et idem Paul. lib. 4. cap. 22. atq; Razes lib. Diuisionum docent, & deniq; est omnium recte practicantium vsus. Quam ob rem haud immerito subtilissimus Conciliator in huius text. Philosophi explicatione veluti anceps veritatis ipsius inquit primo quod sermo eius in hoc forsan in experti non est verus sed exemplaris potius in quo magis expositio quam verificatio requiritur. Verum postea ne videretur impudens tanti tanque grauissimi authoris sententiam absque aliqua explicatione dimittens: eam vstionem, atq; incisionem non quidem partibus emunctorialibus. Sed ad oculorum affectorum, & calculi vesicæ eas adscribit. Sed forsan dicere etiam licebit Philosophum non quidem leuem apertionem neque cauterizationem qua passim vtimur in emunctorijs, ea inferiæ prohibuisse: sed ingentem, ac superfluam duntaxat exustionem præcipua membra emunctorijs viccina, eximio suo calore molestantem, vel altam carnis incisionem, & euulsionem carnis inflammatorum emunctoriorum. Quam natura ipsa spongi formem ad recrementa membrorum principum melius in se emungenda condiderat. Cuius munere euulsa illa carne spōgiformæ natura priuaretur: nempe callo ingēti in ea parte post vlceris consolidationē indurato. In

Margin notes:

ne seruant di.

Varijs modis prima intentio vsurpatur.

V. Actuale cauteriū venenoso buboni competat.

Auic. sententia.

Aristot. sententia.

Respondetur Auicen. sententiæ.

Gal. aduersatur Arist. & Paulus, atque Razes.

Non placet Conciliatori Arist. sententia, & ne videretur insolens aliena machinatur.

Authoris explicatio in verba Aristotelis.

Nocumentũ maximũ ex extractione carnis emunctorialis, vel ex alta & ingenti cauterizatione.

In hac rursus inflammatæ carnis euulsione ob vasorum illic tendentium magnitudinem maximum sanguinis profluuij periculum emineret. Cui certè exponendi modo Gauliacus tract. 2. c. de apostemate fugilico & indurato in emunctorijs visus est alludere vbi inquit. Multi autem incidunt & glandulas naturales euellunt, quod ego non facio quia post locus incicatrizando contra intentionem naturæ induratur. Quæ illas partes ad recipiẽdas superfluitates membrorum principalium molles ædidit. Hanc igitur altam emunctoriorum exustionem, & carnis euulsionem philosophus in ea serie apertè prohibet: non tamẽ superficialem cauterij, neque sagittellæ apertionem. Quibus communiter vtimur. Ex quo eminẽtissimè obiter patet confutatio in nonnullos satis temere tempore pestis naturales emunctoriorum inflammatorum adenas euellentes. Præterea potentialis cauterij vsus is venenosis bubonibus nõ est tutus, propter ingentem non solum dolorem, sed etiam ingens incendium: quod in toto corpore concitatur. Attractionem verò, siue ranis scissis, siue gallo ano depillato, siue suctu oris, vel cucurbitulis scarificatis, atque hirudinibus molitam laudo. Sed in illa oris suctione, quæ à Galen. 13. metho. cap. 6. & Cornel. lib. 5. & à Guidone tract. 2. cap. De transgressiõe mortalitatis laudatur, aduertito iuxta ipsius Cornelij loco citato sentẽtiam, oportere sugentem nullam in ore habere vlcerationem. Quoniam si haberet, vitæ periculum subiret: sin minus, quod experientia se compertum habere inquit: sed si meum consilium in hoc admitti liceret ore prius aceto acerrimo optimè loto, & non aliter suctionem hanc fieri consulerem. Quantam autem vim aduersus omne venenum acetum habeat, neminem (vt opinor) latet. Reliquis verò medicamentis dictis tutius possemus primã attrahendi intentionẽ adimplere.

Confirmatã sententia authoris.


Taxantur tes cauterio potentiali.

Alia medicaméta quæ authori placent.

Consiliũ in sugendo venenum.

CAP. XX.

Quo indagatur an prædictũ medicamentum ex cepa atque theriaca confectum (vel theriaca ipsa per se) super pestilenti bubone tuto admoueri possit.



HAEsitari certè non immerito posset, an præfatum ex cepa atq; theriaca medicamentum, vel theriaca ipsa per se exterius illita super bubonem pestilentem iuuamento an nocumento sit. Nanque vel theriaca ipsa attrahendi ad se venenum, vel ipsum à se expellendi vim habet. Si primum, exterius certè illita, vt venenum foras euocetur duntaxat competeret, & nullo modo bibita ne ad interiora venenum attrahat. Si secundum, neutiquam exterius illita conueniret: ne venenum ad interiora detrudat. Sed huius oppositum ex sentẽtia Galen. lib. De theriaca ad Pisonem apertè colligitur: vbi in morsu venenoso rabientis canis theriaca ipsa exterius super vulnus applicita, atq; ore sumpta vti docet. Cuius cãm Gentilis à Fulginio super lib. 5. canonis Auic. agens de theriaca eleganter exponit. Vbi operari ipsam theriacã (inquit) attrahẽdo, atq; postea venenũ fugãdo, & expellẽdo, quẽadmodũ pharmacũ solutiuũ. Sed quã primũ in tractu præpropere, occissimèq; venenũ virtute theriacali extinguit. Itaq; licet nũc expellat, nullã habet nocẽdi potentiã: cũ iã nõ sit sub forma veneni, sed cadaueris ipsi⁹. Exẽplũ de caseo recẽti toxicato affert, q licet illitus toxico, infectus; atque niger, reddatur, optima tñ theriaca in altero latere

Dubium.

Galeni sententia.

Gentilis ratio.

Exemplum operationis theriacæ.

tere ipsius casei illita nigricies illi correspondẽs rectificata discessit, caseo, vt prius de albato. Ad eandẽ igitur primã intentionẽ, quę veneni attractiõe mollit: plurima etiã alia medicamẽta, non absq; vtilitate nobis experta, adducere voluimus, vt secundũ particulariũ exigentiã peritus medicus in eorũ vsu distinguere valeat. Quorũ primus sic conficit. Recip. alliorũ syluestriũ, vel domesticorũ, ceparũ rubearũ caricarũ siccarũ, radicis cucumeris syluestris singu. p. j. quibus prius incoctis, ac pistatis, adde nitri drag. ij. fermenti. p. sem. stercoris colũbini, vnci. j. sinapis, drag. ij. puluerizatis puluerizandis, & omnibus optimè mixtis emplastrũ conficito. Addito etiam modico antiquissimi olei.

Medicamẽtum quo attrahitur venenũ à dextra.

Aliud ad idem, sed mitius medicamentum.

SVmito radicũ liliorum alborũ numero. iiij. scindant minutissimè, atque pistentur: deinde bulliant in oleo lilij cœlestis: postea addant limatiarũ cum cocculis suis nu. vj. iterumq; pistentur. Et simul scabiosæ, & rutæ viridium (si tempus tulerit) cuiusque. p. j. sint minus ipsarum puluis. De scabiosę ramusculis, ac perinde de symphitu, id est, consolidæ maioris virentium, magna profectò à quatuor magistris promittuntur si totum videlicet inflammatum membrum ipsis optimè inter duos lapides pistatis, inuoluatur. Et certè vltra earum mirabilem quam Guido vocat iuuandi proprietatem temperatiorem attrahendi virtutem sortiuntur qua sæpius opus est, potissimum nempe biliosis temperatura: iuuenibus effrene caliditate præditis, ne humores in sumo scandescant ac furiant, magisque inficiantur. Magna itaque Medici dexteritate in ijs medicamentis admouendis est opus: ita vt in frigidis temperaturis, calidioribus remedijs: in calidis verò temperatioribus vtatur. Quorum medicamentorũ crebra fieri debet remutatio, vt doctores admonent, ne venenosa materies à medicamento, iam attracta ibi retenta versus cor euaporet. Cura etiam habita, cum venenum ad affectam partem trahere conamur: vt frictiones, atque deinde ctiones (aliâs infestissimæ) membris è directo huic malo correspondentibus moliantur, vt pote, cum sub ala dextra bubo innascatur, dextro brachio: leua verò, sinistro: inguini dextro, pede eodem.

Laudat scabiosa, & symphitum.

Varijs naturis varia medicamenta attrahentia, sunt admouendã.

CAP. XXI.

De secunda intentione in curatione althoin obseruanda.

PEracta igitur iam, atq; completa prima intentione veneni extrorsus attrahendi, scientifica (quam diximus) distinctione præ oculis in curatione habita: postea secunda, quæ veneni extinctione completur, statim aggredienda est. Super basim itaque ipsius althoin sequens medicamentum imponito. Recip. ficuũ pinguium, fermenti ramusculorũ virentis scabiosæ cuiusque. p. j. theriacæ electæ, drag. iiij. ex omnibus bene contusis ac pistatis emplastrum conficiatur: addito in fine salis nitri momento, & modico pulueris iuntianæ atque tormentillæ.

Medicamẽta.

Ad idem.

REcip. cotoniorũ minutissimè cissorũ nume. ij. cum quarta parte theriacæ electæ optimè pistentur & apponito. Ad idem aliud. Recip. vitelorũ ouorum sub prunis assatorũ nu. iiij. salis nitri impollinẽ redacti drag. ij. pulueris cõsolidæ maioris drag. j. misceant simul donec vnguẽti formã referant, In circũambitu verò althoin, attracta videlicet iã, atq; extin

cta

cta prorsus venenosa materia: & ea parte aliquatenus vlcerata, ne sua effumatiōe cordi forsan lædat: tūc tpis (vt iā antea ꝓbauimus) licebit tuto in panno in medio perforato stipticum, atq; confortans malagma admoueri licet in primo principio (vt alias diximus) infestissimum fuerat. Cuius hæc sit compositio. Sumito olei rosati, & myrthi, cuiusque vnci. j. & semis, aceti rosati, vnci. j. boli Armeni, sandalorum rub. puluerizatorum, pulueris scabiosæ cuiusque dragm. iij. cæræ quod sit satis confice vnguentum.

Medicamēta incircum ambitu admouenda.

Ad idem aliud.

Recip. olei nimpheæ, & masthichini cuiusque vnci. j. pulueris acetosæ, & granæ finissimæ, coralis rubri, ana, drag. sem. succi acetosæ, & scabiosæ, ana. vnci. sem. cæræ quod sufficiat fiat linimētum.

Ad idem emplastrum, cuius supra meminimus atque in principio fluxionis non conferre probauimus, quando vtiliter admouetur.

Constat ex duobus malogranatis acetosis cum cortice suo satis contusis: & aceto optimè in coctis, atque morosè pistatis, & panno etiam (quem diximus) in medio perforato circum circa applicito. Verum ad tertiam intentionem, quæ corrupti extractione adimpletur, scarificatione alta incircumambitu admota fiet: vltra eam videlicet quæ principio ad attrahendam materiam venenosam super ipsum althoin simul cum cucurbitulis faciendam esse docuimus. Extracto autem nigro, ac venenoso sanguine locus spongia noua in decocto aquæ, & aceti, atque scabiosæ & iuntianæ madefacta foueatur. Postea emplastro

Tertia intētio excarificatio.

ex asungia suylla ac ficubus siccis, passulisque enucleatis, ac fermento pari portione mixtis, modico salis superaddito vtendum. Verum enim verò si bubonis diruptio, siue nigri corrupti, siue rubri corruptionis expertis differatur, statim, suppuratione negleta, quę in alijs inflammationibus spectari solet, candenti ferramemento præcociter aperiatur. Huiusmodi nanque cauterium quocunque fere tempore pestilentis inflammatiōis accōmodatur. Locus antem cauterio exustus, vt crustam siue scaram à se expellat, linimento ex ouorum luteis atque vacino butyro, oleoque communi æquis portionibus atque pauca farina triticea commixta, illiniatur. Neque alienum erit, eidem linimento scabiosæ & acetosæ pulueris modicum commisceri. Ad idem quoque præstat butyrum vaccinū cum puluere sulphuris viui commisceri. Crustam quoque eleuat medicamētum ex corticibus radicum alteæ recentis, & passulis & ficubus siccis & oleo seminis lini, & ouorum luteis cum croci momento, & butyro vaccino omnibus mixtis, & morosè pistatis. Crusta igitur bubouis iam dempta, vltimo vlcus sequentibus medicamentis emūdandū est. Deinde sarcoticis carne implendum. Sumito succi scabiosæ, & acetosæ, atque apij singulorum vnci. j. mellis communis, vnci. ij. & sem. farinæ ordeaceæ, quod sufficiat, confice vnguentum cui vitellorum ouorum numero. ij. addantur. Ad idem. Sume succi absincthidis, & apij cuiusque vnci. & sem. succi scabiosæ vnci. sem. mellis rosati coll. vnci. iij. terebinthinæ clarissimè, vnci. j. myrrhæ electæ sarcocolæ puluerizatorum cuiusque dragm. j. farinæ ordei dragm. iij. pulueris croci, scrupu. sem. confice vnguētum. Cæterùm si crassior materia in vlcere superfit vnguento apostolorum, vel AEgyptiaco, vel quopiam

Quādo cauterio vtendum.

Medicamētum pro eleuanda crusta.

Aliud.

Quarta intentio.

Mundificantia medicamenta.

Mundificans medicamentum & sarcoticum.

piam

Abstergentia atq; corrodentia medicamenta.

Vnguētum vulgo nuncupatum rufium.

piam alio fortiori abstergatur quale fieri posset puluere Ioannis de Vigo alicui istorum commisto, vel aliud ex rosato oleo, atque argenti spuma, id est, lithargirio ad crassitiem incoctis conficito: addito in fine sufficiēti prædicti pulueris quātitate. Fieri etiam potest, ad idem aliud medicamentum: cuius hæc est constructio.

Aliud ad idem.

Recip. olei rosati vnci. iij. elebori nigri, pulueris de Vigo lithargirij, an. drag. iij. cæræ quod sufficiat, confice vnguentum.

Sarcoticum medicamentum.

Verum vlcere iam prorsus mundo medicamentū sarcoticum vsurpādū est. Quod sic fieri pōt. Sume succi cētaureæ, veruasci, scabiosæ & matris syluę singulorum vnci. j. olei mastichini, & rosati, omphantidis cuiusq; vnci. ij. & sem. buliant in vnci. viij. vini albi optimi vsque ad vini & succi consumptionem postea excolletur: deinde adde rasinæ pini terebinthinæ ex beto ana. vnci. j. thuris, mastichis, myrrhæ, aloes impollinem reddatorum cuiusque drag. j. & sem. cæræ, quod sufficiat confice vnguentum: & in separatione ab igne adde pulueris seminis granæ, dragm. j. croci gran. v. Hactenus de pestilenti constitutione: atque bubonibus venenosis disseruimus. A quibus omnipotens, & misericors Deus, Sūmus, atq; vnicus salutis animarum, ac corporum author, summa eius clementia nos liberare dignetur. Amen.

❦ Finis libri Sexti, & totius operis, ad laudem, & gloriam Dei, & intemeratæ Virginis matris Mariæ: quorum nomina per infinita seculorum secula glorificentur. Quos suppliciter deprecor vt opus nostrum suæ Reipublicæ profuturum sit. Amen.

SALMANTICAE,
In ædibus Dominici à Portonarijs, Sacræ
Cath. Maiest. Typógraphi.
1575

INDEX TVM COPIOSISSIMUS, TUM ETIAM SELECTISSIMUS EORUM

quæ in hoc opere sparsim continentur, ordine Alphabetico digestus in quo prior numerus folium. Alter paginam seu columnam designat litera. P. principium paginæ Indicat. M. medium. f. vero finem.

† Arculus

D.

E

F.

G.

H.

Medi-

N.

Pecto-

I N D E X.

Q.

R.

Respon-

Tabella

INDEX.

T.

V.

Venus

INDEX.

nis

INDEX.

INDEX.

Finis Tabulæ.